MATTHIAE DE JANOV

DICTI

MAGISTER PARISIENSIS

REGULAE VETERIS ET NOVI TESTAMENTI.

PRIMUM IN LUCEM EDIDIT

VLASTIMIL KYBAL.

VOLUMEN IV.

TRACTATUS DE ABOMINATIONE DESOLATIONIS IN LOCO SANCTO.

SUBSIDIO ACADEMIAE SCIENTIARUM, ARTIUM ET LITTERARUM BOHEMICAE PRAGENSIS.

OENIPONTE.

SUMPTIBUS LIBRARIAE UNIVERSITATIS WAGNERIANAE.

1913

MATTHIAE DE JANOV

DICTI

MAGISTER PARISIENSIS

REGULAE VETERIS ET NOVI TESTAMENTI.

PRIMUM IN LUCEM EDIDIT

VLASTIMIL KYBAL.

VOLUMEN IV.

TRACTATUS DE ABOMINATIONE DESOLATIONIS IN LOCO SANCTO.

SUBSIDIO ACADEMIAE SCIENTIARUM, ARTIUM ET LITTERARUM BOHEMICAE PRAGENSIS.

OENIPONTE.

SUMPTIBUS LIBRARIAE UNIVERSITATIS WAGNERIANAE.

1913.

Praefatio.

Quemadmodum tractatus de Antichristo, qui volumine tertio huius editionis continetur, ita etiam tractatus de abominatione desolationis in loco sancto constituta, quem hoc quarto volumine edendum curavimus, amplum librum et per se prope absolutum efficit.

I. — In serie totius operis scriptum hoc est pars libri tertii Regularum, scilicet tractatus sextus atque ultimus huius libri, vel, si aliter numeramus, distinctio duodecima ex iis, in quas auctor modo valde inaequali extremos tres libri tertii tractatus divisit (tractatum IV, V, VI); qui libri quam inaequali modo divisi sint, apparet ex eo, quod quattuor primae distinctiones undequadraginta capitulis de ecclesia agunt (cf. vol. II, p. 140—308), septem sequentes septuaginta octo capitulis de Antichristo (cf. vol. III, p. 1—367), haec autem una distinctio duodecima octoginta quinque capitulis abominationem desolationis pertractat.

Hac ultima distinctione Matthias de Janov disputationem suam de societate ecclesiastica fundatam in tredecim Regulis Veteris et Novi Testamenti conficit, nam in scriptis posterioribus maxime ei rei operam dat, ut plebem per frequentem et dignam sacramenti altaris communionem erudiat et emendet. Ad quod consilium liber IV. et V. Regularum spectat, qui volumine V. et VI. editionis huius in lucem prodibunt, quibus editis amplissimum et proprietate sua praestantissimum litterarum aevi medii monumentum in Bohemia ortum restituetur.

II. — Tractatus Matthiae de Janov „De abominatione desolationis" notissimis scriptis huius auctoris adnumerandus est, nam totus iam anno 1558 in Norimbergensem scriptorum Ma-

gistri Johannis Hus editionem receptus est et inde usque in saeculum undevicesimum pro scripto Johannis Hus habebatur. Itaque sententiae Magistri Matthiae, quae in hoc scripto continentur, non ignotae erant, sed nomen Johannis Hus prae se ferebant; quamobrem vis huius scripti litteraria eiusque praestantia sicut monumenti sui temporis usque ad hoc tempus nondum cognitae sunt, cum quidem tractatus hic potissimum animum scriptoris optime manifestum faciat et perspiscue studia reformatoria bohemica exeunte saeculo XIV. illustret.

Sicut in praefatione volumini tertio praemissa demonstravimus tractatum de Antichristo cum summa sententia tum forma litteraria et documentis, quibus nititur, ad illud tempus pertinere, quo Magister Matthias Parisiis morabatur, ita hic probare possumus tractatum de abominatione totum origine, argumento, scribendi ratione aperte ostendere, auctorem in Bohemia et quidem Pragae circa annum 1392 ad eum conscribendum accessisse, ut denuo animo irato et dolenti incusaret vitia et flagitia temporis illius et hominum, qui tum erant.

Patet igitur magni momenti esse quaestionem, quo tempore tractatus hic ortus sit; qua de re infra omnia documenta, ex quibus tempus hoc conici potest et quae ex tractatu ipso conquiri possunt, accurate adducentur. Hoc loco interim sufficiat, ut commemoremus tractatum hunc in magna animi perturbatione paulo ante Magistri Matthiae mortem compositum esse, et satis verisimile est hunc tractatum esse illum „librum", quem adhuc imperfectum auctor die XIV. mensis Julii a. 1392 censurae ecclesiasticae tradere coactus est. Et si rem ita se habere probaverimus, unum ex scriptis M. Matthiae, quod adhuc ignotum esse putabatur, recognoscetur. Quo facto intellegemus, quanti momenti cum in consiliis et sententiis M. Matthiae declarandis tum ad mores illius temporis illustrandos habendus sit tractatus hic de abominatione.

III. — Ut vero summatim proprietates huius tractatus indicemus, imprimis commemoramus auctorem in eo suo nomine voce acriore quam alibi sententias suas proferre. In nullo enim Magistri Matthiae scripto ipsius auctoris persona tantas partes suscipit, quantas in tractatu de abominatione desolationis; neque, ut notum est, in libris aliorum scriptorum aevi medii de doctrina morali disputantium persona auctorum plerumque tantopere quasi in publicum procedere solet, quantopere eam

in hoc sacerdotis et canonici Pragensis libro cognoscimus. Jam principalis forma eius tota est inusitata et singularis: compositio operis enim valde est inordinata, male cohaerens, quin etiam interdum confusa, qualem scripta fervida in primo ortu habere solent. Exempli gratia in libro hoc deest omnino dispositio et divisio in distinctiones et capita, quae LXXXV complectitur. Argumentum eius est liberrima explicatio aliquot locorum ex scriptura sacra desumptorum (ex prophetis Osea, Ezechiele, sed imprimis ex Apocalypsi), qui acri ingenio ad flagitia illius temporis cum ecclesiastica tum profana referuntur.

Judicium, quod de aetate sua M. Matthias in praesenti libro profert, est pessimum, sed hoc iudicium non est absolutum neque desparatum, immo ex honesta verae christianitatis specie profectum, intente studet omnia illius temporis mala detegere et detecta emendare. Huc accedit, quod M. Matthias, acerbe incusans abominationem loco sancto, i. e. in ecclesia constitutam, pro dei nuntio se gerit, qui ad magnum opus reformatorium electus est. Ideo verbis eius ubique certa causa subest et omnia ad certum finem diriguntur, huic autem proposito omnis M. Matthiae scribendi ratio est accommodata. Quod auctor ipse confitetur, cum rara sinceritate de hac forma operis sui mentionem faciens; quin etiam passim varios casus suos priores et quibus mutationibus animus suus subiectus fuerit, libere aperit et hoc modo materiam ad meliorem animi operisque sui cognitionem nobis praebet.

IV. — Ac imprimis Magister Matthias fatetur se paulo ante spiritu Antichristi vexatum divitias et gloriam huius mundi appetivisse et cum adversario suo de quattuor beneficiis ecclesiasticis litigasse (cf. infra p. 37). Sed ardenti oratione et diligenti sacrae scripturae studio contigit ei, ut suam in res huius mundi propensam voluntatem superaret et animum haesitantem inter vitam fortunis huius mundi affluentem et vitia excusantem et vitam praeferentem paupertatem et veritatem evangelicam deponeret (p. 356—357). Dominus Jhesus ostendit ei studia sacerdotum huic mundo deditorum (p. 358) et Matthias in scriptura sacra invenit dilatatam notitiam veritatis directe ad praesens tempus pertinentem (p. 100). Praecipue autem menti auctoris clarum lumen attulerunt verba Ezechielis prophetae de idololatria populi Hierosolymis. Itaque adhortationem eius-

dem prophetae (VIII. 8): „Fili hominis, fode parietem!" in suum usum convertens, tribus modis parietem desolationis sui temporis fodiebat: „cottidie ad vulgus praedicando, continue confessiones audiendo et ista (h. e. tractatum hunc) conscribendo cum magna sollicitudine, in die et in nocte" (p. 98). Et hac indefessa industria et fideli cognitae veritatis studio ductus, Magister Matthias mox sibi persuasit similiter ac mens sua a deo esset illuminata ita etiam opus suum a deo regi: „Nam et ista scribens", apte dicit, „fateor, quod nichil aliud me in illud perurget, nisi dileccio domini nostri Jhesu crucifixi, cuius stigmata pro modulo mee infirmitatis [ac] vilitatis in me ipso cupio deportare, obsecrans michi donari ab ipso, ut non alibi meam requiram gloriam, nisi in cruce ipsius et illa inestimabili ignominia passionum ipsius, quam est passus pro me deus meus, creator meus dilectus. Quia igitur zelus domus sue comedit me et obprobria exprobrancium Jhesu crucifixo ceciderunt super me, ideo ista loquor et scribo . . ." (p. 36). Inde quoque proficiscitur certa auctoris persuasio, cum opus suum ex deo sit atque ex spiritu Jhesu Christi, ne persecutione quidem prohiberi posse, quominus „sic domini Jhesu veritas magis refulgeat magisque divulgetur" (p. 98). Magister Matthias iudicium carnale non curat (p. 99) et, licet se formali iudicio ecclesiae Romanae subiciat, tamen cum vi quadam adversus sacerdotes, quos sibi ob duras vituperationes suas sine dubio iratos fore putat, profitetur: „hec, que hic scribuntur, non sunt ad destruccionem salutis animarum, sed ad destruccionem bestie et ipsius insidentis desuper meretricis et ad destruccionem corporis peccati vel operis dyaboli in ecclesia Jhesu Christi" (p. 391).

Sed inter confessiones has pro maxime digna, quae respiciatur, habemus illam, qua M. Matthias edocet, quomodo p e r s t u d i u m s a c r a e s c r i p t u r a e *ad veram cognitionem conditionis, in qua tum ecclesia erat, pervenerit et quomodo haec conditio in eo primum admirationem vel potius terrorem excitaverit propter flagitia in ecclesia occurrentia (p. 97), deinde lamenta super eis (ibid.), tum illuminationem et ardorem animi amore dei omnipotentis pleni (p. 97—98), denique studium, ut strenuo labore praedicandi, confessiones audiendi, libros conscribendi pro viribus suis ad corrigendos mores adiuvaret (p. 98). Certe totus hic locus maximi est momenti ad cognoscendum M. Matthiae animum et ad opus eius litterarium recte aestiman-*

dum, et suo iure dicere possumus auctoris verba de „quodam igne, etiam corporaliter sensibili“ (p. 97), qui „statuit iterum hominem suum interiorem super pedes, paratum ad omne opus rectum“, vel alia verba de „elevatione illuminati intellectus a spiritu Jhesu Christi“ et de deliberatione „intrinsecus in homine novo spirituali et intimo“ (p. 155) demonstrare virum dei perfectum, similem aliis viris, qui non ab alieno iudicio pendentes toti se ad religionem investigandam contulerunt.

V. — Sed proprietates Matthiae de Janov in hoc scripto etiam ab exteriore parte apparent: dictio ipsa, quamvis innumerabilibus locis ex scriptura sacra allatis et interdum longinqua eorum interpretatione satis aggravata sit, tamen insolito vigore fertur et proprio quodam numero alacri, vivido, eloquenti praestat. Etenim in tractatu hoc loci reperiuntur, qui subtilitate, alii, qui gravitate et clara persuadendi facultate vel etiam biblica sublimitate simulque eloquentia sua animos ad se rapiente superant locos in scriptis Magistri Johannis Hus maxime egregios et se adaequant singulis praeclarissimi Johannis Comenii sententiis, viri pariter alti et diserti, ac fuit noster magister Parisiensis exeunte saeculo XIV. Sic qui tractatum hunc legent et ad hanc rem animum intendent, sine dubio videbunt, saepissime in hoc libro M. Matthiam primam personam singularis vel pluralis numeri adhibere, frequenter exclamatione uti, lamentari, optare, orare, obtestari, etc. (cf. indicem nominum s. v. „Janov“). Dignae etiam, quae observentur, sunt in hoc tractatu comparationes, quae quidem haud raro parum delicatae et elegantes (ex. gr. de stercore in ore regis) esse videntur, sed maximam partem argutae, aptae et nonnumquam poetice expressae atque sensiferae sunt (cf. crebras parabolas cum muliere et meretrice). Multitudo et varietas earum optime confert ad cognoscendum, quas Magister Matthias notiones aestheticas habuerit, nec difficile munus sit notiones has ex scriptis M. Matthiae satis accurate declarare.

VI. — Si vero tractatus de abominatione desolationis iam sicut insigne sui temporis documentum tanto maioris ponderis est quam reliqui antecedentes M. Matthiae tractatus, quanto apertius et rectius ipsius auctoris sententias exprimit, pluris etiam eum aestimabimus, si concesserimus librum hunc idem scriptum esse, quod nondum correctum et recognitum, ut primum ad finem perductum est, auctor die XIV. mensis Julii a. 1392 censurae archiepiscopi Pragensis tradere coactus est.

Sed utcumque se res habet, illud certe dicendum est tractatum hunc, etiam detractis omnibus rebus, quae pro intentione auctoris emendationi suorum prospicientis auctae sunt, horribilem praebere imaginem „abominationis desolationis" ecclesiae Bohemicae circa annum 1392. Qua in re bene memoria tenendum est omnia, quae in tractatu hoc de flagitiis clericorum et laicorum dicuntur, fluere ex ore sacerdotis eruditissimi et peritissimi, qui, cum munere canonici cathedralis capituli Pragensis fungeretur, egregiam nactus est occasionem curiae regiae et archiepiscopalis atque etiam vitae „magnorum canonicorum" cottidie observandae; qui praeterea eximia experientia praedicatoria eminens et propter orationum suarum libertatem iam semel publice castigatus, optime perspexit animos inferioris cleri cum saecularis tum regularis; postremo qui in ecclesia sancti Viti ad confessiones audiendas institutus, perpetuo copiam habuit etiam occultissima peccata cognoscendi et necessitates vulgi perspiciendi. Et quamquam non est dubium, quin sententiae in hoc tractatu ab auctore prolatae nequaquam novae sint et quin de sacerdotibus, monachis, praelatis, principibus, plebe eadem hic dicantur, quae iam ex aliis prioribus scriptis M. Matthiae bene novimus, tamen propria est huius tractatus vehementia invectivarum, quibus sacerdotes sui temporis et imprimis praelatos hypocritas et monachos pecuniam per vim exprimentes, qui veritatis praedicatores persecuntur, petere non desistit. Auctori persuasum est sacerdotes sui temporis, quos cum magna meretrice comparat, ad summam depravationem pervenisse neque amplius corrigi posse (cf. indicem s. v. „Sacerdotes" II. et alibi); putat enim ad eos corrigendos necessarias esse „quasdam novas et terribiliores increpaciones et alias inauditas" (p. 398). Ipse quidem iram eorum non timet (p. 391), nam, ut supra diximus, inspirationi divinae fiduciam habet. Emendationem autem ecclesiae non assequi posse existimat, nisi omnia renoventur, sacerdotes et laici; sed sacerdotes renovari posse iam non sperat, itaque omnem fidem suam ponit in novo populo (p. 179), cui creando ipse operam dat, exemplum Milicii secutus, cum frequentem sacramenti altaris communionem probat ac valde recommendat.

Liber tertius.

Tractatus VI., distinctio XII.

De abominatione in loco sancto.

(Continetur toto volumine inde a pag. 1. usque ad pag. 400).

1. Titulus in codice A (codex Musei regni Bohemiae, sign. XIII. E. 13) f. 208a his verbis inscribitur: „Incipit distinccio XII. de abhominacione in loco sancto." In margine rubro colore ibidem simpliciter adnotatur: „Incipit de abhominacione" (v. p. 1.).

2. Causam, quae auctorem ad hunc tractatum conscribendum commovit, et consilium, quod in eo componendo habuit, supra iam commemoravimus (v. pag. V—VII). Hoc autem loco sufficiet, si addimus argumentum huius libri in Prooemio Regularum (vol. I, p. 17) sequentibus verbis comprehendi: „In sexto tractatu per eandem (scil. XIIIam) regulam publicam et communem ostenditur abhominacio desolacionis stare, ubi non debet, et denudantur fornicaciones et pudenda meretricis magne." Et in initio libri III. (v. vol. II, p. 69) auctor de tractatu hoc dicit: „Dehinc etiam, in fine huius tractatus (= libri, scil. tertii) agetur per multa et late de abhominacione desolacionis locata in sancto loco per mysticum Antichristum et membra eius." Fusius autem argumentum exponere hic eo potius supersedere possumus, quod valde prolixum argumentum uniuscuiusque capituli in fine huius voluminis (p. 401—428) sub titulo „Index syntheticus" imprimendum curavimus. Quod argumentum sumptum est ex contemporanea commentatione, quae in codice bibliothecae capituli Pragensis (sign. D 120) invenitur.

De quo Indice synthetico nos aliquot verba dicere oportet. Prout ex editione patet, index est valde copiosus, quamquam integer atque accuratus iudicari non potest. Cuius rei causa est, quod auctor totum singulorum capitulorum argumentum nequaquam fideliter regerit, sed maximam partem tantum singulas sententias, quae ei maximi momenti esse videbantur, adnotat, quas sententias modo uberius transcribit modo carptim solum et, ut ita dicam, mutilatas, ut ex contextu quasi ereptae appareant, adducit. Exempli gratia ex c. 22, pag. 94—95 duae longae periodi exscriptae sunt, sed textus, qui in pag. 95 legitur, omnino omissus est; simili modo proceditur in c. 23, ubi confessio M. Matthiae de triplici perfossione mystici parietis

omittitur, porro in c. 32, 34, 37 (ibi finis, cuius magnopere interest, de reformatione ecclesiae omissus est), in c. 39, 41, 42, 43, 46, 50, 51, 52, 53, 56, 57, 62 (hoc in capite verba de frequenti communione sacramenti altaris et de monachis omissa sunt), in c. 64, 65, 67, 69, 78 et 83 (ibi M. Matthiae confessio de „claudicatione", i. e. de vitae suae mobilitate omissa est). Prout ex hac supradicti Indicis conficiendi ratione iudicari licet, auctoris ignoti finis alius fuit quam verum atque accuratum summarium argumenti libri, qui in ipsius manibus erat, praebere, sed magis verum esse videtur auctorem sive singulas sententias ad proprium usum sive censurae ecclesiasticae causa ex libro Matthiae excerpsisse. Accedit, quod auctor Indicis satis leviter opus suum tractabat, ut demonstrari potest primum ex eo, quod passim sententiae oratione recta a M. Matthia prolatae etiam in obliquam Indicis orationem receptae sunt (cf. c. 23: relaxo, spiritui meo et c. 76 immergimur), deinde ex eo, quod interdum enuntiata adeo in angustum coguntur, ut compendium plane sensu careat et verbis tractatus supplendum sit (cf. c. 25, p. 108; c. 51, p. 237; c. 64, p. 299, etc.); alicubi scriptor legentem aperte ad argumentum tractatus revocat (cf. c. 26 et 31). Ex altera parte autem scriptor Indicis vel ad explicanda M. Matthiae verba enuntiata addit (cf. c. 24, p. 99: Mirabilis est efficacia spiritus d. Jhesu), vel novas omnino sententias inserit (quae in editione uncis inclusae sunt, ut c. 30. 31, etc.). Duobus vero locis scriptor Indicis verba M. Matthiae dedita opera corrupisse videtur, utrum secundum exemplar suum (quod fuit aliud quam cod. A., cf. c. 64, p. 29ᵇ utrumque-utrimque), an singulari studio ductus, non liquet. P. 120 Matthias avaritiam dicit esse „edificatam", contra ea auctor Indicis scribit: „Modo est deificatum" (scil. caput bestiae, avaritia). In c. 30 legimus apud auctorem Indicis: „Plus nocet simulatus sanctitate episcopus quam peccator publicus", at Matthias p. 126 nihil simile dicit. Sed nihilominus in Indice habemus haud vile summarium permultarum M. Matthiae sententiarum ex tractatu de abominatione desolationis desumptarum et suo iure dicere possumus hunc Indicem magni esse pretii non solum ut documentum sui temporis sed etiam per se ipsum.

3. D i v i s i o cuiuscunque modi deest in hoc tractatu; thema eius perpetua disputatione pertractatur. Explicationes praecipuorum locorum ex biblia desumptorum, quas tractatus hic

praebet (Oseae V. 1—5 [c. 1—11], Apoc. XVII, 4 [c. 12—19], Ezechielis XVII, 1—10 [c. 20—39], Apoc. XVII, 3—6 [c. 40—85]) non suppetunt, ut secundum eas argumentum apte dividatur, nam haec dividendi ratio tantum fortuita et nisi ad aliquot graviores sententias et imagines non est accomodata.

4. Tractatus incipit verbis: „Osee V° ca°: Audite hoc, sacerdotes, et attendite, domus Israel . . . (allato autem loco Oseae V. 1—5 argumentum ipsum incipit:) Notanter dicit hic propheta sacerdotes esse laqueum factos speculacioni . . .“; explicit autem hoc enuntiato: „Et protestor, quod ista, quae sunt hic posita et alia mea dicta et facta humiliter subicio cum omni obediencia filiali sancte universali ecclesie, puta ecclesie Romane, et ipsius correccioni et emendacioni in omnibus et singulis per me dictis vel factis aut in posterum faciendis.“

5. Tempus componendi satis recte ex sequentibus locis ex tractatu ipso desumptis statui potest:

a) In capitulo tricesimo uno, p. 134 auctor de duobus libris magistrorum Parisiensium narrat, in quibus magistri illi „descripserunt et previderunt ante annos CXXXVI tunc futura, sed in novissimis temporibus iam ad oculum hodie visa sunt omnia esse adinpleta et adhuc adinpleri.“ Alter horum librorum fuit tractatus „De periculis novissimorum temporum“, quem Magister Matthias ipse in scripto de Antichristo edidit (v. vol. III, p. 252—314). Tractatus „de periculis“ compositus est anno 1255 (cf. Féret, La fac. de théol. de Paris, t. II. p. 68 sq.), sed animo Magistri Matthiae verisimile est potius annum 1256 obversatum esse, quo tractatus magistrorum Parisiensium a papa Alexandro IV. condemnatus est. Quotiescunque enim in libro de Antichristo (vol. III, p. 250) de tractatu hoc loquitur, tantum condemnationis eius mentionem facit et certe condemnatio haec ei notior erat, quam tempus, quo tractatus ille compositus est. Si igitur Matthias annum 1256 in animo habuit, ipsius tractatus de abominatione desolationis centum triginta sex annis post conscriptus est, i. e. anno 1392.

b) In cap. 37, p. 177 verisimiliter auctor tecte significat canonicos capituli Pragensis, qui archiepiscopum suum Joannem de Jenstein aspernabantur, dicentes: „Iste autem, qui contemnit omnia talia et pudorem nobis ingerit, ad quid valet, nisi ad esse monachum vel heremitam? Unde nolumus hunc regnare super nos, neque ut nos doceat aut inter nos teneat locum

principalem.“ In nota p. 177 addita ostendimus capitulum Pragense mense Martio vel Aprili a. 1393 ab archiepiscopo suo discessisse; sed hic insuper adnotamus verba illa, quae adduximus, non necessario ad eam proprie rem pertinere, quoniam archiepiscopus Joannes de Jenstein continenter fere et cum capitulo suo et cum aliis sacerdotibus iam inde ab anno conversionis suae (a. 1380) altercabatur (cf. Tomek, *Dějepis města Prahy, vol. III, p. 362—364). Itaque quamdiu nullum certius testimonium de discordia verbis Matthiae expressa habebimus, non possumus cum certa fiducia dicere, ad quem annum pertineant, nec iis sine ulla haesitatione uti ad statuendum tempus, quo Matthiae tractatus est compositus. Idem valet de variarum rerum mentionibus, quas passim in scriptis huius rerum quidem peritissimi, sed simul incertissimi auctoris legimus (cf. p. 92, 180, 244 et al.).*

c) In c. 29, p. 121 Magister Matthias docet potestatem ecclesiae „in temporalibus“ anno 1290 vel circa hoc tempus imminutam esse; tum enim, ut ait M. Matthias, „strages et bella inter christianos principes atque inobediencia multiplicari inceperunt.“ Eodem tempore autem M. Matthias ponit etiam adventum locustarum (cf. vol. III, p. 169) et haec opinio de incipiente labe ecclesiae, imprimis de diminuta saeculari potestate eius stabilibus firmisque universitatis Parisiensis iudiciis est adnumeranda. Maioris vero momenti sunt ea, quae Matthias de labente spirituali potestate ecclesiae dicit, quae ex eius sententia concidere coepit primum schismate Graecorum a. 858, deinde schismate Francigenarum a. 1378 (p. 121, cf. p. 134). „Quod schisma usque hodie durat“, ait p. 285. Quo schismate orto Bohemia papam Romanum Urbanum VI. (1378—1389) et post eum Bonifacium IX. (1389—1404) secuta est, qui regi Venceslao IV. anno 1393 sacrum tempus iubilaeum (de quo nulla mentio hic fit!) concessit. Neque mirum est etiam Magistrum Matthiam fideliter a partibus papae Romani stare (cf. p. 400), quamquam eius modum dispertiendi beneficia ecclesiastica (cf. p. 16 et 17, 138 et 139), eius avaritiam (p. 131) et superbiam (p. 310) acerbe incusat, per irrisionem de cultu eius loquitur (p. 80), quin etiam uno loco eum summum Antichristum appellat (p. 275). Pari cum libertate M. Matthias iam in praecedenti tractatu, qui anno 1389 exeunte compositus est, de Antichristo loquitur (cf. vol. III. s. v. „Papa“). Cum autem M. Matthias legentes ad hunc tractatum re-

voce! (cf. vocem „Janov"), necessario tractatus de abominatione post annum 1389 compositus est. Cum hoc termino „a quo" etiam mentio decreti synodi Pragensis habitae die XIX. mensis Novembris a. 1389 contra sacerdotes sacramentum altaris frequenter dispensantes congruit (p. 283).

d) In universum ergo dici potest tractatum de abominatione desolationis inter annos 1389 et 1392 compositum esse. Attamen una res huic opinioni repugnare videtur, scilicet quod Magister Matthias huius tractatus mentionem facit (si alios libros silentio praeterire volumus) in scripto de Antichristo, quod, ut pro certo scimus, iam exeunte anno 1389 compositum est. Itaque primo aspectu non absurde aliquis affirmare possit tractatum de abominatione desolationis iam ante exitum anni 1389 ad finem esse perductum. Sed si eos locos, qui hic in discrimen veniunt (vol. III, p. 148, 176, 207, 209, 212, 213, 345), accuratius legerimus, intellegemus auctorem de tractatu loqui, quem demum conscribere in animo habuit (cf. imprimis p. 207: „Christo Jhesu propitio et spiritu eius multo longior inferius tractatus me expectat" et p. 209: „Et hec nunc breviter proponens, reservo ea in subsequentibus late pertractanda et declaranda"). Contra ea ubicunque Magister Matthias in tractatu de abominatione libri de Antichristo mentionem fecit (vide infra p. 107, 124, 130, 140), ita loquitur, ut dubitari nequeat, quin tum iam liber de Antichristo confectus sit. Et cum s. l. a) demonstraverimus auctorem hunc tractatum centum triginta sex annis post annum 1256 scripsisse, in ea sententia perstare debemus tractatum de abominatione circiter annum 1392 esse compositum.

e) Supra (p. IV) opinionem protulimus tractatum de abominatione desolationis fuisse unum ex duobus illis libris, quos Magister Matthias die XIV. mensis Julii a. 1392 notario vicariorum archiepiscopi recensendum tradere coactus est. De qua censura haec in actis adnotata sunt: „Item die XIIII. mensis Julii hora quasi nona magister Mathias, plebanus ecclesiae in Magnavilla, duos libros, unum in pergameno scriptum in vulgari Boemico et in asseribus ligatum, et alium in papiro inter duas cedulas pergameni ligatum, prout sibi est mandatum per dominos vicarios in spiritualibus domini archiepiscopi Pragensis, apud me, Johannem de Duba notarium, in cancellaria dictorum dominorum vicariorum reposuit et protestatus est expresse,

quod tempus dictos libros corrigendi non habuit, et eosdem tradidit tamquam non correctos et non visos per eum post primam eorum inscriptionem; quos quidem libros alias servabat aput se, voluntatem habens plenam, eosdem per aliquos magistros prius videri, corrigi et emendari, antequam in publicum eos traderet producendos" (Tadra, Acta iudic., vol. III, num. 263, collat. cum Tomek, l. c., vol. III[2], p. 358, nota 37).

In libro nostro bohemico de Matthia de Janov (p. 76) docuimus ex hac nota manifestum esse alterum librum lingua Bohemica conscriptum fuisse, alterum potuisse latinum esse et fuisse fortasse librum IV. Regularum, qui Matthiae sententias de sacramento altaris et de cultu imaginum statuarumque sanctorum continet, propter quas Matthias iam a synodo die XIV. mensis Octobris a. 1389 nota censoria affectus est. Nunc vero nos potius ad eam sententiam inclinamus librum illum, si fuit latinus, potissimum hunc tractatum de abominatione fuisse. Nam tractatum hunc certo fere scimus anno 1392 conscriptum esse, cum origo libri IV. nequaquam certa sit et haud scio, an non iam ante tractatum de abominatione desolationis confectus sit. In summa enim verisimile est tractatum de abominatione ultimum scriptum docti auctoris fuisse, qui post annum 1392 extremum vitae suae tempus tantum ad elimandum et expoliendum totum opus suum contulit. Sed praeter externum documentum, quod temporis consensus praebet, sententia prolata etiam internis argumentis confirmatur, si naturam et formam tractatus de abominatione desolationis respicimus. Nam re vera tractatus hic acerrimas invectivas in sacerdotes continet et fieri non potuit, quin offensionem censurae ecclesiasticae moveret. Ad quam rem iam sufficiebat argumentum, quod in registro supra notato et in codice capituli Pragensis D 120 conservato invenimus (aspera scribendi ratio huius argumenti manum ipsius censoris prodere videtur) et quod ita est comparatum, ut facile censuram archiepiscopalem impellere potuerit, ut auctorem ad rationem criminationis suae reddendam arcesseret, imprimis si consideramus alterum librum, adhuc ignotum, lingua Bohemica conscriptum fuisse. Accedit, quod externa species tractatus de abominatione desolationis plane congruit cum ea, quam secundum censoris verba illi duo libri censurae traditi habuerunt; tractatus ille est enim „tam-

quam non correctus et non visus post primam suam inscriptionem." Qua de re supra exposui (v. pag. VII), itaque eam hoc loco silentio praeteribo.

Quo tempore M. Matthias tractatum hunc componere coeperit, nescimus; unum, quod scimus, est eum ab auctore „cum magna sollicitudine in die et in nocte" (p. 98) scriptum esse. Si autem verba capituli 31 (v. supra p. XI) re vera ad annum 1392 pertinent et si hic liber reapse die XIV. mensis Julii a. 1392 censurae traditus est, affirmare possumus tractatum hunc uno fere impetu paucis mensibus confectum esse. Quae res clarissimum testimonium eximiae ingenii celeritatis et egregiae artis litterariae Magistri Matthiae praebet, imprimis si consideraverimus in hoc libro tot locos scripturae sanctae accurate esse adductos et librum ipsum tantae esse amplitudinis[1]).

6. Tractatus de abominatione tantum uno libro manu scripto ad nos pervenit, qui est codex Musei regni Bohemiae, sign. XIII. E. 13 (= cod. A), qui quattuor priores Regularum libros in illa forma continet, quam a Magistro Matthia post annum 1392 acceperunt. Constat autem (v. vol. I. p. VI.) hunc codicem ab ignoto librario munde sub oculis ipsius auctoris esse confectum. Codex manu ipsius auctoris scriptus (autographum), qui erat chartaceus „inter duas cedulas pergameni ligatus" (cf. s. 5. e) deperditus est, id quod valde est dolendum.

Excerpta ex tractatu de abominatione facta inveniuntur in egregia totius operis epitome, quam in codice Capit. Prag.

---

[1]) Tractatus De abominatione ita vocibus, phrasibus atque sententiis ex biblia haustis saturatus est, ut haec locorum biblicorum abundantia proprium signum ipsius efficiat. Quam ob rem omni studio et opera elaboravimus, ut hoc scriptum ad ipsius fontes biblicos reduceremus. Itaque in Indice biblico huic volumini adiuncto omnes locos, qui directe vel indirecte de biblia proveniunt et in libri textu adferuntur, maxima cum cura adnotare conati sumus. Summam omnium locorum, quibus singula bibliae dicta in hoc libro citantur, non minore numero quam 2025 indicare possumus. Satis gratum est observare, quae bibliae partes saepissime a M. Matthia adferantur. De quibus Apocalypseos liber 209 locis adfertur, evangelium s. Matthaei 191 locis, liber Psalmorum 155 locis, prophetiae Isaiae 115 locis, Ezechielis 107 locis, Jobis 72 locis, evangelium s. Johannis 71 locis, liber Proverbiorum 70 locis, I. epistula ad Corinthios 66 locis, evangelium s. Lucae 57 locis, epistula ad Romanos 51 locis, etc. De 75 scriptis, quae biblia sacra vulgatae editionis continet, in hoc libro 63 scripta adferuntur.

D 55 (— cod. D 1), f. 44[b]*—68*[a] *et in cod. Gersdorfensi vel* B u d i s s i n o *in 8°, n. 7 (= cod. D 2) f. 296*[b]*—324*[c] *legimus. Excerpta codicis capituli in textu ipso, qui dicitur, inde a p. 273 respeximus, variae lectiones excerptorum ad p. 1—172 pertinentes in Addendis et Corrigendis adductae sunt. Textus ipse per eas non valde immutatur.*

7. V e r s i o *totius huius tractatus in aliam linguam non exstat. Sed sacerdos Victorinus Anxiginus Skutecius in libro suo „Admonitio sacerdotum" inscripto secundum fragmenta a Brunfelsio edita partem capituli V. in linguam Bohemicam convertit. Quae versio ultima duo capita „Admonitionis" efficit, alterum incipit verbis (cf. Erben, M. J. Husi spisy, III, p. 314—315): „I dobře tehdy o takových prorok Ozeáš V. pověděl (cf. infra p. 18, lineam 16 usque ad p. 19, lin. 17), alterum autem his verbis: „A toť jest hrozné spuštění ohavnosti o chrámě božím" (cf. infra p. 19, lin. 21 usque ad p. 20, lin. 4). Arbitrari vero possumus etiam alias partes huius tractatus, qui iam anno 1558 typis descriptus ideoque notus erat, in linguam Bohemicam esse translatas, ut fortasse studia futura ostendent.*

8. T y p i s e x p r e s s u s *est hic liber primum a* B r u n f e l s i o, *qui anno 1524 in tractatu, qui inscribitur: „De evangelica perfectione", c. 3. f. 80*[b] *et 81*[b] *(= Opp. f. 479*[b]*, 450*[a] *et Opp. f. 413) capitulum tertium, ibidem in c. 4 et 5; f. 81*[b]*—82*[a]*, 82*[ab] *= Opp. 450*[a] *et 451*[a] *cum interpolatione capitulum 34 huius tractatus edidit (cf. vol. III, p. XXI.).*

*Totus tractatus sub nomine Magistri Hus in Norimbergensi scriptorum Magistri Hus editione prodiit („*J o a n n i s H u s e t H i e r o n y m i P r a g e n s i s, c o n f e s s o r u m C h r i s t i, h i s t o r i a e t m o n u m e n t a", N o r i m b e r g a e, *1558, f. 376*[a]*—471*[b] *et editionis, quae anno 1715 prodiit, t. I, f. 473—627). Contra vix verum esse videtur tractatum hunc iam ante annum 1558 editum esse, nam verba, quae hac in re in libro „Confessio fidei ac religionis baronum ac nobilium regni Bohemiae", Wittenbergae 1535, praef. f. 4*[b] *legimus („Mag. Matthias Parisiensis ... eo libro, quem ‚de abhominatione' inscripsit, cap. XXXVII, qui sub titulo et nomine Mag. Joannis Huss excusus in lucem exiit, sic scriptum reliquit") fortasse ad editionem Brunfelsii ex anno 1524 pertinent, nisi alia editio nobis ignota significatur.*

Editio Norimbergensis admodum est notabilis. Alio enim libro manu scripto nititur, quam codice A, et multis locis

auctoris verba rectius praebet quam codex A. Quoniam autem totus tractatus tantum in uno codice A servatus est, in notis editionis nostrae accurate codicem A cum editione Norimbergensi comparavimus. Quare in hoc uno exemplo rationem et artem editorum Norimbergensium optime explorare possumus.

Editores Norimbergenses nonnullis locis textum, qui dicitur, recte emendaverunt vel secundum exemplar suum vel apta coniectura, ut aperte ex variis lectionibus in editione adnotatis elucet. Etiam diligentem curam adhibuerunt, ut tractatus typis recte exprimeretur ita, ut raro tantum errores typographici, qui vocantur, occurrant, ex. gr. p. 13 editionis nostrae, nota g) „in ambitione" pro recto „in ambone", p. 134, nota k) „dentibus" pro „dantibus", p. 161, n. c) „sequutor" pro „sequitur", p. 302, n. e) „Paulo" pro „patulo", p. 351, n. b) „senatorum" pro „amatorum", etc. Quod autem editores verba auctoris bene intellexerunt et prudenter imprimebant, cum ex aliis rebus tum ex marginali nota p. 199, n. f) commemorata: „Hic in exemplari videtur aliquid deesse" evidenter iudicare possumus.

Sed hanc laudem, quam diligenti labori editorum tribuimus, ex altera parte valde deminuere coacti sumus. Nam permultis locis in manifestam neglegentiam inciderunt, singula verba, quin etiam integra enuntiata omittentes, quae res parum accurate legenti vel describenti accidere solet. Et si editor et typographus satis diligens fuit, non idem valet de librario, qui codicem describebat, quem plerumque neglegentissimum fuisse demonstrat hoc evidens exemplum: P. 30[b]) legimus sententiam: „non descendant t o l l e r e *aliquid de domo sua et qui in agro, non revertantur* t o l l e r e *tunicam suam." Librarius, defixis oculis vocem* t o l l e r e *bis repetitam intuens, omisit partem, quae inter verba* t o l l e r e *erat, et descripsit solum: „non descendant tollere tunicam suam." Similia exempla haud raro inveniuntur, cf. p. 92[c]), 199[g]), 204[g]), 240[d]), 296[e]), 341[g]), etc. Interdum editores verba, quae non intellexerunt, prorsus praeterierunt, ex. gr. p. 43[g]) de „ribaldis", vel p. 201[k]) „glorie* g r e c e*", p. 80[f]) omissi sunt ironice adhibiti et ab editoribus non intellecti tituli papae, regis, equitis, alibi omittuntur documenta, ut p. 28[d]). Contra ea iterum hic illic testimonia vel saltem adnotationes ad explicanda verba auctoris, quae iis obscuriora vel parum gravia videbantur, addebant; cf. p. 43[i]), 45[g]), 49[i]), 58[c]), 90[m]), 117[a]), 125[f]), 136[o]), 138[b]), 141[c]), 148[k]), 152[b], 153[a], [f]), 154[a])*

162 g), i), k), m), n), 163 i), 164 o), 165 a), 166 k), 167 b), 168 n), 171 c), f), 176 p), 197 g), 201 i), r), t), etc.

His additamentis et omissionibus textus Magistri Matthiae non valde est corruptus, quoniam argumentum et sensus singulorum locorum iis non multum immutantur, et si nihil aliud editioni Norimbergensi exprobrandum esset, suo iure pro fide digna atque idonea haberi posset, quae ad subtiliora litterarum studia adhiberetur. Sed proh dolor! res longe aliter se habet. Editores Norimbergenses, qui protestantes, ut vulgo dicuntur, erant, non solum id agebant, ut studiis litterariis editione sua prodessent, sed etiam consilia ecclesiastica et publica sequebantur iisque ducti, multis locis verba Magistri Matthiae adeo corruperunt, ut in adhibenda eorum editione summam circumspectionem observare debeamus. Ceterum vix crimine immodestiae arguemur, si ingenue dixerimus editione nostra nunc Norimbergensem editionem tractatus Matthiae „de abominatione desolationis“ prorsus supervacaneam factam esse.

Norimbergenses vero textum Matthiae triplici ratione depravabant, singula omittentes, vel addentes, vel mutantes. Quae tria genera depravationum colligere non gravati sumus et ex indice amplissimo hic gravissima testimonia adferimus. Et si quis indicem plenum ad usum suum comparare velit, facile id exsequi possit apparatu critico in editione ipsa collocato nisus; ibi enim omnes fere variae lectiones adnotatae sunt.

a) Norimberges singulas voces vel totas sententias, quae quamvis leviter ex usu doctrinae et ecclesiae catholicae esse videntur, haud cunctanter omittunt. P. 18, nota d) ait M. Matthias de falsis monachis alia scripta exstare „quasi inexpungnabiliter racionibus et scripturis communita“; editores omittunt verba „racionibus et scripturis communita“ sine dubio ob eam causam, quod, ut ex p. 95 h) scimus, omnino monachos „excogitatos a Satana“ putant. P. 36 n) omittunt biblicam M. Matthiae confessionem de ardenti studio eius: „Quia igitur zelus domus sue comedit me et obprobria exprobrancium Jhesu crucifixo ceciderunt super me.“ P. 37 g) omissa est protestatio M. Matthiae, qua dicit se ecclesiae catholicae subicere velle. P. 39 h) Norimbergenses non possunt admittere „non deficere adhuc pios [ex monachis“]. P. 44 g) non iis placent verba „ecclesie [sancte“], p. 75 a) autem non comprobant sententiam, qua affirmatur esse cupidos sacerdotes, „qui adulantur dominis [et

militibus secularibus"]. Quod omittitur promissio annorum jubilaeorum p. 92[e]), fortasse neglegentia accidit, quamquiam in eodem enuntiato omissa sunt etiam verba de promissione missarum, orationum et peregrinationum. P. 97[i]) confitetur Matthias se interdum „in verbis vanis occupari", sed editores eiusmodi debilitatis confessionem in M. Matthia vel potius pro eorum opinione in Magistro J. Hus pati nequeunt. P. 103[i]) omittunt editores verba „coram deo et angelis", quoniam angelos esse negant. P. 105[e]) opprimunt verba M. Matthiae corpus Christi in sacramento altaris esse „plenum deitate corporaliter." P. 127[f]) omittuntur verba „sue ecclesie sacrosancte" et pro iis dicitur solum „nobis". P. 133[h]) immutantur verba de monachis, qui „a suis propriis episcopis et immediatis sacerdotibus" eximi volunt, nam pro eis legimus tantum „a suis inmediatis praepositis." P. 134[b]) etiam vocabulum primo aspectu plane innoxium „gerarchicus" („ordinem sanctissimum gerarchicum") evanuit; similiter p. 136[q]) vocabulum de sanctis dictum („deo et [sanctis eius"]), et p. 168[h]): „electos dei [et sanctos"]. P. 177[s]) octo lineae omissae sunt, quibus M. Matthias ostendit interdum servis Christi induendum esse splendidum vestimentum. P. 201[b]) praetereunt editores verba „ab ecclesie sacramentis" et ibidem e) pro voce „sacramenta" dicunt „sacra convivia." P. 275[a]) delent verba „satisfaccionem grate explere" et p. 282[c]) septem lineas de frequenti communione sacramenti altaris agentes. P. 291[g]) ex M. Matthiae verbis tollitur vocabulum „sanctus" de populo christiano adhibitum, p. 320[f]) autem vocabulum „doctrine" ex enuntiato: „omnis veritatis [et doctrine] catholice et fidei christiane inperium."

b) Editores Norimbergenses saepe singula verba et integras sententias ad textum M. Matthiae addunt et eiusmodi interpolatione consulto verba M. Matthiae corrumpunt et depravant. Qua in re iterum exempla levioris et gravioris generis occurrunt. P. 2[g]) Matthias scribit: „planctus ille congruit sancte ecclesie"; Norimbergenses adiungunt: „verae sponsae"; simile additamentum invenimus p. 188[e]). P. 11[k]) ad sententiam: „qui conturbat bonos in eorum devocione" adiciunt haec verba: „et praxi, quae est secundum spiritum Jhesu." P. 15[d]) verba de monachis prolata: „prepollent coram populo universo" supplent modo parum urbano, sed M. Matthiae loquendi rationi satis convenienti verbis: „velut meretrix apocalyptica." Ad monachos

spectant alia duo additamenta p. 21 [a]), [c]); ibidemque in nota [d]) iterum addita est vox „praxim". P. 22 [f]) de sacerdotibus additur: „et sacramenta eius pro suo libito tenent"; in eadem pagina [g]) haec verba adiunguntur: „et praxim piissimi Christi Jhesu." P. 26 [e]) verba „clericis et sacerdotibus" supplentur additamento: „et populis christianis." P. 32 [a]) loquitur M. Matthias de „statu . . . yppocritarum monachorum", sed Norimbergenses adiciunt: „et caeterorum praelatorum." P. 40 [k]) auctor noster contendit avaros sacerdotes „ipsum papam" fraudare, Norimbergenses autem interpolant: „et creatorem suum papam" et haec verba litteris maiusculis imprimunt; ibidem nota [r]) legimus notabile additamentum de „altissima paupertate Christi Jhesu." P. 41 [b]) augentur verba de bonis sacerdotibus „honorem odientibus" additamento: „ut stercora." P. 46 [f]) verba de ornatu et traditionibus humanis suppleta sunt. P. 64 [e]) ad verba „in fronte muliebri" additur vocabulum „meretricea". P. 87 [c]) iterum legimus additamentum, quod suam vim habet, de evangelica paupertate. P. 92 [n]) M. Matthias „sacerdotes, inquit, propter verba mea offendentur et contra me irascentur", Norimbergenses plura dicunt: „offendentur et scandalisabuntur, specialiter duces caeci contra veritatem irascentur." P. 94 [f]) ad verba de sacerdotibus, qui „exigunt pro absolutionibus" supplent: „confessione, missis." P. 95 [h]) completa sunt verba iam commemorata: „necnon monachos fratres excogitatos a Sathana." P. 121 [a]) descriptionem temporis per annum 1290 haec notabilia verba definiunt: „post solutionem Sathanae, qui fuit quondam ligatus", et ibidem [b]) et [d]) M. Matthiae sententia „quando Greci ab obediencia ecclesie recesserunt" animis editorum hoc modo accommodata est: „quando Graeci propter donationem Papae a Romana ecclesia recesserunt." Praeterea p. 121 [e]) etiam verba de Antichristo addita sunt. P. 122 [a]) editores supplent charitatem spiritus sancti esse non solum in sacerdotibus, sed etiam „in populis". P. 124 [b]) recipiuntur verba de praepositis dicta hoc modo: „veris vicariis et a Christo Jhesu praepositis et missis." P. 127 [o]) Norimbergenses phrasim „introduccio adinvencionum hominum" amplificant verbis: „et specialiter circa sacramenta." P. 134 [c]) addita sunt verba „alios ordines excogitando." P. 137 [c]) verba „rituum ecclesie" aucta sunt voce „Romanae". P. 138 [e]) interpolata sunt verba: „et dotationem stultam Constantini imperatoris tenere",

quae apud M. Matthiam prorsus desunt. Ibidem ad verba: „gloria d. cardinalium" additum est „et ipsius Papae". P. 147[c]) *iterum occurrit restrictio evangelica: „sacerdotum Christi et sequacium apostolorum" vox. P. 162*[q]) *ad ea, quae de fide et virtute dicuntur, suppletum est vocabulum „veritas". P. 164*[n]) *legimus apud M. Matthiam tantum „omnes christiani", sed Norimbergenses adiciunt: „primum sacerdotes et literati." P. 172*[f]) *iterum invenitur additamentum de missis aliisque officiis. P. 175*[g]) *ad sententiam de Jhesu dictam additur: „qui plantavit ecclesiam, mundavit sanguine, dotavit spiritualibus bonis." P. 176*[r]) *adiuncta sunt verba: „non fictaque charitate." P. 202*[g]) *iterum addita sunt verba de veritate: „vel ut de eius veritate sanctissima propalliata."*

c) Denique editores Norimbergenses cum maiore vel minore audacia verba Mag. Matthiae mutaverunt secundum propriam sententiam, persuasionem suam et secundum consilium, quod editione sua assecuturi erant, ea vel abbreviantes vel interpretantes. Exempli gratia p. 14[k]) *scribit M. Matthias: „Habent et religiosi ... munimenta, vid. exempcionem ab episcopo et ab omnibus", contra Norimbergenses dicunt: „Habent et religiosi ... munimenta. Patet per eorum regulas et in praxi ipsorum" (!). P. 19*[f]) *legimus apud M. Matthiam: „contra utilem veritatem", apud Norimbergenses vero: „contra sanctissimam veritatem Christi." P. 37*[c]) *admodum contracta est ipsius M. Matthiae de sua scribendi ratione confessio. P. 46*[n]), *ubi M. Matthias dicit: „non vocati a provisoribus ecclesie", mutant Norimbergenses textum, scribentes: „non vocati a Christo." P. 79*[a]) *loquitur M. Matthias de „ecclesia sacrosancta", at Norimbergenses tantum de „ecclesia sancta." Etiam ad res tam parvulas pertinebat studium corrigendi editorum anni 1558! P. 98*[a]) *M. Matthias modo in Vetere Testamento usitato appellat Jhesum „dominum verum et regem terribilem", sed Norimbergenses loquuntur de Jhesu tamquam de „vero medico." P. 103*[h]) *haud cunctanter mutant totum enuntiatum, ut evitent vocabulum: „in missa." Similiter p. 127*[q]) *praetermittuntur ea, quae M. Matthias de frequenti communione sacramenti altaris dicit. Manifestam textus, qui dicitur, depravationem habemus p. 129*[g]), *ubi pro verbis M. Matthiae: „omnia armamenta" legitur „Romana armamenta." P. 140*[g]) *pro mentione de canonicis et de episcopo habent editores tantum mentionem de inferiore clero*

et ei praeposito episcopo. Ibidem [k]) *sententia M. Matthiae: „qui sunt exempti a iurisdictione suorum ordinariorum" hoc modo est detorta: „qui sunt aversi a veritate Jhesu, summi episcopi, et a fraternitate Christi Jhesu in lege fundata, ad alias privatas fraternitates." Etiam p. 144*[c]) *ea, quae M. Matthias de oboedientia papae dicit, plane sunt perversa, cum enim M. Matthias scripserit: „qui a solo papa habentes beneficia et promocionem vel alias exempcionem a suis ordinariis proximis et cottidianis, tantum curant domino apostolico subesse et obedire", Norimbergenses omnino aliam sententiam praebent: „qui discordant a lege Christi Jhesu et tradicionibus humanis, non fixi in petra immobili." Similiter p. 146*[a]) *prodit manum protestantis saeculi XVI., qui M. Matthiae verba corrigere studet; auctor noster enim dicit: „cum ecclesia d e i esse cepit pregravata per talem innumerabilem multitudinem . . . personarum", contra ea apud Norimbergenses legimus: „c u m E c c l e s i a R o m a n a d o t a t i o n e C o n s t a n t i n i e s t o b f u s c a t a." Ibidem* [k]) *verba M. Matthiae: „in sacerdotibus et religiosis" immutantur in verba: „in sacerdotibus et laicis"; aliam depravationem ibidem* [m]) *reperimus. P. 154*[a]) *pulcherrima Mag. Matthiae confessio de igne spiritus sancti deformata est modo prorsus universali et inani. P. 166*[h]) *pro enuntiato: „destruunt eius fidelitatem, dileccionem" legitur: „destruunt eius charitatem ditissimam, paupertatem"; videmus hic ut aliis locis supra allatis premi paupertatem. P. 167*[b]) *vox „paupertas" a M. Matthia adhibita propius definitur attributo „evangelica paupertas." Etiam locus valde notus p. 175*[c]) *lamentationem post mortem fautoris sacerdotum spectans non congruit apud Mag. Matthiam et apud Norimbergenses, ut ostendit varia lectio in editione nostra adnotata. Similiter corrupta sunt verba M. Matthiae de magno schismate et de ecclesia Romana p. 180*[b]), [d]); *cum enim M. Matthiae de „discessione . . . ab obediencia sedis Romane" loquatur, Norimbergenses narrant de „discessione . . . ab obediencia Christi Jhesu et sedis apostolicae beatorum apostolorum." P. 183*[d]) *pro voce „episcopi" legitur tantum vox „sacerdotes." P. 213*[d]) *Norimbergenses ampliorem textus partem, triginta lineas continentem, solum ideo mutaverunt, quod M. Matthias concedit in ordine sacerdotali semper permanere „exteriorem decorem et ordinem atque potestatem." P. 217*[i]) *„nunccios veritatis" Norimbergenses in „inimicos veritatis" (!) mutaverunt. Aperta depra-*

vatio reperitur denique in p. 244[d]*), ubi M. Matthias dicit: „beatificant populum“, sed Norimbergenses litteris maiusculis imprimunt „beatificant Papam.“*

Dedita opera maiorem diligentiam impendimus in editionem Norimbergensem pervestigandam non solum propterea, quod in ea re unicus typis adhuc expressus Magistri Matthiae liber agitur, sed etiam ut brevi exemplo illustraremus rationem et viam, qua Norimbergenses librorum Magistri Hus editores saeculo XVI. usi sunt. Et quamquam huic rei nimium tribuere nolumus, id tamen manifestum est editionem Norimbergensem admodum esse incertam imprimis propter consilium, quo ducti editores Norimbergenses verba auctoris potissimum iis locis, quorum maxime interest, recognoscebant et depravabant. Quae cognitio non quidem est nova, nam Fr. Palacký in libro „Vorläufer des Husitenthums in Böhmen“, p. 51 et in „Historia populi Bohemici“, t. III.[3]*, 1, p. 36 iam adnotavit „M. Matthiae librum a Norimbergensibus editum esse praetermodum quasi mutilatum et parum absolutum.“ Sed tamen haec cognitio nunc est certissimis documentis confirmata et necesse est eam in utendo toto opere doctorum virorum Norimbergensium anni 1558 semper memoria tenere.*

Confecto autem hoc amplo volumine, ad quod typis exprimendum sesquialtero anno opus erat et cuius recognotio attentissimam diligentiam et patientiam requirebat, iterum sociis nostri laboris domino doctori VENCESLAO NOVOTNÝ, professori historiae Bohemicae in Universitate Pragensi, et domino consiliario a regimine HENRICO NEUDERT, professori in consilio scholastico Regni Bohemiae, pro eorum amica et assidua ope gratias quam maximas agimus. Nec minorem gratiam debemus domino philosophiae studioso RUDOLPHO HIKL pro eius diligenti auxilio, quo nos in describendo hoc M. Matthiae libro adiuvit.

Pragae, die XIII. mensis Februarii 1913.

Vlastimil Kybal.

CONSPECTUS ARGUMENTI.

LIBER TERCIUS

TRACTATUS SEXTUS

SEU DISTINCCIO XII.

DE ABHOMINACIONE IN LOCO SANCTO.

1) Inscriptiones uncis inclusae proveniunt de editione Norimbergensi.

---

1) Hoc capitulo incipit explanatio visionis Johannis de muliere fornicaria (Apoc. XVII.)

ADDENDA ET CORRIGENDA.

P. 4, lin. 2 lege destruccio *pro* desruccio.
P. 6, lin. 31 supple a) Crux et passio Christi *D 1.*
P. 26, lin. 8 lege dextram *pro* dexteram.
P. 26, lin. 13 lege in nullo querat, que sua sunt *(= D 1) pro* et nullo modo querat, que sua.
P. 28, lin. 16: revocatio loco indicato non invenitur. Similiter auctorum loci p. 37, 293 et 343 adducti recognosci non potuerunt.
P. 37 inter l. 30 et 31 pone 1) Protestacio *D 1.*
P. 55, lin. 39—40 lege Cf. III. Esdrae IV. passim *pro* Aggaei I. II.
P. 97, lin. 16 lege continuavi *pro* continuati.
P. 121, p. 35 lege 1378 *pro* 1388.
P. 163, lin. 10 lege per hoc *pro* hoc.
P. 179, lin. 2 lege ut habeant *pro* et habeant.
P. 179, lin. 4: in D 1 legitur ut assumatur inveniri.
P. 179, lin. 31 supple 16) Propheciam nota *D 1.*
P. 180, lin. 12 supple, quod in D 1 legitur abreviati *pro* breviati.
P. 217, lin. 10 lege in iniusticia *(= D 1 et ed.) pro* in iniusticiam *et lin. 11 lege* in lege naturali *pro* in lumine naturali.
P. 247, ad lin. 14 supple, quod in marg. D 1 legitur Fornicacio spiritualis. *Ibidem ad calcem fol. infer. legitur* Faciem bestie vel frontem meretricis quare dicitur habere christianus.
P. 258, lin. 1 lege veritatis et fidei *(= D 1) pro* veritatis, id est fidei.
P. 269, lin. 16 lege [in] tantum *(= D 1) pro* tantum.
P. 271, lin. 14 adde nam cum [hoc], *prout legitur in D 1.*
P. 291, lin. 11 supple Astuta decepcio dyaboli *D 1 ad calc. fol. super.*
P. 293, lin. 10 supple Fidei commendacio *et p. 294, lin. 31* Wyera obyczeyna *D 1 ad calc. fol. super.*
P. 318, ad lin. 13 supple, quod in D 1 legitur Superbie proprietatis.
P. 395, lin. 26 lege Si hec *pro* Si hic.
P. 459 s. v. „Hypocrisis" p. 304 lege pessime *pro* pessimi.

[LIBER TERCIUS.]

[f. 208^a] INCIPIT DISTINCCIO XII.

DE ABHOMINACIONE IN LOCO SANCTO[a]).

Capitulum primum[b]).

Quod sacerdotum dissensio in ecclesia est abhominacio et causa abhominacionis, et de pace mala[c]).

Osee V.º ca°.[d])[1]): „Audite hoc[e]), sacerdotes, et attendite domus Israel et domus regis auscultate, quia vobiscum[f]) est iudicium, quoniam laqueus facti estis speculacioni et sicut rethe expansum super Thabor. Et victimas declinastis[g]) in profundum, et ego eruditor omnium eorum. Ego scio Effraym, et Israel non est absconditus a me, quia nunc fornicatus est Effraym, contaminatus est Israel. Non dabunt cogitaciones suas, ut revertantur ad deum suum, quia spiritus fornicacionum in medio eorum, et dominum non congnoverunt. Et respondebit arrogancia Israel in faciem[h]) eius."

---

a) *ita A rubr.; alia manu in marg. una parte rubr.:* Incipit de abhominacione *et altera parte rubr.:* Liber 4us *(sic).* — *Ed. in* „Joannis Hus et Hieronymi Pragensis, confessorum Christi, historia et monumentis", Norimbergae 1558, f. 376^a—471^b (= ed.) *Hic inscribitur:* Joannes Hus de sacerdotum et monachorum abhorrenda abhominatione desolationis in ecclesia Christi. — Tractatio loci ex Oseae capite quinto. b) *ita A rubr. (in cod. A scribitur utique:* Capitolum). *In ed.:* Caput primum. — Sacerdotes sunt laqueus populi propter contentiones et dissidia. Item de pace Christi et pace mundi, quam veritatis doctores habere nequeunt. c) *ita A rubr.* d) *in cod. A rubr. in inscr.* e) *incertum in A;* hoc *biblia.* f) *ita ed.;* nobiscum *false A;* vobis *biblia.* g) *post corr. A.* h) facie *ed. et biblia.*

1) *Oseae V. 1—5.*

Notanter dicit hic propheta sacerdotes esse laqueum factos „speculacioni", id est custodie populi dei. Et ista est horrenda abhominacio in templo[1]), quod populus, a quibus deberet custodiri, illi facti sunt ei laqueus ad capiendum, et per quos deberet educi de[a]) laqueis, ab illis involvitur ad laqueos. Non enim tantum propter nostram indignam conversacionem et contagiosam nos, o sacerdotes, facti sumus laqueus custodie hominum[b]) christianorum, sed, quod est maius abhominabiliusque in communitate [f. 208[b]] ecclesie, dum loquimur in ambone, presertim ex ea causa[c]), quod communiter accidit, puta quod quidam sacerdotes sua opinata affirmant, modis, quibus valent, asserendo[d]), item alii quidam, ex adverso positi, negant eadem coram populis, iterum, quanto coloracius[e]) [possunt], destruendo, sive sint i[s]ta in racione sacramentorum [sive non][f]).

Ex quibus maxime et nimis dei populus[2]) illaqueatur ad multas hesitaciones et perplexitates, ita quod optime planctus ille congruit sancte ecclesie[g]) iam ob hanc causam, qui dicit per prophetam Trenis 3[h])[3]): „Apperuerunt super me[i]) os suum omnes inimici mei. Formido et laqueus facta est nobis vaticinacio et contricio. Divisiones aquarum deduxerunt oculi mei in contricione filie populi mei. Venacione ceperunt me quasi avem[k]) inimici mei gratis."

Ista namque controversia huius[modi] inter sacerdotes et talis hesitacio in dei populo quantum sit[l]) malum et quam nocivum in sancta ecclesia, credo, quod nemo satis cogitare possit, cum sit mater multarum dissensionum, destruccio dileccionis mutue, disseccio[m]) unionis in plebe, expulsio domini Jhesu et spiritus eius et desolacio, introduccio dyaboli et habundancie iniquitatis, debilitacio et exterminacio omnium vir-

---

1) Nota de laqueis *A manu auct. In ed. etiam notae marg. adscriptae sunt, sed hic omittuntur.* 24) Nota *A manu auct.*

a) *ras. seq. in A.* b) *om. ed.* c) ea de causa *ed.* d) *post corr. A;* idem *seq. in A.* e) possunt *add. ed.* f) sive non *add. ed.* g) verae sponsae *add. ed.,* iam *om.* h) Trenis 3 *posterius add. A.; om. ed.* i) nos *biblia.* k) autem *false ed.* l) fit *A.* m) *ita ed.;* disseracio *A.*

1) *verba* „abhominacio in templo" *ex Dan. IX. 27. desumpta sunt:* „Et erit in templo abominatio desolationis, et usque ad consumationem et finem perseverabit desolatio." 2) dei populus *phrasis biblica communiter nota.* 3) *Thren. seu proph. Jerem. III. 46—48 et 52.*

tutum, confortacio et plantacio omnium viciorum et tocius regni spiritus sancti in ecclesia dei desolacio.

Quapropter cum audiatur hec controversia pessima, et quia nocentissima et collorata sub speciebus manifeste pietatis, et iam communis et usitata et inantiquata, et esse inter sacerdotes, sacerdotes autem, qui presunt populis verbo et doctrina [1], et cum videatur stare in loco sancto, in publico, in [a]) medio ecclesie super candelabrum [2]: quis, nisi cecus et inpii, de quibus dicit scriptura [3]: „Inpie agent inpii", quis, inquam, doctus a domino [4]) non intelligeret [b]) eandem esse abhominacionem desolacionis stantem in loco sancto [5])? Nullus siquidem actus [c]) spiritu Jhesu dubitat de eo, quod ubi duo vel tres fuerint congregati in nomine Jhesu, tunc Jhesus et spiritus ipsius ex pacto est in medio habitator [6]); ita per oppositum cum duo vel tres dissenserint de veritate et nomine Jhesu, tunc est ibidem desolacio a Jhesu et spiritu eius propter admissionem abhominabilis iniquitatis et superbie et vanitatis, quia „spiritus sanctus discipline effugiet fictum et aufert [d]) se a cogitacione, que est sine intellectu" [7]). „Non enim ipse est deus dissensionis, sed pacis" [e]) [8]), qui facit unius moris habitare in domo [9]).

Et sicut proprie proprium [est] [f]) domini Jhesu colligere, sic per oppositum proprie proprium est Antychristi dispargere [g]). Et istam regulam pro discrecione ipsemet dominus nobis dereliquit, dicens: „Qui non colligit mecum, dispargit" [10]). Et licet dominus venerit [h]) non pacem mittere in terram, sed gladium et separare filium adversus patrem suum, etc. [11]), hoc est verum in terram, id est inter peccatores [i]) amantes hunc mundum contra deum venit Christus pacem destruere, quia est pessima et nocentissima ipsis amatoribus vite huius mundi et eciam [k]) nocentissima toti universo, quia vergit per directum ad destruc-

---

21) Nota *A manu auct.* 25) De pace *A.*

[a]) et in *ed.* [b]) intelliget *ed.* [c]) agitatus ac tractus *ed.* [d]) auferet *biblia.* [e]) sanctae pacis et unionis *ed.* [f]) *ita ed.; om. A.* [g]) *ita A;* dispergere *ed.;* dispergit *infra ed.* [h]) venit *ed.* [i]) et *add. ed.* [k]) *ras. A.*

[1]) *Cf. I. Tim. V. 17:* „Qui bene praesunt presbyteri . . ., maxime qui laborant in verbo et doctrina." [2]) *phrasis biblica communis.* [3]) *Daniel XII. 10.* [4]) *Cf. Isaiae LIV. 13:* „filios tuos doctos a domino." [5]) *Cf. Matth. XXIV. 15.* [6]) *Cf. Matth. XVIII. 20.* [7]) *Sap. I. 5.* [8]) *I. Cor. XIV. 33.* [9]) *Psalm. LXVII. 7.* [10]) *Lucae XI. 23.* [11]) *Cf. Matth. X. 34—35.*

cionem pacis bone in universo, et per consequens optima et utilissima est ipsius desruccio et ipsis amicis huius[a]) seculi et toti universo, quia est via peccatoribus ad veram pacem, et est reformacio pacis pulchre et optime in universo.

Quicumque igitur venit similiter mittere gladium in terram, id est in illos christianos, qui terrena sapiunt et amant pacem iniquorum in hoc mundo, ille bene venit et agitur spiritu Jhesu Christi, qui venit destruere pessimam pacem et plantare bonam pacem, edificare pacem, quam dat Jhesus et evellere pacem, quam dat hic mundus [1]). Venit, inquam, destruere pacem viciorum et demoniorum et edificare pacem virtutum et pacem spiritus Jhesu Christi. Quicumque vero sic venit, ut Christus, amicus bone pacis, ille venit eadem via, sicut Jhesus crucifixus, id est per viam artam [2]), usque mortem diligens fideliter virtutem Jhesu et veritatem et exponens suam animam cottidie, id est paratus ponere pro amicis bone pacis, et exponit se usque ad mortem contra amicos pacis, quam dat hic mundus [3]). Unde consequens est necessario illatum, quod huiusmodi odiat hunc mundum, id est pacem, gloriam, divicias et prosperitatem huius mundi, adhuc autem et animam suam propriam, quia est amica pacis et quietis huius mundi. Sequitur[b]), quod huiusmodi non habeat pacem nec quietem in hoc mundo, sed ubique tribulacionem et pressuram[4]), nisi in Christo Jhesu crucifixo, ubi est sua[c]) pax, pax autem pulcherrima omnis virtutis et veritatis. Impossibile est igitur habere pacem cum amicis huius mundi et pacem cum domino Jhesu Christo, inpungnare opera huius mundi et probare ipsa esse iniqua coram illis [f. 209[a]], qui ea ex animo diligunt et pertinaciter, esseque domino Jhesu contraria vehementer, et cum hoc esse quietum, prosperum et bene splendidum ac honoratum a christianis, amicis huius vite [et] imitatoribus. Propterea etenim scriptum est pro discrecione huius mundi amicorum [5]): „Non potest, inquit Jhesus, vos odisse mundus, me autem odit.“ Et tunc ad propositum: „Quia ego testimonium perhibeo de illo, quia opera illius[d]) mala sunt.“

---

[a]) istius *ed.* [b]) etiam *add. ed.* [c]) summa *ed.* [d]) eius *ed.*

[1]) *voces singulae ex Jerem. I. 10 desumptae sunt.* [2]) *Cf. Matth. VII. 14:* arcta via. [3]) *Cf. Joan. XIV. 27.* [4]) *Cf. Apoc. II. 10* (tribulationem) *et Joan. XVI. 33* (pressuram). [5]) *Joan. VII. 7.*

Ex hiis evidenter colligitur, quod si quis venit conturbans pacem in civitate[a]) vel in plebe, inter plebeios vel inter[b]) sacerdotes, qui sunt amici huius mundi, id est qui amant ea, que sunt in mundo, scilicet vitam tranquillam, divicias et[c]) honores, et cum hoc est[d]) ipsemet manifestus inimicus huius seculi, ita quod non conformat se huic seculo, et est manifestus zelator nominis Jhesu crucifixi, amator virtutum, detestator viciorum, ille est talis, qui venit in spiritu Jhesu Christi, quia mittit gladium in terram[1]) et inquirit pacem bonam[2]).

Iterum ex istis manifeste sequitur, quod ille talis et singulariter predicator, qui patitur contradiccionem multam et est vir rixe[3]) et causa multa iurgiorum[4]) in populo, si iste patitur multa ab amatoribus huius mundi communiter, id est diligentibus honores et prosperitatem huius vite, et non frangitur ab actibus suis, zelans manifeste pro virtute et veritate, non obmittit[e]) ideo peccatores obiurgari[f]), signum habet evidens, quod est fidelis et venit in spiritu Jhesu crucifixi. Que tunc manifestius omnia conprobantur[g]), si querit gloriam solius domini Jhesu[5]) et ipsius crucis et passionis. Et propterea non valde est ei menti multa eloquencia vel sapiencia multa et maxime huius mundi[6]), neque est continuus in illis, ne evacuetur crux Christi[7]), sed maxime amor et continuacio[h]) passionum Christi et dulcedo de istis cogitandi et dehinc conferendi. Et ista est summa et ultima regula probacionis illorum, qui Christi Jhesu spiritu perducuntur.

---

[a]) *ras. A;* unitate *ed.* [b]) *om. ed.* [c]) *om. ed.* [d]) *om. ed.* [e]) non omittens *ed.* [f]) obiurgare *ed.* [g]) approbantur *ed.* [h]) amator et continuator *ed.*

[1]) *Cf. Matth. X. 34.* [2]) *Cf. I. Petri III. 11.* [3]) *Cf. Jerem. XV. 10.* [4]) *Cf. Proverb. XVII. 14* (caput iurgiorum). [5]) *Cf. Joan. VII. 18.* [6]) *Cf. I. Cor. III. 19* (sapientia huius mundi). [7]) *Cf. I. Cor. I. 17.*

Capitulum secundum[a]).

Quomodo hiis, qui continent abhominacionem, est contraria crux Christi vel insipida, et qui sunt, qui faciunt abhominacionem in loco sancto[b]).

Accipe istorum opposita per directum et reperies lucide Antychristum, quoniam omnis amator huius vite et sue carnalis anime vel ille, qui inquirit[c]) esse quietus et habundans in hoc mundo, nequaquam ad id, quod iam dictum est, poterit devenire. Potest enim de passionibus et cruce Jhesu loqui huiusmodi christianus, cui adhuc bene sapit iste mundus, sed nullo modo poterit in illis delectari vel dulciter cogitare vel conferre, quoniam ad contraria movetur animus, et ea, que sunt Christi crucifixi, sunt inimica sue affeccioni. Propterea dictum est[1]): „Imitatores mei estote, fratres karissimi, observate[d]) eos, qui ita[e]) ambulant, sicud habetis formam nostram. Multi enim ambulant, quos sepe dicebam vobis, nunc autem et flens dico, inimicos crucis Christi.“ Et tunc determinat eosdem, dicens[2]): „Quorum deus venter est et gloria in confusionem[f]) eorum, qui terrena sapiunt.“ Et alibi dicit[3]): „Nemo dicit, dominus Jhesus, nisi in spiritu sancto.“ Et isti tales sunt, qui miscent abhominacionem et ipsi sunt abhominacio in templo dei, quemadmodum paulo post deducetur[g])[4]).

Omnis igitur amator vite huius quiete[h]), diviciarum et glorie, omnis superbus et omnis yppocrita usque ad ignominiam, crucis Jhesu crucifixi subaudis, exhibet seipsum christianum[i]). Ibi etenim omnes sapientes, omnes divites, omnes gloriosi, omnes generosi, omnes domini et rectores huius mundi, id est qui circa illa afficiuntur, ibi, inquam, ad crucem Jhesu adducti et iuncti petre, absorbentur et in nichilum dispumantur[k]), sicut fluctus ad littus maris[5]), cum omnibus eorum

---

5) Nota totum diligenter *A in m.* 9) Nota *A manu auct.*

a) *ita A rubr.* b) *ita A rubr.; prima vox* „qui“ *scribitur sicut* „super“. *In ed. inscribitur:* Amor huius saeculi aut suiipsius, et amor Christi combinari non possunt. c) incipit *ed.* d) et observate *ed.* e) *om. ed.* f) in confusione *biblia et ed.* g) deducitur *ed.* h) quietis *ed.* i) *ita ed.;* christianus *A.* k) despumantur *ed.*

1) *Philipp. III. 17—18.* 2) *Philipp. III. 19.* 3) *I. Cor. XII. 3.* 4) *vide infra c. 11 et 15.* 5) *phrasis non est biblica; cf. Psalm. LVII. 8:* „Ad nichilum devenient tamquam aqua decurrens.“

splendoribus et mistificacionibus abhominabilibus, sicut pannus mulieris menstruate[1]), et extortis[a]) ac fermento se simulatis[b]), sicut scriptum est in psalmo[c])[2]): „Absorpti sunt iuncti petre iudices eorum.“

Non enim potest christianus, amator carnis vel huius vite, quidquam[d]) suum in cruce Christi reperire, sed totum penitus suum contrarium. Qua igitur racione posset in ipsa delectari vel Jhesum crucifixum non ficte amare vel dulciter nominare? Non namque sine causa dictum est a magna et gravi veritate, quam difficile dives intrabit in regnum celorum, et facilius est camelum intrare per foramen acus[e]) quam diviti intrare in regnum celorum[3]). Tali[f]) namque nomen hoc Jhesus crucifixus est vacuum et passio Christi Jesu semper insipida, quemadmodum dicit apostolus: „Verbum enim crucis pereuntibus quidem stulticia est. Hiis autem, qui salvi fiunt, id est nobis, virtus dei est.“ I[a] Cor. 1[o][4]).

Nam qui diligit hanc vitam seculi, veniens ad crucem Jhesu, invenit destruccionem penitus et contemptum ignominiosum vite eiusdem. Qui vero diligit quiescere in pace huius vite, volens[g]) crucem imitari, incurrit ibi labores et sudores in Jhesu per totam hanc vitam usque ad mortem. Qui diligit amicus esse omnium et quod omnes ipsum laudent et ament, et timet[h]) valde vituperium et certamen, [f. 209[b]] cogitans crucem Jhesu, invenit omnes fere[i]) pati detracciones et vituperia nimis et usque ad mortem crudeles inimicos, si velit Jhesu crucem imitari. Qui diligit divicias, ibi incurrit paupertatem. Qui diligit sanitatem, in cruce videt infirmitatem[k]) et dolores. Qui diligit suavitatem et mollia, ibi inspicit nimiam amaritudinem et duram nimis passionem. Qui diligit splendorem et honorari, invenit[l]) in cruce novissimam abieccionem et cum vilissimis[m]) mundi latronibus reputacionem. Qui diligit hanc vitam suavem, invenit in cruce mortem huius vite amarissimam, etc. de multis aliis cogitari possibilibus[n]).

---

[a]) exhortę * * et *ed.* [b]) simulantis *ed.* [c]) 140 *add. ed.* [d]) quicquam *ed.; ita et inferius, quod om.* [e]) acus etc. *ed., ceteris om.* [f]) *om. ed. (sic).* [g]) *corr.* nolens *A;* nolens *ed.* [h]) timet *ed.;* timent *A.* [i]) fieri *corr.* fere *A.* [k]) infirmitatem et mollia ɔc. *ed., cet. om.* [l]) inveniet *ed.* [m]) novissimis *ed.* [n]) posset *ed.*

[1]) *Cf. Esther XIV. 16* (pannus menstruatae). [2]) *Cf. Psalm. CXL. 6.* [3]) *Cf. Matth. XIX. 24.* [4]) *I. Cor. I. 18.*

Et ut in summa dicatur[a]: Omne illud, quod christianus secularis amat et eligit vel conatur adipisci in ista vita, illius amarum contrarium invenit in Jhesu crucifixo. Et omne, quod timet et horret in hac vita, illud reperiet[b] in cruce et ignominiosa passione Jhesu Christi. Illud vero est nimis talibus falsis christianis difficile, quod si volunt sequi illud, quod fide credunt et ore confitentur, et asseq[u]i[c] illud, quod sperant, necesse habent et valde necesse, quod[d] omne, quod ipsi amant et seq[u]untur in se vel in hoc mundo, illud abicere et se ab illis absci[n]dere[e] quasi ab abhominacione contagiosa, et omne, quod sibi amarum vel contrarium in Jhesu crucifixo contemplantur et in eius passione, illud oportet amare et eligere et summis conatibus inquirere quasi suam unicam gloriam et vitam salutarem, sicut scriptum est[1]: „Nisi quis abnegaverit semetipsum et tulerit crucem suam super se, non potest[f] meus esse discipulus.“

Nos tamen moderni christiani tali modo conpingimus abhominacionem desolacionis in dei ecclesia, aut verius ipsimet efficimur abhominacio, efficimur[g] coram oculis domini Jhesu, divine puritatis, et primum et ante omnia nos, sacerdotes, qui nos ipsos et hanc vitam secularem diligimus et cum hoc Jhesum crucifixum credimus et confitemur fide, non ex amore Jhesu neque voluntate fide formata, sed[h] sic a puericia in ea instituti et ex sola consuetudine in illis, que sunt christianitatis, habilitati, timemus eciam[i] infernum timore servili et desideramus ea, que nobis per Jhesum in futuro promittuntur, obtinere, non ex caritate Jhesu, sed ex concupiscencia. Utrumque igitur nobis valde inest, et ideo utrumque valde curamus obtinere, puta amorem eorum, que sunt in hoc mundo, hec sunt bona carnis nostre, et amorem eorum, que sunt christiane religionis, et incipimus in utrisque desiderare, et ita rigidam veritatem supra notate scripture et cuiuslibet similis dissimulantes[k], nitimur et estimamus ea, que sunt Christi Jhesu, et ea, que sunt amicorum huius mundi, in nobis ipsis conbinare

a) dicam *ed.* b) reperietur *corr.* reperiet *A.* c) *corr. A.* d) *om ed.* e) abscidere *A.* f) etc. *ed., cet. om.* g) *corr. A.* h) *ras. A; om. d.* i) *om. ed.* k) interim *add. ed.*

1) *libere allatum, cf. Matth. X. 38:* „Et qui non accipit crucem suam et sequitur me, non est me dignus.“

et conmiscere, et illis utrisque volumus servire et satisfacere ideo, ut vitam suavem et quietam presentem habeamus et vitam eternam et gaudiosam non perdamus, quod nichil hic paciamur cum Jhesu et quod eciam penas peccatoribus in futuro preparatas evadamus.

Et inde fit, quod suavem vitam amando, amaram in nobis mortem et passiones crudeles in Jhesu diligenter extolimus, et divicias et honores et gloriam mundi insequendo in nobis, Christi paupertatem, contemptum et ignominiam crucis confitemur et predicamus. Et ita valde et nimis indigna se et remota a se et adversa sibi a tota sua facie in nobis ipsis simulamus, id est simul ponimus et in dei ecclesia inconponibilia[a]) omnino[b]), quantum in nobis est, conportamus, scriptura, quam nimis parvipendimus, reclamante et dicente[1]): „Ve vobis, qui dicitis bonum malum et[c]) malum bonum, ponentes tenebras lucem et lucem tenebras, ponentes amarum in dulce et dulce in amarum“, videlicet illud, quod est abhominabile deo, nitimur obtinere cum Christo Jhesu, ut est honor et gloria in hoc mundo iuxta illud[2]): „Quod altum est coram hominibus, abhominacio est[d]) coram deo“; et e converso, quod est abhominacio carni et sanguini vel huic mundo, volumus per illud carnem et sanguinem honorare, utpote sunt contemptus et passiones. Et quia ista nullo modo simul possunt conbinari neque simul stare in homine, inde est, quod efficimur duplici corde, viri[e]) duplices animo[3]) et neque calidi neque frigidi, sed tepidi[4]), et ex[f]) hoc efficimur abhominacio horrenda deo nostro, et multiplicavimus nimis abhominaciones in templo dei. Et ex istis abhominacionibus nostris vel ex nobis conflata est magna abhominacio desolacionis, et ex talibus egressa et in loco sancto constituta, de qua[g]) multus sermo me[h]) expectat et interpretabilis ad dicendum[5]).

---

[a]) *ita corr. ab editore;* inconpossibilia *A et ed.* [b]) omnia *ed.* [c]) *ras. A.* [d]) *om. ed.* [e]) veri *ed.* [f]) *super lin. add. A.* [g]) quo *ed.* [h]) *om. ed.*

[1]) *Isaiae V. 20.* [2]) *Lucae XVI. 15.* [3]) *Cf. Jacobi I. 8* (vir duplex animo). [4]) *Cf. Apoc. III. 15—16.* [5]) *vide infra c. 33.*

Capitulum tercium[a]).

[Praelatis vigilandum est, ne fiant schismata. Item quod omnium schismatum et haeresium fons est multitudo monachorum et sacerdotum in toto orbe][b]).

Et quia, ut infra deducetur[1]), istius abhominacionis multe et magne in populo christiano sacerdotes tepydi et yppocrite sunt causa summa et unica, et maxime per duplicitatem in seipsis et contrarietatem inter seipsos[c]), ideo verbum prophete dei prius assumptum et in summo gradu verificatum nunc est videre, ubi dicitur[2]): „Audite hoc, sacerdotes, et attendite domus Israel, quoniam laqueus facti estis speculacioni et sicut rethe expansum super Thabor." Tamen, ut supra dictum est[3]), sacerdotum vita et predicacio contra alterutrum adversa illa nimis relaxat homines a disciplina et conmiscet vicia cum virtutibus in christianis, si illud, quod aliqui affirmant in fide vel moribus[d]) vel sacramentis ecclesie tenendum, alii idem negant faciendum.

Quapropter quicumque tale scisma faciunt in populo, nimium sunt nocivi. Propter quod dictum est[4]): „Utinam abscindantur, qui vos conturbant." Nichil tamen nocencius quam prelatus pusillanimis et tepidus, qui talia fieri permittit et contra talia viriliter[e]) non consurgit, et omnibus modis non invigilat, ut non sint in populo et maxime in predicatoribus scismata. Propter quod scriptum est, maxime ad episcopum et prelatum[5]): „Utinam esses calidus vel[f]) frigidus, sed quia tepidus es, incipiam te evomere de ore meo." Ecce, horror abhominabilis prelati quasi amarissime turpitudinis et spurcicie ad vomitum deum ipsum provocantis conparatus, quin ymmo mille abhominacionibus abhominabilior et omnibus spurciciis sordidior. Magna quidem ista est exoptacio a summo[g])

20) Nota, tu prelate (*corr. ex:* plebane) *A manu auct.*

a) *ita A rubr. in marg.* (C. III.) b) *inscriptio haec, prout etiam sequentes, de editione desumptae sunt; in cod. A non reperiuntur.* c) ipsos *ed.* d) in moribus *ed.* e) viriliter non eximit gladium verbi dei, velut Gedeon contra castra Madian, et non vigilat, ut non sinat in populo per talem cavillationem schisma, id est divisionem a Christo fieri *ita ed.* f) aut *ed.* g) assumo *A.*

1) *vide infra c. 30 et 33.* 2) *Oseae V. 1.* 3) *vide supra c. 1, pag. 2.* 4) *Galat. V. 12.* 5) *Apoc. III. 16.*

deo, qua dicitur ad prelatum: „Utinam esses calidus vel frigidus", et pensato cum[a]) hoc, quod ad primum prelatum dictum est ter[1]): „Petre, diligis me plus hiis?", et concomitanter per ter sunt sibi oves pascende recomisse.

Nimis igitur nocet sancto populo christiano tepiditas prelatorum, qui scisma fieri inter subditos et precipue predicantes dissimulant vel permittunt, vel non tantum ob id irascuntur, quantum hoc magnum malum correquirit.

Enimvero hic est redeundum super illos, qui solent magis scisma in dei populis seminare, quam pacem ewangelizare Jhesu Christi[2]). Quod precipue et principaliter inventi sunt et hodie facere illi, qui vendicantes sibi ipsis divicias[b]) et gloriam mundi, curant placere populis et predicant ipsis pacem in hac vita, gerentes se dulciter et iocunde ad divites et magnates.

Et qualiter sunt congnoscendi? Inde[c]), quemadmodum scriptum est[3]), quod pius[d]) Jhesus venit mittere gladium in terram, id est in terrenos, et non in celum, id est celestes, ita Antychristus venit mittere gladium in celum[e]), id est homines[f]) celestes, non autem in terrenos, veluti primus apostata angelus primum in celum visus est scisma inmittere, dehinc venit et in paradisum[g]) scisma suum inmisit orbi terrarum universo. Quapropter sicut omnis, qui conturbat malos in[h]) malis ipsorum vel conturbat bonos ac dividit adversum malos, est visibile[i]), quod ipse est ex veritate, que respicit terram et facit eam tremere, tangit montes, et fumigant[4]), ita qui conturbat bonos in eorum devocione[k]) et inmittit ipsis in bonis eorum operibus et studiis hesitacionem vel relaxacionem, vel exasperat malos contra bonos et simplices, ex deo non est, sed ex Antychristo et conmiscens[l]) poculum abhominacionis in calice aureo meretricis[5]). Et si hii, qui faciunt christianis turbacionem vel inmittunt controversiam sicque[m]) pacem chri-

---

9) Nota *A manu auct.*

[a]) Pensate tamen *ed.* [b]) honores *add. ed.* [c]) *ita corr. ab editore.* Unde *A et ed.* [d]) dominus *ed.* [e]) coelum *ed.*; celo *A.* [f]) in h. *ed.* [g]) et *seq. in A.* [h]) et in *ed.* [i]) verisimile *ed.* [k]) et praxi, quae est secundum spiritum Jesu *add. ed.* [l]) *ita ed.*; commiscent *A.* [m]) si qui *ed.*

[1]) *Joan. XXI. 15.* [2]) *Cf. Rom. X. 15* (evangelizantium pacem). [3]) *Cf. Matth. X. 34.* [4]) *Cf. Psalm. CIII. 32.* [5]) *Cf. Apoc. XVIII. 4.*

stianorum devotorum destruunt[a]) et ipsimet pace perfruuntur, maxime si id ipsis fortunate eveniat, eo quod in pauperes et plebeios simplices deseviunt[b]) et ibi sunt audaces et asperi ad loquendum, cum potestatibus autem et magnatibus huius mundi habita interim pace et vita quieta, signum habent illi, quod sunt ex Antychristo et amici[c]) huius mundi, et[si] multa et magna opera similia bonis viris faciunt, vana gloria[d]) in id ipsos perurgente.

Semper etenim per contrarium a principio domini Jhesu humiles et simplices disciputi a magnis et divitibus hominibus huius mundi sunt perpessi, quia illi sunt, qui ut plurimum magis offendunt deum et eius veritatem et agitantur spiritu Antichristi, cum pauperibus vero pleb[e]is[e]) et simplicibus pacem habuerunt[f]) sancti dei, quia similia similibus ubique applaudebant[g]). Unde scriptum[h]) [1]): „Et cum simplicibus sermocinacio eius“, et iterum[2]): „Ad ewangelizandum pauperibus misit me.“ De hoc tamen ad presens non est michi cura magna ad disserendum, puta ad fideles predicatores discernendum a non veris, quia in primo et secundo tractatibus huius libri[3]) multa sunt de ista materia conpilata.

Solum istud nunc putavi addiciendum, quod illa nocentissima abhominacio in dei ecclesia, puta controversia inter sacerdotes et maxime inter predicantes incepit[i]) maxime tunc et manifeste, quando religiosi falsi [f. 210[b]] sunt multiplicati per ecclesiam et invaluerunt in tantum, ut familias et[k]) plebes, castra[l]), civitates, opida, villas replerent et occuparent. Et inde est, quod zelus et contencio[4]) et plebis continua[m]) distraccio invaluit in ecclesia et usque hodie persistit. Nec hoc malum magnum et nimis dampnosum cessare poterit in ecclesia Jhesu crucifixi, quamdiu religiosi ita communiter et in magno numero sunt in plebibus

---

[a]) *ita corr. ab ed.;* destruant . . . perfruantur *A et ed.* [b]) desaeviant *ed.* [c]) amico *ed.* [d]) vanam gloriam *false A.* [e]) plebis *A.* [f]) habent *ed.* [g]) congaudent *ed.* [h]) est *add. ed.* [i]) inter pr. incepit *om. ed. (sic!).* [k]) in *corr.* et *A super lin.* [l]) et castra *ed.* [m]) *ita corr. ab editore;* continue *A et ed.*

[1]) *Prov. III. 32.* [2]) *libere allatum; cf. I. Cor. I. 17:* „Non enim misit me Christus baptizare, sed evangelizare“; *Matth. XI. 5:* „pauperes evangelizantur“; *Is. LXI. 1:* „ad annuntiandum mansuetis misit me.“ [3]) *scil. in 1. et 2. tractatu I. libri, v. volumen I.* [4]) *Cf. Jac. III. 16* (zelus et contentio).

christianis, simul et plebei, clerici et sacerdotes, conmixti et quasi duo viri zelotipe[a]) satagentes eidem mulieri conplacere et coniungi[1]), vel duo galli gallinacii[b]) ad unam et eandem gallinam vel gregem gallinarum.

Hoc tamen nolo simpliciter affirmare et pertinaciter tenere, quod religiosi sint simpliciter causa illius controversie et dissensionum in populis[c]), sed hoc dico, quod talis conturbacio in plebibus fidelium et disceptacio sacerdotum, precipue predicancium, maxime inchoavit et valide tunc, quando, ut prius dictum est, vigere religiones inceperunt, quoniam[d]) magis, puta quod habundanciam iniquitatis et refrigerium caritatis multorum ista in Christi ecclesia operantur. Hoc[e]) insuper cum hiis est videre, quod ubicumque in rure, in opido vel in civitate nondum manent religiosi vel non visitant ibidem communiter, ibi stant bene sacerdotes concorditer ad invicem et plebs est sine distraccione et dissensione, plebs quoque obedit suis sacerdotibus sine ulla contradiccione universa. At ubi advenit conventus religiosorum ad civitatem, ad familiam vel ad villam vel est ibidem[f]) eorum visitacio frequentata, tunc mox inchoat conturbacio et contradiccio, et primum inter sacerdotes et in ambone[g]), dehinc et disturbium in populis et inobediencia et irreverencia plebium ad suos sacerdotes et sacerdotum minor sedulitas et maior negligencia ad curam suarum plebium. Dicunt enim mox manifeste ad populos, vadant ad monachos vel religiosos, quibus dant vel quos fovent. Et exinde[h]) excitati nimis ad odium et persequendo se mutuo vel mali sacerdotes contra bonos fratres ex invidia vel falsi fratres et inpertinentes plebibus contra fideles sacerdotes plebium et viriles zelatores pro suis plebibus se invicem vituperant et conviciantur, sibi invicem contradicunt et se verbis et factis inpungnant coram innocentibus populis, et sic totum wlgus[i]) faciunt conturbatum dampnabiliterque scandalizatum vacillare et in fide christiana pollui et exterminari[k]).

---

[a]) zelotypi *ed.* [b]) gallinacei *ed.*, unam et *om.* [c]) in plebibus vel populis *ed.* [d]) quanto magis, quando per abundantiam *ed.* [e]) Haec *ed.* [f]) ibi ibidem *A.* [g]) inter sacerdotes in ambitione *(sic) ed.* [h]) *om. ed.* [i]) wulguus *A.* [k]) *ita A; rectius esset* contaminari.

[1]) *Cf. Num. V. 14—15.*

Capitulum quartum[a]).

[Sacerdotum et monachorum arma iniustitiae et eorundem aemulationes et odia, quibus turbant populum dei][b]).

Ad hoc[c]) horrendum malum accedit, quod utrique[d]) habent arma iniusticie eque ut iusticie[e]), et ut plurimum iniusticia magis est vel apparet conmunita adversum[f]) domini Jhesu simplicem et nudam atque dulcissimam veritatem. Et idcirco inibi secundum Philosophum terribilis et sevissima crudelitas exercetur, et abhominacio desolacionis perinde[g]) nimium conflatur in christiano populo in loco sancto et constipatur ac dilatatur.

Habent etenim sacerdotes plebis magnam ordinariam potestatem et auctoritatem super populum universum. Habent cum hiis nichilominus scripturam pro seipsis multam et statuta papalia et eloquenciam, sapienciam et doctores, et possident libere cathedras suas, que[h]) eis placent ad loquendum[i]), adherente ipsis maxime plebis comitatu.

Habent et religiosi ex adverso adhuc ampliorem fortitudinem et munimenta[k]), videlicet exempcionem ab episcopo et ab omnibus, et ita facti sunt per hoc, ut nullum timeant. Habent potestatem super universos ad se sponte venientes predicare, confessiones audire, sepulthuram prebere et alia multa in plebibus faciendi, in quibus nullo iure vel racionabiliter plebani[l]) possunt ipsos inpedire. Adest ipsis auctoritas pape, favor regum, principum et multorum nimis huius seculi dominorum et divitum hominum, fovet[m]) eos et favet ac propungnat plebs fere universa[n]) laycorum, sacerdotibus propriis indignando, quod puta ex mera invidia expungnant fratres humiles et sanctos religiosos.

Habent insuper fratres religiosi in sua munimenta apportatum[o]) et multum[p]) conferens[q]) contra plebanos vel sacerdotes

---

[a]) *ita A rubr.:* Capi.m IIIIm. [b]) *ita ed.; om. A.* [c]) Adhuc *ed.* [d]) *om. ed.* [e]) eque ut iusticie *om. ed.* [f]) adversus *ed.* [g]) proinde *ed.* [h]) et quae *ed.* [i]) loquuntur *add. ed.* [k]) *in ed. sequitur:* Patet per earum regulas et in praxi ipsorum, et ita facti sunt *etc.* [l]) *ita ed.;* plebium (?) *A.* [m]) Fovent *ed.* [n]) per universa *ed. (sic).* [o]) apparatum multum conferentem *ed.* [p]) *corr. A.* [q]) con — *add. ab auct. in corr. A.*

illud[a]), quod sunt iam valde multi[b]) et universi[c]) docti ad prelium, viri utique potentes in opere et sermone, lucente ipsorum semita coram mundo[1]), et omnis species religionis, sanctitatis et virtutis est ipsis communis et in promptu; quibus prepollent coram populo universo[d]), radii quoque solis[2]) atque sapiencia et sciencia scripturarum substrata eisdem permanet atque ipsis est subiecta, dum et quando habent opus ad agendum. Sunt divites insuper in privilegiis apostolicorum et habent pro se multa [f. 211[a]] statuta papalia. Sunt ad invicem valde nimis[e]) conpacti, ut scuta fusilia[3]), turmatim habitant et gradiuntur et assunt sibi presidio, religio una puta alteri religioni, et una quoque obumbrat alteram ad se invicem protegendum, una uni adherendum.

Et per hoc ita potenter hii utique, videlicet sacerdotes plebium[f]) et religiosi assumpserunt populum christianum quasi cornua[g]) fortissima[4]) et alterutrum pungnancia ad ventilandum et distrahendum et spoliandum, ut fere iam nullus bene valeat, nisi dominus Jhesus omnipotens, illis malis occursare, que dei ecclesia abinde iam patitur vel iam a longinquo paci[eb]atur, ita quod proprie[h]) sit planctus ecclesie inquientis[5]): „Infirmata est virtus mea, dedit me dominus in manu[m], de qua non potero surgere. Abstulit magnificos meos dominus de medio mei.“

Quapropter illa abhominacio terribilis, scilicet detraccio alterutrum et controversia inter sacerdotes et predicatores[i]), inter religiosos et plebanos exstirpari non poterit, nisi ut vel solum religiosi regant plebes, sacerdotibus curatis sublatis de medio, vel, quod prius est in ecclesia dei ordinatum, religiosis subtractis vel constrictis, ut tantum sacerdotes, et nullus alius, nisi subordinatus, regat plebes.

Utinam igitur abscindantur, qui nos conturbant, de medio sancti populi christiani, vel sacerdotes, si sunt causa per suam avariciam et invidiam contra fratres, et ut ma-

---

[a]) scilicet *ed.* [b]) diversarum regularum *add. ed.* [c]) *om. ed.* [d]) velut meretrix apocalyptica *add. ed.* [e]) *om. ed.* [f]) *om. ed.* [g]) duo cornua *ed.* [h]) prope *ed.* [i]) et *seq. in A, sed del.*

[1]) *Cf. Job XLI. 23:* „Post eum lucebit semita.“ [2]) *Cf. Job XLI. 21:* „Sub ipso erunt radii solis.“ [3]) *Cf. Job XLI. 6.* [4]) *de duobus cornibus bestiae v. Apoc. XIII. 11.* [5]) *Thren. I. 14—15.*

nerent in cura animarum soli sancti[a]) religiosi, ut non essent occasio scismatis sacerdotum plebium[b]) et inobediencie plebium[c]) ad sacerdotes! Quoniam[d]) stantibus singulis ut nunc, ut sepe dictum est, illa contradiccio dampnosa saluti nequaquam poterit remediari, seu abhominacio desolacionis stupenda de sancto populo eici et expurgari, quoniam dominus papa, qui donat hiis[e]) utrisque super dei populum libertatem, esse presens vel propinquus omnibus plebibus non potest, sed neque dominus episcopus, et si convento[f]) iudicio coram ipsis utreque partes venerint, hee prepotentes ad litigandum sciunt bene ambe se iustificare. Et quia sunt inconponibiles[g]) ad invicem circa plebem eandem, sicut duo adversi pastores ad gregem eundem et sicut duo galli gallinacii[h]) ad easdem gallinas et sicut duo viri ad eandem nuptam mulierem, quare, licet quantumcumque et quociescumque aut per quoscumque paciscantur ad invicem et quomodocumque pax et gracia firmetur inter ipsos, loquor sacerdotes plebium et religiosos, subsistere pax et gracia non poterit neque diu permanere, habundancia malicie, invidie et avaricie exigente. Non enim populus dei potest facile duobus dominis deservire[i]) [1]), adversis et non subordinatis, neque cum equitate possidens pacifice permitteret in hiis, que sunt sui iuris[k]), regere vel multa facere iniquum possessorem vel intrusum vel oppressorem[l]), quin vel repugnaret vel obmurmuraret contra seipsum exprimentem.

Quid namque dominus papa racionabiliter ibi poterit invenire ad hoc, ut isti duo populi concorditer ad invicem in eadem plebe positi habitarent, cum dederit utrisque potestatem super eandem dei plebem suas operaciones exercendi, predicandi, confessiones audiendi, sepeliendi et similia, cum sint ad invicem divisi[m]) et prorsus dissimiles habitu et conversacione et omni alia posicione? Nam inponere silencium et conrestriccionem religiosis episcopus loci[n]) non potest, quia ipsi ab episcopis sunt exempti. Neque pape, ut apparet, bene licet hoc facere, ne forte inpediret sic multos actus et exercicia divine

---

[a]) facti *ed.* [b]) et plebium *ed.* [c]) plebani *ed.* [d]) Quoniam = nam. [e]) *om. ed.* [f]) *ita ed.;* convente *A.* [g]) incompassibiles *ed.* [h]) gallinacei *ed.* [i]) servire *ed.* [k]) suae vicis *ed.* [l]) vel intrusum possessorem *ed.* [m]) diversi *rectius ed.* [n]) *om. ed.*

[1]) *Cf. Matth. VI. 24:* „Nemo potest duobus dominis servire."

caritatis; non enim forte bene staret, si tam magnis viris et tam multis doctis, devotis, religiosis et sanctis et omnipharie adornatis prohiberet bona[a]) in plebibus Christi exercenda, nisi forte essent prius episcopo et plebano subiecti et omnia illa facerent cum ipsorum beneplacito et debita humilique subieccione, in nullo ipsorum auctoritati derogantes. Quodsi sic fieret, adhuc maior controversia et iurgium erumperet inter predicantes sacerdotes, quia per hoc non auferretur occasio avaricie vel lucra sua negociandi in sancto populo christiano, stante tanta religiosorum multitudine et ipsorum ad[b]) invicem conpaccione in conparacione ipsorum paucitati plebanorum, et in eisdem muris[c]) conmansione, nisi forte vellent morari in solitudinibus et silvis, numquam inde exituri. Non tamen hoc dico ipsis fratribus detrahendo, sed magis sacerdotum avariciam obiurgando.

Iterum sacerdotibus plebium neque episcopus neque papa facile potest inponere silencium vel ponere mensuram ad loquendum, nisi si ab ipsis auferrent curam animarum simpliciter et conmitterent religiosis ad regendum, ordine apostolico [f. 211[b]] et antiquo conmutato[d]).

Non tamen usquequaque[e]) ydoneum et conveniens puto religiones vel religiosos plebes sanctas ad regendum, cum illud obviet et nomini ipsorum et primitive professioni, et alias sunt nimis longinqui et dissimiles plebeis et statu suo et habitu et tota sua professione, et tantum[f]) difformes quoad extrinseca, ut eciam intrinseca animi vix ad invicem perfecte paciscantur, sed semper quasi quodam modo extranei se invicem conplectantur[1]). Non enim sunt neque possunt esse equales in[g]) votis, in[h]) factis vel in cottidiana mansione. Amicicia autem esse et firmari non potest, nisi quoad singula sint equales vel maxime quoad principalia. Non vero monachus vel religiosus se conpetenter potest dare imitabilem vulgari, cum populus, longe se videns a statu et professione monachi, et neque ad ea vel similia teneri, que facit monachus, neque posse, non[i]) cogitat ipsum in aliquo imitari, neque eciam ipsius documenta multum intime recipit

---

[a]) bona . . . exercendi *A;* bonum . . . exercendum *ed.* [b]) ad — comparacione *om. ed. (sic);* paucitate *infra ed.* [c]) mutua *ed.* [d]) etc. *add. ed.* [e]) usque adeo *ed.* [f]) in tantum *ed.* [g]) *om. ed.* [h]) *om. ed.* [i]) *om. ed.*

[1]) se invicem complecti *phrasis biblica est; cf. Nahum I. 10.*

quasi a se longinqui et dissimilis vel extranei, et talis, cui competit loqui talia et facere, ad que laycus, ea audiens, non tenetur anhelare.

Hec incidentaliter[a] hic posui ad videndum partem maligne abhominacionis desolacionis in templo dei constitute[b]. Non enim principaliter hic de falsis religiosis fratribus assumpsi laborem ad loquendum, quoniam alibi[c] [1] dicta et scripta de ipsis potest quilibet reperire facile, ordinate et copiose et quasi inexpungnabiliter racionibus et scripturis communita et, que[d] in contrarium sunt per ipsos conposita[e], non esse magni vigoris et[f] fulcimenti.

Capitulum quintum[g].

[De duobus malis sacerdotum, scilicet quod odiunt et impediunt praedicantes veritatem, et quod in omnibus quaerunt, quae sua sunt, sub specie pietatis, non quae Jesu Christi][h].

Nunc iterum resumo verbum prophete prius sumptum[i] [2]: „Audite hoc, sacerdotes, et attendite domus Israhel et domus regis auscultate, quia vobiscum est iudicium, quoniam laqueus facti estis speculacioni et sicud rethe expansum super Thabor."

Advertendum est hic diligenter, quod simpliciter dicit: „Facti estis laqueus", etc., et dehinc de rethi non sic loquitur, sed dicit: „Et sicut rethe", etc. Ubi innuit duo mala yppocritarum sacerdotum: unum, quo[d] inpediunt predicantes veritatem[k] et odio habent et perseq[u]untur predicatores. Et secundum malum est, quod ipsi, quidquid predicant vel quidquid faciunt, in omnibus, que sua sunt, querunt, non que Jhesu Christi[3], et in singulis sequitur eorum cor[l] avariciam. Sed primum faciunt manifeste, et ideo dicit simpliciter: „Facti estis laqueus speculacioni." Secundum faciunt paleate[m] sub specie pietatis; ideo dicit: „Sicut rethe expansum", etc.

---

a) incidenter *ed.* b) constitutam *ed.* c) *corr. A; sequitur* principaliter, *sed. del. in A.* d) racionibus — que *om. ed.* e) *corr. A.* f) aut *ed.* g) *ita A rubr.* h) *ita add. ed.* i) sumptum *A et ed.* k) *corr. A.* l) *super lin. add. A.* m) palliate *ed.*

1) *vid. in tractatu magistrorum Parisiensium „De periculis novissimorum temporum", quod quaere in vol. III. huius operis.* 2) *Oseae V. 1; cf. supra c. 1.* 3) *Cf. Philip. II. 21.*

[1] Quantum ad primum, notum est, quod ab antiquo et maxime nunc sacerdotes carnales sunt et fuerunt[a]) laqueus predicatoribus veritatis, principaliter illis, qui in corrigendo fideliter non sunt acceptores personarum[1]), neque student magnis vel parvis conplacere, neque timent, sed fideliter propungnant veritatem. Ad que[b]) consequens est, ut quandoque magis quam alios corrigant eosdem carnales[c]) sacerdotes, quorum viciis necesse est, ut quilibet zelator veritatis amplius irascitur[d]). Et tunc mox sacerdotes iniqui[e]) primi et crudelius persecuntur precones huius veritatis circumeundo et querendo, ut possint capere Jhesum in sermone[2]). Parati enim sunt semper detrahere magis quam per verbum Christi emendari. Et propter hoc serpentes et genimina vipperarum et a Christo et a Johanne[3]) sunt nuncupati, quia non aliud quam in venenum malicie, quidquid audiverint, sciunt convertere, et in suos pios patres, qui ipsos iterum parturiunt in Christo[4]), non verentur insurgere et mordere. Sicque fiunt laqueus speculacioni, id est predicacioni sanctorum sacerdotum. Et de hoc infra lacius dicetur, cum agetur de muliere ebria de sanguine sanctorum et martirum Jhesu Christi[5]).

Ista est abhorrenda in dei templo abhominacio desolacionis, quod, qui deberent primi esse pro veritate, sunt primi contra utilem[f]) veritatem. Illi, qui deberent esse testes fideles predicatorum Christi Jhesu eo, quod noticiam et gubernacula legis Christi acceperunt, fiunt primi testes mendaces contra fideles Jhesu discipulos. Et illos, de quibus deberet gaudere simplex Jhesu crucifixi nunccius verbi in sermone, illos oportet, ut magis timeat, ne capiatur in sermone[6]), quia sacerdotes astuti et sagaces quasi vulpes in deserto[7]) iam facti sunt capcio et manifestus laqueus speculacioni. Si enim faceret hoc[g]) gentilis vel publicanus, ignarus vel manifestus veritatis inimicus, esset quidem malicia et inpietas manifesta, sed non esset abhominacio. Sed ista est abhorrenda

---

a) fiunt *ed.* b) Atque *ed.* c) *rasura seq. in A.* d) *ita A;* irascatur *ed.* e) *rasura seq. in A.* f) contra sanctissimam veritatem Jhesu Christi *ed.* g) haec *ed.*

1) *Cf. Act. ap. X. 34* (personarum acceptor). 2) *Cf. Matth. XXII. 15.* 3) *recte a Matthaeo XXIII. 33.* 4) *Cf. Galat. IV. 19:* „Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.“ 5) *v. infra c. 12 et 83.* 6) *Cf. Matth. XXII. 15.* 7) *Cf. Ezech. XIII. 4.*

abhominacio et antychristeitas in templo dei proprie constituta, quod illi, qui ingesserunt se et promiserunt [f. 212a] ecclesie esse amici et directores veritatis, illi facti sunt inimici et destructores[a]) atque inpeditores verbi Jhesu crucifixi. Et pro eo veritas dicit[1]): „Si inimicus meus maledixisset michi, sustinuissem utique, et si is, qui me", etc. Sequitur[2]): „Tu vero dux meus et notus meus, qui simul me dulces capiebas cibos: in domo dei ambulavimus cum consensu." Et quia isti, de quibus sermo, acceperunt potestatem, auctoritatem et scienciam[b]), divicias, gloriam et honorem et magnos diversos tytulos gloriosos, ut inde haberent arma et essent validi defendere iusticiam et expedire veritatem in ecclesia Jhesu Christi, et ecce, conversi[c]) in arcum pravum[3]), per eadem arma accepta pro veritate facti sunt fortes ad inpediendum dei veritatem et debellandum nuncios veritatis.

Et hec est nimia abhominacio desolacionis, cum[d]) ista omnia faciant sub typo et sub speciebus alicuius boni, contra que loquitur apostolus ad Ro. I°[e]), dicens[4]): „Revelatur autem ira dei de celo super omnem impietatem et iniusticiam hominum, qui veritatem dei in iniusticia detinent, quia quod notum est dei, manifestum est in illis. Deus enim illis manifestavit. Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea, que facta sunt, intellecta conspiciuntur, superna quoque eius virtus [et divinitas], ita ut[f]) sint inexcusabiles, quia cum congnovissent deum, non sicut deum glorificaverunt aut gracias egerunt, sed evanuerunt in cogitacionibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt."

Dicit autem hic propheta notanter laqueus factos esse sacerdotes speculacioni, innuens per hoc, quod huiusmodi crudeles clerici non[g]) contradicunt quidem verbo Moysi et prophetis vel ewangelio et scripture sacre, et ita nec doctoribus sanctis vel magnis magistris et famosis precedentibus[h]), licet factis et tota conversacione parvipendant et manifeste obvient[i])

[a]) seductores *ed.* [b]) substantias *ed.* [c]) sunt *add. ed.* [d]) Tamen ... faciunt *ed.* [e]) I° *om. ed.* [f]) quod *ed.* [g]) *super lin. add. A manu auct.* [h]) *in marg. A corr. ex:* presentibus, *quod in textu legitur; om. ed.* [i]) obvient *ed.;* obviant *A.*

[1]) *Psalm. LIV. 13—14.* [2]) *Psalm. LIV. 14—15.* [3]) *Cf. Psalm. LXXVII. 57.* [4]) *Rom. I. 18—22.*

ipsorum doctrine et veritati, sicud scriptum est[1]: „Dicunt enim, et non faciunt“, et apostolus[2]: „Confitentur se nosse deum, factis autem negant.“ Non igitur talibus obsistunt vel illa volunt capere in falsitate, sed magis ea glorificant et extollunt solo verbo et labiis suis, corde longe existente[3]), edificantes talibus sepulcra et monumenta iustorum[4]) adornata et preciosa, que proprie sunt libri pulchri et preciosi, quos isti tales conparant sapiencie sanctorum[a]). Sed[b]) illis sunt capcio et laqueus, qui scienciam sanctorum fideliter assecuti ex spiritu Jhesu vel ex studio vel ex utroque, eandem in veritate amplectuntur et diligunt, et per consequens zelantur pro ea[c]) et opponunt seipsos pro veritate et primum contra huiusmodi carnales clericos [et] sacerdotes, scienciam[d]) et sapienciam sanctorum destruentes, et sic applicant veritatem, quam ipsimet fide tenent et ore confitentur, contra ipsos. Et ita potenter et dure eosdem redarguunt.

Isti[e]), inquam, iniqui filii[5]) student esse laqueus capcionis, quia isti sunt graves ipsis et contrarii et dyabolo[f]) in ipsis, qui in secreto calami dormiens[6]) irritatur et ad bellum provocatur, sicut si canis rabidus vel leo furibundus, dum iacet super preciosa et regalia vestimenta[g]), bene iacens et molliter non irritatur, quamdiu non tangitur et non requiritur preciosum vestimentum, vel quamdiu non corripitur pro eo, quod maculat indebite tam nobile vestimentum, sed dum hec ista[h]) sibi fiunt, tunc rabiem ostendit et tunc furorem effundit: ita isti, de quibus sermo, et diabolus in ipsis, quia sapienciam et scienciam sanctorum dei et magis domini Jhesu crucifixi obtinuerunt et in suam potestatem subegerunt, exercicio ingenii et diutinis studiis pro sua gloria et ad divicias et delicias obtinendum; et[7]) ipsam veritatem et scienciam, dudum

---

a) et dicunt: Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non fuissemus socii occisionis iustorum, etc. *add. ed.* b) Sed tamen *ed.* c) volentes impetum exercere *add. ed.* d) praxim *add. ed.* e) *rasura post voces* isti *et* inquam *seq. in A.* f) diabolus *ed.* g) super pretioso et regali vestimento *ed.* h) ipsa *ed.*

1) *Matth. XXIII. 3.* 2) *Tit. I. 16.* 3) *Cf. Matth. XV. 8.* 4) *Cf. Matth. XXIII. 29.* 5) *Cf. I. Machab. I. 12* (filii iniqui). 6) *Cf. Job XL. 16* (sub umbra dormit in secreto calami). 7) *verba pulcherrima, quae sequuntur, auctoris nostri doctissimi ingenium lucide atque originaliter exprimunt; vide etiam infra, quod de „solis radiis“ et de simplicibus praedicatoribus scribitur.*

mortuam in eorum animabus, honeste sepelierunt in monumentis et sepulchris splendidis et ornatis, id est in pulchris libris, magnis et multis[a]) et de magno sumptu, ut ita collorate et per indirectum plures pauperes Christi et sancti eius manerent per ipsos spoliati, famelici et denudati; isti cum ita[b]) omnibus rite conpositis, ornatis et ordinatis dulciter et quiete requiescunt et dyabolus in ipsis, — sic, inquam, dormiunt in diviciis, gloria et honore, sicut scriptum est de Behemoth, id est de bestia monstruosa[1]): „In secreto calami dormit, in locis humentibus: protegunt umbre umbram eius, circumdant eam[c]) salices torrentis. Absorbebit flumen[d]) et non mirabitur, et habet fiduciam, quod fluat Jordanis in os eius.“ Dormiunt inquam, quemadmodum bestia maculata, substrato precioso sibi[e]) regali vestimento, dum thezauros sapiencie et sciencie[2]) Jhesu Christi potenter obtinent[f]), et exinde habent delicias, divicias et honores; tamen per vitam bestialem, voluptuosam, ambiciosam et superbam maculant violenter et conculcant et contemptibilem aliis reddunt [f. 212[b]] divinam dei verbi veritatem[g]). Et ideo de bestia cornuta scriptum est[3]): „Sub ipso erunt radii solis et sternet sibi aurum quasi lutum.“ Cum igitur aliquis apertos habens oculos, vacat[h]) speculacioni istorum et irascatur pro hiis contra bestiam sic male quiescentem et rapiat de subiecto ipsi[i]) radios solis et aurum preciosum et obiciat sibi eadem coram suis oculis corripiatque viriliter iniuriam facientes sapiencie et sciencie sanctorum, tunc bestia irritatur, tunc[k]) rabiem suam ostendit, tunc effundit suum furorem contra huiusmodi fideles nunccios veritatis.

Ista est ergo pessima abhominacio desolacionis in templo dei constituta, quod sic maculata et turpis[l]) bestia conculcat solis radios et quod illi, qui gloriantur sapienciam et scienciam sanctorum se habere, horrendam iniuriam faciunt eidem dei sapiencie, omnia opposita et indigna admittendo, et qui

---

28) Nota *A manu auct.*

a) sepulchris, libris scilicet magnis et splendidis et multis *ed.* b) *om. ed.* c) eum *biblia.* d) fluvium *ed.* e) *super lin. add. A; om. ed.* f) et sacramenta eius pro suo libito tenent *ed. add.* g) et praxim piissimi Christi Jesu *add. ed.* h) *ita A, pro* vacet. i) *ita corr. ab ed.;* ipsam *A;* desubtus (!) ipsam *ed.* k) bestia *add. ed.* l) et turpis *om. ed.*

1) *Job XL. 16—18.* 2) *Cf. Eccli. I. 26.* 3) *Job XLI. 21.*

irasci debuerant contra violatores sapiencie et veritatis et esse docti, ut sciant deprehendere stultos et mencientes, ecce, e contrario contra zelatores veritatis irascuntur et docti sunt capere Jhesum in sermone [1].

Abhominacio illa est in dyabolis, quod glorificant et extollunt, in suis scilicet[a]) verbis, sapienciam et illos viros illustres, qui ipsam conscripserunt, et itidem tradunt ipsam scienciam sanctorum in conculcacionem plebibus et in[b]) contemptum per ipsorum malam vitam, et indignantur persecunturque fideles et simplices testes sapiencie ad ipsos transmissos a divina veritate. Verumptamen ad hoc isti modo pervenerunt, qui sunt capcio facti speculacioni, ut solum et maxime sapienciam et scienciam, que scripta est in libris[c]) ipsorum pulchris[d]), acceptant, et per quam ipsi sunt effecti gloriosi. Et idcirco quicumque venit, eandem loquens, dummodo dearticulate[e]) et pollite, et ipsos non seriose, sed quasi ludendo composite in cithara ipsos contingat, increpando solum pro modo observato, usitato: tali, inquam, non valde indignantur[f]), quia conatur ipsis multum placere et forte modicum audet displicere; tales[g]) igitur predicatores isti, quos hic sermo loquitur, multum commendant et honorant. Sed si quemquam simplicem suum et humilem dominus Jhesus miserit ad ipsos cum sua veritate et sciencia fideli et cum suo spiritu zelote, sicut fecit semper ab inicio, eo quod „cum simplicibus est[h]) sermocinacio eius“ [2]), eundem talem, qui illis mollibus est seriose contrarius in suis verbis et in moribus, viriliter detegens ipsorum[i]) yppocrisim et ficta fulcimenta, istum pati non possunt, sed gravis efficitur ipsis eciam ad videndum [3]). Non namque potest homo, spiritu Jhesu adductus, non esse contrarius hominibus inflatis per spiritum huius mundi, sed necesse est, ut curiosi[k]) sint adversi simplicitati, divites contemptori diviciarum, delicati et molles rigido in penitencia et rigido in

---

[a]) *om. ed.* [b]) plebibus ad *ed.* [c]) in literis et libris *ed.* [d]) pulchre *ed.* [e]) articulate *ed.* [f]) indignanter *corr.* indignantur *A.* [g]) Et tales *ed.* [h]) sit *ed.* [i]) siccatam *seq. in A, sed. del.* [k]) onerosi *false ed.*

[1]) *voces singulae ex biblia desumptae sunt; v. supra, passim.* [2]) *Proverb. III. 32.* [3]) *Cf. Sap. II. 15:* „Gravis est nobis etiam ad videndum.“

iusticia et duro in vita, superbi humili, amici mundi huius amico Jhesu Christi[a]).

Capitulum sextum[b]).

[De contemptu bonorum sacerdotum, de insolentia et superbia malorum, de vera et falsa vocatione][c]).

Et ista est abhominacio terribilis et pessima in dei templo constituta et firmata, quod ista operantur hii, qui Jhesum crucifixum humilem, simplicem, rigidum in veritate et durum in passionibus et inimicum amicorum huius seculi, ore confitentur, fide et spe imitantur, sapiencia et sciencia ipsius gloriantur, in hereditate ipsius et in nomine ipsius honorantur, ex bonis eius splendent[d]) in vestibus et inebriantur, scientes, legentes et predicantes, quod in principio non multi splendidi et gloriosi[e]), tytulati, non multi divites, non multi nobiles, non multi sapientes in Christo Jhesu[f]), sed que infirma sunt mundi, elegit deus, ut confundat[g]) forcia, et que ignobilia et contemptibilia mundi, elegit[1]), ponens thezauros sapiencie et sciencie sue in vasis fictilibus et abiectis, ut omnis sublimitas glorie et virtutis dei et[h]) ex deo esse manifeste reluceat, non autem ex hominibus[2]), ut non glorietur omnis caro[3]), et in tantum hoc, ut dicat veritas: „Nisi conversi fueritis et efficiamini, sicut iste parvulus, non intrabitis in regnum celorum“[4]). Et si quis videtur[i]) sibi sapiens in hoc seculo, stultus fiat, ut sit sapiens in Christo[5]). Et si quis existimat se aliquid scire, nondum congnovit, qualiter ipsum oporteat scire[6]). Et iterum[7]): „Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum et contritum et trementem sermones meos, qui ymolat bovem, quasi qui interficiat virum“, etc., id est in omnibus sibi ipsi non placent[k]) nec in se gloriantur, sed in humili et contempto Jhesu

---

[a]) Patet Sapient. 2: „Dissimilis est operibus nostris“, etc. *add. ed.* [b]) *ita A rubr.; in marg. quoque manu auct. adscribitur:* Cap.^{m} 6^{m}. [c]) *ita ed. inscr.* [d]) splendidi, splendent enim *ed.* [e]) *post corr. A.* [f]) secundum carnem *ed.* [g]) confundant *corr.* confundat *A.* [h]) *om. ed.* [i]) videatur *ed.* [k]) placet . . . gloriatur *ed.*

[1]) *Cf. I. Cor. I. 27.* [2]) *Cf. II. Cor. IV. 7.* [3]) *Cf. I. Cor. I. 29.* [4]) *Matth. XVIII. 3.* [5]) *Cf. I. Cor. III. 18.* [6]) *Cf. I. Cor. VIII. 2.* [7]) *Isaiae LXVI. 2—3.*

crucifixo et in illis, que sapiunt et sunt similia ignominie crucis Jhesu crucifixi pro virtute et veritate.

Ista est itaque abhominacio desolacionis nimia in templo dei usitata, dum est videre, quod in Christo Jhesu crucifixo, simplici et humilimo et amatore, zelote talium omnium communiter, simplices sacerdotes et humiles [f. 213[a]] pauperes et nimis manifeste contempti inpediri et pati derisionem, et zelote[a]), vindice et oditore perfecto[1]) omnis glorie et honoris in hoc mundo, diviciarum, deliciarum, splendorum hominum et fortissimo zelote seu irato[b]) exterminatore a principio omnium talium hominum, qui circa hec prefata afficiuntur, illos solos et maxime illos homines promoveri et honorabiles habere[c]) potestatem et auctoritatem super sanctos, evocari[d]) in ecclesia et familia eiusdem amatoris humilium et pauperum Jhesu crucifixi et superborum perfecti oditoris, ut sic via Christi valde inpediatur, coarcetur[e]) et obscuretur[f]) ab yppocritis, et via Antychristi nimis dilatetur et dirigatur in templo dei et hereditate Jhesu crucifixi, et quatinus[g]) ita perfecte sacerdotes sint facti laqueus speculacioni sic, quod vix aliquis aut nullus in veritate humilis et simplex possit per viam domini venire et in spiritu eius, quin statim capiatur a sacerdote[h]) per laqueos a Sathana preparatos, et quicumque velit aliquid in familia et plebe domini Jhesu operari salutis, revertatur a via Jhesu, abiciat ipsius descripcionem, non expectet se vocari ut[i]) Aaron ad laborem et honorem[2]), sed si velit continuare intentum, introeat in ecclesiam per viam Antychristi. Et quomodo, dices tu? Ita dico, quod dominus Jhesus distinxit viam suam et viam Antichristi[k]), loquens tunc[l]) ad Judeos et nunc ad presentes[m]) clericos et[n]) sacerdotes, dicens[3]): „Ego veni in nomine patris mei, et non suscepistis[o]) me; [si] alius in nomine suo veniet, illum vos accipietis.“ Et iterum[4]): „Qui a semet ipso

---

30) Qui venit a se *A manu auct.*

[a]) zeloto *ed.* [b]) iratore et *ed.* [c]) *rasura seq. in A.* [d]) et evocari *ed.* [e]) coartetur *ed.* [f]) obscuratur *corr.* obscuretur *A,* obscuratur *ed.* [g]) quatenus *ed.* [h]) sacerdotes *corr.* sacerdote *A;* sacerdotibus *ed.* [i]) ne *corr.* ut *A.* [k]) a via A. *ed.* [l]) nunc *corr.* tunc *A.* [m]) *rasura seq. in A.* [n]) et specialiter *ed.* [o]) accipitis *biblia.*

[1]) *phrasis biblica, cf. Psalm. CXXXVIII. 22:* „Perfecto odio oderam illos.“ [2]) *Cf. Hebr. V. 4.* [3]) *Joan. V. 43.* [4]) *Joan. VII. 18.*

loquitur, gloriam propriam querit, sed qui querit gloriam eius, qui misit illum, hic verax est et iniusticia in eo non est."

Hex est igitur via Jhesu crucifixi venire ad gradus in dei ecclesia solum humilibus et simplicibus in veritate preparata a deo et publice descripta et a sanctis patribus custodita, ut non nisi vocati veniant ad gradus in ecclesia et vix tunc ex obediencia veniant, consciencia sue infirmitatis et vera humilitate diligenter custodita, non ad dexteram, non ad sinistram [1]) ab hac via regia [2]), ab hoc unico hostio in ovile Christi [3]) ullo modo declinando, sicut Christus non venit a seipso, sed vocatus et missus a patre [4]), non in nomine suo, sed in nomine patris. Et dum sic via regia advenerit tantum in nomine Jhesu crucifixi et constiterit super gradus domini Jhesu familie et nullo [modo] [a]) querat, que sua, sed que Jhesu Christi [5]), non loquatur [b]) a semetipso, sed a Christo Jhesu, non querat [c]) se amari, ditari [d]) vel honorari, sed in omnibus et ab omnibus solum unicum dominum Jhesum crucifixum: hic verax est et iniusticia in illo non est [6]). Et ista est via Jhesu Christi, qui descendit de celo et venit in hunc mundum, non ut faceret voluntatem suam, sed voluntatem patris, qui misit illum [7]), nec inquisivit gloriam suam propriam, sed patris, qui misit illum. Et ista est descripcio vie Jhesu Christi clericis et sacerdotibus [e]) in ecclesiam dei veniendi ad gradus universos.

Et huic contraria est via Antychristi, videlicet per se et a se venire, promovere seipsum ad gradus vel quocumque modo procurare promocionem suam ad sacerdocium, officium, beneficium vel prebendas [f]). Istud est plane et irrefragabiliter in nomine suo venire et ad dextram vel sinistram ab humilimo Jhesu crucifixo ad superbum Antychristum declinare [8]). Venire insuper ad gradus ecclesie quos-

---

a) modo *add. ed.* b) loquetur *ed.* c) quaeret *ed.* d) *om. ed.* e) sacerdotibus et populis christianis *ed.* f) et loqui vel praedicare non a deo *add. ed.*

1) *Cf. Isaiae XXX. 21.* 2) *Cf. Num. XXI. 22* (via regia). 3) *Cf. Joan. X. 1.* 4) *Cf. Joan. VIII. 42* (neque enim a me ipso veni, sed ille me misit). 5) *Cf. Philipp. II. 21.* 6) *Cf. Joan. VII. 18:* „Qui a semetipso loquitur, gloriam propriam loquitur; qui autem quaerit gloriam eius, qui misit eum, hic verax est et iniustitia in illo non est." 7) *Cf. Joan. VI. 38.* 8) *voces singulae biblicae probantur, v. supra in hoc capitulo; ita et in subsequentibus.*

libet et ibi ac per hoc querere, que sua sunt, vel suorum conplicum et amicorum ac congnatorum est de plano[a]) via et vita Antychristi contraria Jhesu Christo. Vel venire ad gradus ecclesie et per consequens divicias et honores [querere][b]) et ponere ibi se ad quiescendum et vitam mollem et suavem sibi proponere et stabilire, est de certo et de plano vita tota Antychristi, contraria laborioso usque ad mortem Jhesu Christo. Licet cantent, orent, missas suas multiplicent, horas suas singulas et cerimonias et doctrinas hominum rite et ordinate exerceant: nisi convertantur ad viam[c]) prefatam domini Jhesu, sunt omnes in via[d]) et vita Antychristi, et quanto magis ea, que iam dicta sunt, cumulant huiusmodi, tanto magis in fermento sue yppocrisis confirmantur et excecantur. Habentes zelum non secundum scienciam et suam iusticiam volentes constituere, iusticiam[e]) dei nequaquam consequentur, que est solum in unico domino Jhesu crucifixo, donec sic[f]) in medio salicum[g])[1]) in[h]) secreto calami dormientes[2]) tarde evigilantes invenient suas iusticias fore omnes tamquam pannum menstruate[3]) et de vinea Sodome vinum eorum et de suburbanis Gomorre, via[i]) eorum uva fellis et botrus amarissimus[k]), fel draconum vinum eorum [et] venenum aspidum insanabile[4]).

---

[a]) plana *ed. false.* [b]) *ita ed.; om. A.* [c]) vitam *(sic) ed.* [d]) vita *corr.* via *A.* [e]) volentes constituere, iustitiae dei non sunt subiecti. Nequaquam ergo misericordiam dei consequentur ꝛc. *ed.* [f]) sit *ed.* [g]) silentium *ed.* [h]) Hi *ed.* [i]) uva *ed.* [k]) botri amarissimi *ed.*

[1]) *Cf. Psalm. CXXXVI. 2* (in salicibus in medio eius). [2]) *Cf. Job XL. 16.* [3]) *Cf. Isaiae LXIV. 6* (quasi pannus menstruatae universae iustitiae nostrae). [4]) *Cf. Deuter. XXXII. 32—33.*

Capitulum septimum[a]).

[Quod hodie omnes, qui rerum in ecclesia potiuntur, seipsos intruserunt et vocaverunt, atque subinde nunc viam praecludunt doctis et simplicibus, ne promoveantur, sed fideles et bonos repellunt a ministerio][b]).

[f. 213[b]] Nunc igitur, pensatis hiis viis adversis, scrutemur vias nostras[1])! In quo appello consciencias vestras, o sacerdotes et clerici in ecclesia Jhesu Christi! Scrutemur, inquam, vias moderni seculi et videamus sine invidia, sine[c]) conplacencia in ore nostro, ne incidamus in illud iudicium[2]), quod dicit[3]): „Hec via illorum scandalum ipsis, et postea in ore suo conplacebunt." Videamus, inquam, fideliter, sicut expectamus a deo videri in occursu mortis nostre, quis nunc graditur ad gradus vel ascendit ad templum dei[4]) per viam Jhesu Christi, et[d]) commemoremus hic quindecim gradus ascendendi ad templum domini, quos notavi in fine huius distinccionis.

Quis, inquam, nunc in veritate et sine simulacione humilis trahitur ad gradus ecclesie vel quis vocatur invitus vel queritur absconditus, aut quis venit ex sola obediencia vocacionis? Non tamen deficiunt sic[e]) omnino humiles vel zelantes pro virtute et veritate Christi Jhesu, neque scilicet deficiunt illi, qui se Christo Jhesu obtulerunt et parati sunt offerre ad querendum fideliter, non que sua sunt[5]), sed que Jhesu Christi, quoniam scriptum est[6]): „Reliqui[f]) septem milia virorum, qui non curvaverunt genua ante Baal"[g]), quod quidem dictum esse noscitur in paucitate et inperfeccione populi Judeorum, igitur multo amplius in perfectissimo et nimis multiplicato populo christiano. Non igitur deficiunt persone huiusmodi humiles, ydonee

---

a) *ita A in marg. non rubr.; in ed. false repetitur:* Caput VI. *et abinde capitula false numerantur:* Caput VII. VIII., etc., *pro* Cap. VIII. IX., etc. b) *ita add. ed.* c) sive *ed.* d) et — distinccionis *om. ed.* e) sic — deficiunt *om. ed.* f) mihi *add. ed.* g) Baalam *corr.* Baal *A;* Baal *biblia.*

1) *Cf. Thren. III. 40:* „Scrutemur vias nostras." 2) incidere in iudicium, *phrasis biblica est, cf. Eccli. XXIX. 24.* 3) *Psalm. XLVIII. 14.* 4) ascendere ad templum domini seu dei, *phrasis biblica est, cf. I. Reg. I. 7, etc.* 5) *Cf. I. Cor. XIII. 5.* 6) *Rom. XI. 4.*

ad vocandum, sed deficit via, deficit exquisitor talium, et non est, qui vocet ad solempnitatem[1]).

Cui enim nunc potest esse dubium, quod si quis sic[a]) vir, satis in manifesto simplex et humilis vel clericus et conscius sue inperfeccionis et custoditor fidelis humilitatis, expectet seipsum vocari ad sacerdocium vel ad officium aut huiusmodi, nullam promocionem sui, nullum signum nullumque vel modicum annutum[b]) procurando se velle vocari, quod modo non est, qui talem exquirat vel evocet?

Quomodo ergo illi vocabuntur, qui se abscondunt, ne vocentur, et qui refugiunt ut stercus vocari ad honores et divicias, loquentes aput seipsos[2]): „Omnia, que erant michi lucra, michi detrimentum feci, ut Christum lucrifacerem, et arbitratus sum ut stercora propter eminentem scienciam, que est in Christo Jhesu", memorantesque illius parabole in libro Judicum IX. ca.°[3]): „Ierunt ligna, ut ungerent super se regem. Dixeruntque olive: Impera nobis. Que respondit: Numquid possum deserere pinguedinem meam, qua et dii utuntur et homines, et venire, ut inter ligna promovear? Dixeruntque ligna ad arborem[c]) ficum: Veni et super nos regnum accipe. Que respondit eis: Numquid possum dulcedinem meam deserere fructusque suavissimos et ire, ut inter cetera ligna promovear? Locuta quoque sunt ligna et ad vitem: Veni et impera nobis. Que respondit: Numquid possum deserere vinum meum, quod letificat deum et homines et inter ligna cetera promoveri?"

Itaque hec parabola loquitur illos, qui, spiritu suavissimo dei et devocione affluentes, valde humiliantur et, timentes iudicia divina, reluctantur ex animo promoveri ad gradus ecclesiasticos[d]), et in mente habentes, „quam[e]) durissimum iudicium cum[f]) hiis, qui presunt[g]), fiet et potentes potenter tormenta pacientur"[4]), et illius, quod dicit Jacobus[5]): „Fratres, nolite plures magistri effici[h]), scientes, quod gravius iudicium accipietis"[i]). Et super omnia nunc in hoc tempore Antychristi, de quo tempore

---

[a]) sit *ed.*; sic *A.* [b]) amicum *(sic) ed.* [c]) *om. ed.* [d]) *corr. A.* [e]) quam *A et ed.* [f]) *om. biblia.* [g]) *ita ed.*; preseunt *A.* [h]) fieri *biblia.* [i]) sumitis *biblia.*

[1]) *Cf. Thren. I. 4:* „Viae Sion lugent, eo quod non sint, qui veniant ad solemnitatem." [2]) *Philipp. III. 7—8* (libere allatum). [3]) *Judic. IX. 8—13.* [4]) *Sap. VI. 6—7.* [5]) *Jacobi III. 1.*

scriptum est[1]: „Prudens in tempore illo tacebit, quoniam tempus malum est.“ Et alia multa scriptura consulat et iubeat abscondi paulisper dei populo et fugere nimis, ita ut dicit veritas[2]): „Cum ergo videritis abhominacionem desolacionis, que dicta est a Daniele propheta, stantem in loco sancto, qui legit, intelligat: tunc, qui in Judea sunt, fugiant ad montem[a]), et qui in tecto, non descendant[b]) tollere aliquid[c]) de domo sua, et qui in agro, non reverta[n]tur tollere tunicam suam. Ve autem pregnantibus et nutrientibus in illis diebus. Orate autem, ut non fiat fuga vestra in hyeme vel sabbato. Erit enim tunc tribulacio magna, qualis non fuit ab inicio mundi usque modo, neque fiet. Et nisi breviati essent[d]) dies illi, non fieret salva omnis caro. Sed propter electos breviabuntur dies illi[e]). Tunc si quis vobis dixerit: Ecce, hic est Christus aut illic: nolite credere. Surgent enim pseudochristi et pseudoprophete et dabunt signa magna et prodigia, ita ut in errorem inducantur[f]), si fieri potest, et electi. Ecce, predixi vobis. Si ergo dixerint vobis: Ecce, in deserto est, nolite exire“, etc.[g]).

Latent igitur in hiis diebus sancti dei et fideles ydoneique ad promovendum: aliqui silent in quiete, aliqui[h]) non audent loqui, alii fugiunt de media comunitate christiana quasi de medio Babylonis. Non igitur deficiunt [f. 214[a]] modo[i]) humiles et simplices Jhesu crucifixi, de quacumque sint condicione vel statu, sive inter rusticos sive inter burgenses sint, sive inter curienses et nobiles, sive literati sint sive illiterati, dummodo spiritum Jhesu sint habentes, humilitate et virtutibus[k]) prepollentes. Sed deficit via, per quam veniant[l]), deficiunt illi, qui eos exquirant diligenter[m]), sicud aurum obrisum[3]), deficiunt, qui scirent ipsos digne congnoscere et ipsorum ydoneitatem ponderare.

Quare autem deficiunt exquisitores et provisores ecclesie Jhesu Christi? Quia Antychristus, id est ille, qui venit a seipso vel[n]) equipollenter ut a seipso et in nomine suo veniens, nimis invaluit, in nubem multiplicatus et dilatatus, fortiterque possedit

[a]) montes *biblia et ed.* [b]) descendat *biblia et ed.* [c]) aliquid — tollere *om. ed.* [d]) fuissent *ed.* [e]) dies illi *om. ed.* [f]) inducentur *ed.* [g]) et caetera, quae ibi sequuntur *add. ed.* [h]) aut qui *false ed.* [i]) ad *seq. in A, sed del.;* modo adhuc *ed.* [k]) obedientia *ed.* [l]) ad solennitatem *ad. ed.* [m]) congnoscere *seq. in A, sed. del.;* exquirant et vocent diligenter *ed.* [n]) vel — a seipso *om. ed.*

[1]) *Amos V. 13.* [2]) *Matthaei XXIV. 15—26.* [3]) *Cf. Job XXVIII. 15.*

gubernacula sancte ecclesie et sine ulla contradiccione et timore dirigit universa; qui factus est, ut nullum timeat[1]); et abhominacione[a]) per totum et ubique vel fere ubique per amplitudinem ecclesie constituta, recessit Jhesus crucifixus, abstulit seipsum spiritum[b]) Jhesu. Et ita manet sola civitas plena populo et domina gencium est[c]) desolata[2]), et ut sine proverbio intellectum eloquar, omnes aut fere omnes[d]) sedes vel cathedre sancte ecclesie sunt vel fuerunt replete et occupate de membris Antychristi, id est de illis[e]), qui a seipsis venerunt vel[f]) non zelo Jhesu crucifixi et qui illa, que sua sunt, querunt, non que Jhesu crucifixi[3]).

Non se excusent, obsecro, per suam fictam devocionem et sanctitatem simulatam, id est simul cum spiritu mundi in suam animam collocatam. Nam illud est proprie abhominacio in templo dei, ut postea deducetur[4]). Non blandiantur sibi per execucionem mandatorum et doctrinarum hominum diligentem, quia frustra colunt Christum, questum suum reputantes pietatem[5]). Non michi, rogo, qui loquor ita et scribo, irascantur domini sacerdotes et et clerici yppocrite simulati, quoniam scit ista et multo plura altitudo Sathane[6]) in nobis conbinare et simul collocare, ut abhominacionem domino Jhesu in suo templo faceret et magis subtiliter excecaret et efficacius desolacionem confirmaret. Non est frustra dictum a magna veritate et eterna[7]): „Vobis autem dico, qui Tyatyre estis: Quicumque non habetis doctrinam hanc, [et] qui non congnoverunt altitudinem Sathane, quemadmodum dicunt, non mittam super vos aliud pondus. Tamen id, quod habetis, tenete, donec veniam“, etc. Quod ut ad propositum melius intelligas, pensa bene textum inmediate precedentem, ubi dicitur[8]): „Sed habeo adversum te pauca, quia permittis mulierem Yezabel, que se dicit [prophetam] docere et seducere servos meos, fornicari et manducare de idolotilis[g]). Et dedi illi tempus, ut penitenciam ageret; et non wult penitere a fornicacione sua. Et ecce, ego mitto eam in lectum, et qui mechantur cum ea, in tribulacione maxima erunt, nisi peni-

---

[a]) abominabilis *ed.* [b]) spiritus *A.* [c]) sub servitute et *add. ed.* [d]) omnis aut fere omnis *A.* [e]) et de illis *ed.* [f]) *rasura seq. in A.* [g]) i — *sub lin. add. A.*

[1]) *Cf. Job XLI. 24.* [2]) *Cf. Thren. I. 1.* [3]) *Cf. Philipp. II. 21.* [4]) *v. infra c. 33.* [5]) *Cf. I. Tim. VI. 5.* [6]) *Cf. Apoc. II. 24* (altitudines satanae). [7]) *Apoc. II. 24—25.* [8]) *Apoc. II. 20—23.*

tenciam egerint ab operibus suis. Et filios eorum interfeciam in mortem“, etc.

Et considera per singula, quam bene et quam proprie ista verba omnia exprimunt statum et condiciones sacerdotum carnalium presentis seculi et yppocritarum monachorum[a]), qui gloriantur de eo[b]), quod ipsi sunt lumen ecclesie[c]), et cum hoc[d]) sua adulacione[e]) deducunt populum christianum ad amorem huius mundi, et infinitam pacienciam et bonitatem[f]) Jhesu Christi adducunt ad maiorem et procliviorem malicie libertatem.

Capitulum octavum[g]).

[De confidenti vocatione autoris, et libertate eius in corripiendo. Et quod libere loquuntur, quotquot Christi spiritum habent. Quod linquere officia debent et sacerdotia, quotquot ambitione et non per ostium Christi introierunt. Postremo, quod plus peccant hodie sacerdotes, quam olim scribae et Pharisei][h]).

Quod[i]) si quisquam legens[k]) nec[l]) se facile poterit ab ira et zelo amaro [1]) adversum me sustinere, hoc[m]) iterum talis penset aput se quilibet, si habet vel qui habet spiritum Jhesu crucifixi, quid magis expediat vel magis est securum ad salutem, utrumne michi indignari, qui hec loquor et scribo, vel pocius timere dominum deum suum, et sive sit reus horum, sive non, agere penitenciam in veritate revertique ab Antichristo ad dominum Jhesum Christum. Nam scriptum est[n]) [2]): „Quis ex nobis[o]) timens deum[p]), id est audiens vocem servi sui: quis[q]) ambulavit[r]) in tenebris, et non est lumen ei, speret in nomine domini et innitatur super deum suum? Ecce, omnes vos acce[n]dentes ignem, accincti flammis, ambulate in lumine ignis vestri, et in flammis, quas succendistis vobis: de manu mea factum [est] hoc vobis, in doloribus dormietis. Audite me, qui

---

a) et caeterorum praelatorum *add. ed.* b) deo *ed.* c) sal et civitas supra montem posita *add. ed.* d) et sic *ed.* e) et magnificatione *add. ed.* f) et caritatem *add. ed.* g) *ita A non rubr. in m.:* Ca[m] 8[m]; *in ed. false:* Caput VII. h) *ita add. ed.* i) Id *ed.* k) audiens vel legens *ed.* l) nec *A et ed.* m) hic *ed.* n) *sup. lin. add. A:* Esaie 50. d. o) vobis *ed.* p) dominum *biblia;* id est *om. biblia;* et *ed.* q) qui *biblia.* r) ambulat *ed.*

1) *Cf. Jacobi III. 14* (zelus amarus). 2) *Isaiae L. 10—11 et LI. 1.*

sequimini, quod[a]) iustum est, et queritis dominum.“ Quoniam istud scriptum est pro[b]) Ysaia propheta domini, scriptum est et pro Jhesu crucifixo, primum et principaliter scriptum est et[c]) pro beato Petro et quolibet apostolo, scriptum est et pro me pauperculo[d]), vilissimo vermiculo, et non homine, obprobrio hominum et abieccione plebis[1]), scriptum est et pro quolibet, qui est unum cum Christo. Hoc est[e]) scriptum pro Jhesu crucifixo et pro me, si et in quantum est in me et loquitur ex me[f]) et per me ille, qui potens est loqui per os muti subiugalis, et corripere[g]) prophete in [f. 214[b]] sipienciam[2]). Scriptum, inquam, est paulo superius ante scripturam allegatam[3]): „Erigit mane, mane erigit michi aurem, ut audiam quasi magistrum. Dominus autem apperuit michi aurem, ego autem non contradico: retrorsum non abii. Corpus meum dedi percucientibus et genas meas vellentibus[h]). Faciem meam non averti ab increpantibus me et conspuentibus in me. Dominus deus auxiliator meus, et ideo non sum confusus. Ideo posui faciem meam, ut petram durissimam, et scio, quoniam non confundar. Juxta est, qui iustificat me. Quis contradicet[i]) michi? Stemus simul. Quis est adversarius meus? Accedat ad me. Ecce, [dominus] deus auxiliator meus. Quis est, qui condempnet me? Ecce, omnes[k]) quasi[l]) vestimentum conterentur, tinea comedet eos“, etc., ut supra.

Ecce, quam fiducialiter loquitur omnis, qui spiritu Jhesu agitatur et conpellitur ad irascendum iniquitati et pro modulo suo arripit[m]) gladium spiritus, qui devorat carnes[4]) „ad faciendum[n]) vindictam in nacionibus, increpaciones in populis, ad alligandos reges eorum in[o]) conpedibus et nobiles eorum in manicis ferreis“[5]).

Si igitur quis hiis, que hic ponuntur, auditis et perlectis

---

[a]) *corr. A.* [b]) *ras. A;* per Isaiam prophetam et pro Jhesu ɔc. *ed.* [c]) *sup. lin. A.* [d]) pauperculo — crucifixo *om. ed. (sic).* [e]) *ita corr. ab ed.;* esse *A.* [f]) et pro me *add. ed.* [g]) carpere *ed.* [h]) velantibus faciem meam *ed.* [i]) contradicit *ed.* [k]) omnis (!) *A.* [l]) *corr. A.* [m]) accipit *ed.* [n]) faciendam *ed.* [o]) in conpedibus et n. e. *om. ed.*

[1]) *Cf. Psalm. XXI. 7:* „Ego autem sum vermis, et non homo: opprobrium hominum et abjectio plebis.“ [2]) *Cf. II. Petri II. 16.* [3]) *Isaiae L. 4—10.* [4]) arripere gladium, devorare carnes *expressiones biblicae sunt.* [5]) *Psalm. CXLIX. 7—8.*

ad cor[a]) suum redibit et examinet suam conscienciam, qua vel quo modo ad gradus in ecclesia dei est promotus, probetque sic opus suum unusquisque[1]), si a semet ipso venit ad gradus honoris in ecclesia tremendi Jhesu crucifixi, vel si existens in gradu iam aliquo, adhuc ex parte vel ex toto querit, que sua sunt, non que Jhesu Christi[2]), cito doleat se venisse in ecclesiam via Antychristi et deplangat se fuisse Antychristum et confugiat ad Christum et sit christus dei de Antychristo[b]) per penitenciam non fictam. Et[c]) ad hoc iuste faciendum utile erit dimittere prius beneficium vel officium aut prebendam ex humilitate illud, quod est iuxta[d]) viam Antichristi quis assecutus, vel ingemiscere ipso gradu fore se indignum, ad quem[e]) inpudice ex sua presumpcione primum vel avaricia et ambicione sua festinavit, ab ecclesia[f]) non vocatus nec electus[g]).

Securius est, inquam, istud facere ad salutem tali clerico cuilibet quam condempnare et persequi ista suadentem et scribentem, persequendo hos, qui tibi non parcunt nec sinunt te quiescere in lecto, in quem missus es[h]), meretrix fornicaria, ex dei iam egressa supra[i]) te ulcione maius tibi iudicium et iram dei tremendi thesaurisans secundum duriciam tuam et inpenitens cor tuum[3]) ad diem furoris domini[4]), et constringe[n]s[k]) amplius super te vincula[5]) tue dampnacionis, forte persequendo nuncios dei et prophetas vel scribas ad te missos, ut veniat[l]) super te et tuos similes omnis sanguis, qui effusus est a sanguine iusti Abel usque ad sanguinem iusti novissimi effusum innocenter, vel solum pro eo effusum, quod teipsum commonent fideles amatores, ne dampneris. Verumptamen tua damnatio est multo amplior, qui sanctos nunc ad te missos persequi non formidas[6]), quia iam audisti et dictum est tibi, o sacerdos yppocrita[7]): „Ve vobis, scribe et Pharisei[m]), qui edificatis sepul-

---

a) *sup. lin. post ras. add. A.* b) diaboli *add. ed.* c) *corr. A.* d) *sup. lin. add. A.* e) ad quod *ed.* f) a deo *ed. (sic!).* g) ab ecclesia *add. ed.* h) missa est meretrix Jesabel *ed.* i) super *ed.* k) constringas *ed.* l) *ras. A.* m) hypocritae *add. biblia.*

1) *Cf. Galat. VI. 4.* 2) *Cf. Philipp. II. 21.* 3) *Cf. Rom. II. 5:* „Secundum autem duritiam tuam et impoenitens cor thezaurisas tibi iram in diem irae et revelationis iusti iudicii dei.“ 4) *communis phrasis biblica.* 5) *Cf. Isaiae XXVIII. 22* (ne forte constringantur vincula vestra). 6) *Cf. Matth. XXIII. 34. 35. 37.* 7) *Matth. XXIII. 29—33.*

chra prophetarum et ornatis monumenta iustorum et dicitis: Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socii eorum in sanguine prophetarum. Itaque testimonio[a]) estis vobismet ipsis, quia filii estis eorum, qui prophetas occidunt[b]). Et vos inplete mensuram patrum vestrorum. Serpentes et[c]) genimina vipperarum, quando fugietis a iudicio iehenne?"

„Serpentes et genimina vipperarum", id est qui omnem effectum salutarem, ita[d]) eciam salubrem correccionem convertitis vobis[e]) ad dampnacionem maiorem, et occiditis et discerpitis eos, qui vos iterum parturiunt in Christo Jhesu [1]) in labore, doloribus et fletu rugituque[2]) continuo et nimio[f]) lacrimarum super vos et vestra peccata. Si, inquam, illos persequimini, illis irascimini, qui usque ad mortem se opponunt pro eo, ut vos commoveant[g]) et retrahant a[h]) dampnacione, quomodo igitur iam[i]) „fugietis a iudicio gehenne", id est, quo remedio[k]), quibus conatibus, qua prudencia? Nam sequitur[3]): „Ideo, ecce, ego mitto ad vos prophetas et sapientes et scribas, et ex illis occidetis et crucifigetis et ex eis flagellabitis in synagogis vestris et persequemini[l]) de civitate in civitatem: ut veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super[m]) terram, a sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zacharie, filii Berachie[n]), quem occidistis inter templum et altare. Amen, dico vobis, venient hec omnia super generacionem istam! Jerusalem, Jerusalem, que occidis prophetas, et lapidas eos, qui ad te missi sunt: quociens volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas suas, et noluisti? Ecce, relinquetur [f. 215[a]] vobis domus vestra deserta."

Ista omnia ad literam dicta sunt de nequam aliquando Judeis. Sed omnia et singula sunt inpleta nunc „in spiritu et veritate"[4]) in[o]) nequissimis christianis, primum in sacerdotibus carnalibus et clericis et[p]) yppocritis a spiritu Jhesu desertatis[q])

---

[a]) testimonium *ed.* [b]) occiderunt *biblia.* [c]) *om. biblia.* [d]) *ras. A.* [e]) vobis ipsi *corr.* vobis *A;* vobis ipsimet *ed.* [f]) rivis *ed.* [g]) promoveant *ed.* [h]) ad dampnacionem *A.* [i]) quomodo ergo *ed.* [k]) id est quo remedio *om. ed.* [l]) persequimini . . veniant *false A.* [m]) omnem *seq. in A, sed. del.* [n]) *corr. A;* Barachiae *biblia.* [o]) *ita corr. ab editore;* et *A et ed.* [p]) *om. ed.* [q]) desertis *ed.*

[1]) *Cf. Galat. IV. 19:* „Filioli mei, quos iterum parturio." [2]) *Cf. Job XXXIX. 3:* „Incurvantur ad foetum et pariunt et rugitus emittunt." [3]) *Matth. XXIII. 34—38.* [4]) *Joan. IV. 23.*

et abiectis propter abhominacionem desolacionis, quam in templo sancto locaverunt. Nam propriissime ipsi sunt illa generacio prava et adultera, quam per totum sermo divinus denotavit[1]. Est[a], inquam, eadem generacio successione generis[2] et possessione malicie et iniquitatis, sed continue[b] in maiore et minore excessu et habundancia iniquitatis, ita ut[c] iam summum gradum suum possibilem istius generacionis iniquitas[d] vide[a]tur conplevisse. Unde non nisi iam eius messis et excussio[e] est omni tempore expectanda, quemadmodum in Sodoma et Gomora fuit figuratum[3]. Quod si quis putet se spiritum domini Jhesu habere talium remurmurancium[4] et arbitretur se bene irasci[5] hiis[f], que hic inscribuntur, arbitretur[g] quoque se obsequium prestare deo[6], scripta vel scriptorem persequendo, confidens se Christum[h] vel Christi esse, hec iterum cogitet aput se, quia sicut ipse Christi est, ita nos[i] [7].

Nam et ista scribens, fateor, quod nichil aliud me in illud[k] perurget, nisi dileccio domini nostri Jhesu crucifixi, cuius stigmata pro modulo mee infirmitatis [ac] vilitatis[l] in[m] me ipso cupio deportare[8], obsecrans michi donari ab ipso, ut non alibi meam requiram gloriam, nisi in cruce ipsius, et illa inestimabili ignominia passionum ipsius, quam est passus pro me deus[n], meus creator, meus dilectus. Quia igitur zelus domus sue comedit me et obprobria exprobrancium Jhesu crucifixo ceciderunt super me[9], ideo ista loquor et scribo, que non dubito placere hiis, qui amant fideliter dominum Jhesum crucifixum. Et illis, qui Antechrysti fuerint, ista[o] estimo non modice displicenda.

---

10) Nota *A manu auct.*

[a]) Et *ed.* [b]) *ita ed.;* sicud consciencie *A.* [c]) ita quod *ed.* [d]) iniquitatis *ed.* [e]) excissio *corr.* excussio *A in marg.* [f]) iis *ed.* [g]) arbitratur *ed.* [h]) christianum *ed.* [i]) et nos *ed.* [k]) in illis *ed.* [l]) ac v. *ed.* [m]) *ras. A.* [n]) dominus Jesus, dilectus meus *ed.* Quia — super me *om. ed.* [o]) *om. ed.*

[1]) *Cf. Matth. XII. 39* (generatio mala et adultera). [2]) *Cf. Judith XIV. 6* (omnis successio generis eius). [3]) *Cf. Genes. XIX. 1 sq.* [4]) *Cf. I. Cor. VII. 70:* „Puto autem, quod et ego spiritum dei habeam.“ [5]) *Cf. Jonae IV. 4:* „Et dixit dominus: Putasne, bene irasceris tu?“ [6]) *Cf. Joan. XVI. 2.* [7]) *Cf. II. Cor. X. 7.* [8]) *Cf. Galat. VI. 17:* „Ego enim stigmata domini Jesu in corpore meo porto.“ [9]) *Cf. Psalm. LXVIII. 10.*

Verumtamen iterum confiteor coram piissimo Jhesu crucifixo, quod ista, que scribo et que iam scripsi pridem permulta[a]), nec potuissem nec scivissem neque[b]) ausus fuissem scribere, nisi ipse me[c]) misisset et spiritus eius, cuius testimonium accipio et accepi in me et aput me ita evidenter et potenter, quod non valeo refragari vel contradicere ullomodo[1]). Non tamen hec scribo, ut affirmem omnia plena esse veritate, que hic scribo. Hoc namque secundum beatum Augustinum et Jeronimum[d]) solum scripture[e]) et dictis apostolorum, ewangelistarum et prophetarum est observandum, et scripturis canonicis, qui spiritu Jhesu in plenitudine habundabant[f]), et quidquid ibi dicitur, est plenum veritate et salutari utilitate. Ego[g]) vero sic ista habeo et sic scribo et in tali habitudine et mensura, quod omnia et singula et meipsum submitto sancte katholice ecclesie, dulcissime matri mee et sponse Jhesu Christi.

Nec ista dixi meipsum commendans, sed confiteor, quod modico ante fui totus vexatus et obtentus a spiritu Antychristi, plenus cupiditate et contagiosa abieccione, magno animo cupiens habere divicias huius mundi, gloriam et honores, et pro eo multa laboravi, inpendi vires et expensas, litigavi pro quatuor beneficiis. Et adhuc meum beneficium[h]), michi omni iure debitum, ab adversario quodam detinetur[i]). Et sic volens dives fieri in hoc seculo, incideram profunde in laqueum dyaboli[2]). Gracias ago iam deo meo et patri misericordiarum et domino Jhesu crucifixo, de cuius gracia michi venit, quod iam exulto ereptus quasi passer de laqueo venancium[3]), quasi tycio de incendio exportatus, quasi naufragus de mediis fluctibus maris liberatus. Fateor etenim, quod, quam difficulter me abstraxit dominus ab uberibus Babylonice meretricis[4]), et inpedivit me ubique saciare illam Anty-

---

a) perm. *om. ed.* b) nec *ed.* c) nisi ipsemet iussisset per internam unctionem suam. Neque ideo scribo, ut nomen mihi hauriam. Hoc namque oc., *ita ed., ceteris omissis.* d) Hieronymum *ed.* e) in scripturis *ed.* f) abundant *ed.* g) Ego vero *usque ad finem huius capituli desunt in ed.* h) omni *seq. in A, sed. del.* i) obtinetur *corr.* detinetur *A.*

1) *Cf. Joan. V. 34:* „Ego autem non ab homine testimonium accipio“; *v. 37:* „Et qui misit me, pater, ipse testimonium perhibuit de me.“ 2) *Cf. I. Tim. VI. 9:* „Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem et in laqueum diaboli.“ 3) *Cf. Psalm. CXXIII. 7:* „Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium.“ 4) *de qua meretrice v. Apoc. XVII. 1 sq.*

chrysti ambicionem et cupiditatem meam diviciarum huius vite et honoris et interim cor meum ad[a]) sua testimonia et non in avariciam inclinavit[1]). Piissimo namque atque dulcissimo Jhesu Christo michi iniquo et ceco graciose semper providente, in omnibus meis conatibus et cupiditatibus valde adversa successerunt, ita quod decies sum datus in conculcacionem et derisum meis superbis et amaris inimicis[2]) et usque ad profundum luti[b]) omnis tempestas me[c]) dimersit[d]). Verumptamen gracias ago deo meo, quia, quantum est ad homines et secundum opinionem meam, est ubique innocenter et iniuste, etc.

Capitulum nonum[e]).

[Quomodo praeclusa est via bonis et doctis viris ad dignitates et ministeria ecclesiae propter infandam avaritiam sacerdotum malorum. Praeterea quomodo tales cortisani et sacerdotiorum voratores altius debent suspendi caeteris furibus][f]).

[f. 215[b]] Dico vero amplius, quod sicud modo in tempore Antychristi non deficiunt, qui vocentur ad regimina ecclesie vel ad sacerdocium, id est, qui sunt digni vocari et ydonei ad regendum, licet existant in numero pauciori, sed magis deficiunt illi, qui vocent tales huiusmodi vel diligenter exquirant et summopere invigilent tales viros reperire et promovere: ita deficit via Jhesu, qua veniant vel vocent[ur], et hoc propter nimis dilatatam cupiditatem Antychristi et multitudinem suppositorum corporis Antychristi[g]).

Ex quibus iam via Antychristi supra descripta ita est usitata et antiquata et multitudine locustarum coronatarum[3]) obumbrata, ut iam licita omnibus et splendida videatur, secundum[h]) quod scriptum est[4]): „Post eum lucebit semita.“ Et via Jhesu crucifixi iam communiter deridetur. Et ista est abhominacio maxime desolacionis locata in loco sancto.

---

a) ad — inclinavit *add. A in marg.* b) *ras. A.* c) *super lin. add. A alia m.* d) *ras. A.* e) *ita A non rubr.* (Cap.[m] 9[m]). f) *ita add. ed.* g) eius *ed.* h) secundum — deridetur *om. ed.*

1) *Cf. Psalm. CXVIII. 36:* „Inclina cor meum in testimonia tua, et non in avaritiam.“ 2) *Cf. Thren. III. 14:* „Factus sum in derisum omni populo“, *et Michaeae VII. 10:* „Nunc erit in conculcationem ut lutum platearum.“ 3) *de quibus v. Apoc. IX. 3 sq.* 4) *Job XLI. 23.*

Quis namque dubitat, quod de presenti nullum inconveniens nullaque inhonestas est ingerere se, quomodo[a]) libet, vocari et promoveri, cum et[b]) litigare pro beneficiis et per potenciam aut carnem et sanguinem aut per servicia magnatorum aut per favorem pecunialem venire ad beneficia vel officia non sit illicitum vel inhonestum? Ita est iam[c]) via Antychristi facta in ecclesia dei lata, gloriosa et resplendens, et via Jhesu crucifixi quasi nulla[d]) vel derisa. Quis siquidem de presenti clericus, si affirmet se nolle esse sacerdotem, nisi ad id vocetur, non deridebitur[e]) a coetaneis? Non reputabitur fatuus et temptans dominum deum suum[1])? Et similiter quis clericus ad sacerdocium promovebitur, nisi prius habeat beneficium? Quis autem beneficium assequetur, nisi ipsum prius sedule inquirat, cupide exigat, inpudenter se ingerat, et nisi veniat ad gradum per viam vel cupiditatem Antychristi? Et, ut superius[f]) dictum est[2]), quis humilis se vocari prestolans vel propter virtutem humilitatis se abscondens, ad beneficia ne vocetur, non deridebitur, aut quando vel a quo exquiretur, ut vocetur?

Ideo dixi, quod non deficiunt adhuc pii, mites et humiles Jhesu de omni statu et condicione collecti, sive e[g]) clericis, sive ex monachis[h]), sive ex laycis. Sed deficit via, qua veniant ad gradus et regimina ecclesie sacrosancte propter condensatum et conpactum corpus[3]) cupiditatis Antychristi, propter multitudinem infinitam eorum, qui superbe, crudeliter, cupide[i]) festinant obtinere gradus et beneficia ecclesie. Qui omnes sunt ita fortes, ita apparentes, ita inpudici, ita docti ad hoc et prudentes, ita[k]) strennui et vigilantes, ita muniti omnibus modis possibilibus, ut habeant beneficia, ita pertinaces ad hoc et expediti, ita multiplicati et condensati per universam Christi ecclesiam, ut omnis modus et via veniendi ad gradus et beneficia sit fortiter et inopinate occupata, et omnia beneficia tot habeant expectantes et occupantes seipsa et litigantes pro seipsis, ut iam non[l]) dico,

---

[a]) quemlibet *ed.* [b]) *om. ed.* [c]) Ita etiam *ed.* [d]) erronea *ed.* [e]) desideretur *ed.* [f]) supra *ed.* [g]) ex *ed.* [h]) sive ex m. *om. ed. (sic).* [i]) et cupide *ed.* [k]) *om. ed.* [l]) *om. ed.*

[1]) *Cf. Matth. IV. 7:* „Non tentabis dominum deum tuum." [2]) *v. supra lineam 10.* [3]) *Cf. Ephes. IV. 16.*

quod gradus et beneficia suppetant[a]) numero se inpetencium[b]) et expectancium, vel vix floreni vel marce taxe communis beneficiorum forte possunt numerositatem ipsorum exequare.

Sed exierunt[1]) iam dudum adhuc maiores hiis Antychristi, qui minorum[c]) coantychristorum magnam faciunt et incitant invidiam et vexacionem, sibique horrendam dampnacionem[2]). Illos loquor, qui non contenti uno beneficio in ecclesia, plura[i] presumunt possidere, veluti horrenda meretrix fronte inpudicissima, irrefrenatam, ymmo manifeste furentem avariciam et fornicacionem suam exercendo. Et cum istis omnibus et propter ista tales gloria et honore insuper a conchristianis, ymmo verius a conantichristis[d]) perfunguntur, ubi deberent suspendi alcius [quam][e]) omnes plebei fures et latrones pro suo crimine avaricie sic publico, sic effrenato pauperibusque[f]) sacerdotibus[g]) sic nocivo, et eo amplius quam ceteri predones et detestabilius haberi et torqueri, ex[h]) quo[i]) talem predam sue avaricie manifeste exercent sub yppocrisi et sub colore sapiencie et pietatis. Nam ita et per talem suam apparenciam, conatum mendaciis fermentatum, non solum quoslibet plebeios decipiunt et pervertunt, sed eciam summum apicem ecclesie, ipsum[k]) papam, qui ipsis concedit, supplicacionibus ipsorum avarissimis infrontate[l]) inclinatus.

[f. 216a] Unde ista horrenda antychristeitas[m]) seu avaricia supramodum furiosa ita[n]) invaluit in christiano[o]) clero et sacerdotibus, ut[p]) vix sit iam quisquam clericus[q]), qui habito uno beneficio, satis pingui, velit in eo contentari, quin mox in ampliora efferri non habeat intencionem[r]). Et cum ista

a) dominus *seq. in A, sed. del.;* non suppetant *ed.* b) in potenciam *corr.* inpetencium *A.* c) numerum coantichristianorum magnum *ed.* d) - ti - *super lin. add. A;* coantichristianis *ed.* e) quam *add. ed.* f) Christi *(sic) ed.* g) sacerdotes *corr.* sacerdotibus *A.* h) ex *sup. lin. add. A.* i) *ras. A.* k) et creatorem suum papam *[litteris maiusculis] ed.* l) fronte *corr.* fronite *A super lin.; ed. hunc in modum finem facit:* mendosas bullas *[litt. maiusc.]* et ad populum decipientem. m) abominatio seu antichristiana avaritia *ed.* n) furiosa ita *om. ed.* o) christianis *corr.* christiano *A; om. ed.* p) ita, ut vix vel raro *ed.* q) vel sacerdos *ed.* r) intentiones *ed., verbis sequentibus additis:* Ubi tunc reperientur sacerdotes amplectentes altissimam paupertatem Christi Jesu?

1) *Cf. Apoc. IX. 3:* exierunt locustae, *et XV. 6:* exierunt angeli. 2) *Cf. Apoc. XVII. 1* (damnationem meretricis magnae).

omnia communiter et publice et per totam ecclesiam peragantur, habeantur et multiplicentur et cum hoc omnia honeste, sine timore, sine contradiccione cuiuscumque[1]: quis existens aquilla, non iam[a]) videbit manifeste viam Antychristi maledicti et latissimi ipsius corporis, et densam multitudinem membrorum ipsius, atque valide et potenter ita occupare omnem modum et viam veniendi ad gradus et regimina ecclesie, quod via Christi Jhesu crucifixi et simplicium eius, humilium et fidelium iustorumque ipsius ita est constricta, coartata et occupata fortiter, quod non habeat passum residuum, ubi pedem suum ponere[t] aut caput suum reclinare[t], dominus crucifixus et ipsius agni mites et innocentes, omnem avariciam et omnem gloriam et honorem odientes[b]). Quis, ista bene contemplans, non mirabitur, quam[c]) vera est illa scriptura, que dicit[2]): „Wlpes foveas habent et volucres celi nidos, filius autem hominis non habet, ubi caput suum reclinet.“ Et alia, que dicit[3]): „Cum venerit filius hominis, putasne inveniet fidem in terra?“ Et iterum alia, que dicit[4]): „Tunc si quis vobis dixerit: Ecce, hic est Christus, aut illic, nolite credere. Surgent enim pseudochristi et pseudoprophete, et dabunt signa magna et prodigia, ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, eciam electi“[d]). Item illa scriptura, quam manifeste et quam evidenter cernitur esse hodie adinpleta, que de abhominacione desolacionis in templo dei loquitur, dicens[5]): „Cum igitur videritis abhominacionem desolacionis, que dicta est a Danyele propheta, stantem in loco sancto, qui legit, intelligat“, etc., ubi supra. Et presertim illa, quam superius assumpsi ad conmonendum sancte ecclesie clericos et[e]) sacerdotes, in qua dicitur[6]): „Audite hec[f]), sacerdotes, et attendite domus Israhel, quia vobiscum iudicium est, quoniam laqueus facti estis speculacioni et sicut rethe expansum super montem[g]) Thabor.“

---

a) *om. ed.* b) ut stercora *add. ed.* c) quoniam *ed.* d) dei *add. ed.* e) clericos et *om. ed.* f) hoc *biblia et ed.* g) *om. ed.*

1) *Cf. Hebr. VII. 7* (sine ulla autem contradictione). 2) *Cf. Matth. VIII. 20.* 3) *Lucae XVIII. 8.* 4) *Matth. XXIV. 23—24.* 5) *Matth. XXIV. 15; cf. supra p. 30.* 6) *Oseae V. 1; cf. supra c. 1.*

Capitulum decimum[a]).

[De causis et fine religionis sacerdotum. De luxu et splendore sacrorum Antichristi et quare deus dissimulat eorum superbiam et tyrannidem][b]).

[2] Dictum est superius [p. 18], quod sacerdotes yppocrite et scribe nunc populi christiani non tantum sunt „laqueus speculacioni“ in eo, quod manifeste odiunt et persecuntur fideles predicatores sibi contrarios et se corripientes, sed eciam sunt quasi „rethe expansum super montem Thabor“ in eo, quod sunt avari et propter hoc ad beneficia ecclesiastica et gradus sunt provecti, ut ibi pacifice et dulciter et cum spe vite eterne[1]) suam avariciam exercerent et de magnis, simul et parvis in plebibus christianis negociarentur[2]) honeste admodum suos questus. Ad hoc namque pervenerunt, quod questum proprium reputant pietatem[3]), malentes esse mercennarii et mox suam mercedem accipere manifeste et secure[4]), id est dulcem vitam et habundantem, fruique ipsa dulciter et quiete, qualiter taliter cum hoc futuram mercedem expectantes, verumptamen incerte et insecure, quam esse fideles domini Jhesu successores cum ipso laborando, hic conpaciendo atque secure futuram mercedem expectando. Ad quam ipsorum voluntatem amore et concupiscencia huius vite quiete captivatam sequitur inevitabiliter, ut sint quasi rethe expansum super Thabor, quoniam omnia ecclesie mandata, cerimonias et doctrinas et omnia obsequia pro eo diligenter faciunt et diligunt et zelantur pro ipsis, quia proinde habent suam vitam et habundanciam bonorum omnium et honores. Ideo[c]) ipsa[d]) talia multiplicant, decorant et preconizant et precipue corporalia exercicia et talia extrinseca, que sunt ad oculos plebium et super omnia, que sunt alliciencia populum simplicem et lucrosa.

Et quia in talibus et per talia consuetudinaria, sed mortua a spiritu Jhesu credunt se satisfacere pro adipiscendo vitam eternam, similiter bonam et suavem, spi-

[a]) *ita A rubr.; in m. non rubr.:* Cap.^{m} X^{m}. [b]) *ita inscr. ed.* [c]) *in marg. A.* [d]) ipso *corr.* ipsa *A.*

[1]) *Cf. Tit. I. 2* (in spem vitae aeternae). [2]) *Cf. II. Petri II. 3:* „Et in avaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur.“ [3]) *Cf. I. Tim. VI. 5* (existimantium quaestum esse pietatem). [4]) *Cf. II. Joan. 8:* „Videte vosmetipsos, ne perdatis, quae operati estis, sed ut mercedem plenam accipiatis.“

ritualia autem, que sunt vera[a]) et vivifica et que propria religionis christiane et viciniora saluti[1]), puta fidem Jhesu crucifixi, spem et caritatem et crebrescenciam seu frequentacionem et exercicium divinorum sacramentorum, verbi [f. 216[b]] domini et discipline timorisque dei, ea non valde student introducere ad populum nec satagunt ad hoc fideliter[b]), ut ista dilatentur multiplicenturque[c]) et confirmentur in plebibus christianis et alia singula. Et faciunt ideo, quia licet ista sint salutaria, tamen habent laborem sacerdotis[d]) cum seipsis et cum populo et questum lucri non tam magnum neque splendidam apparenciam coram wlgo neque laudem, que isti yppocrite principaliter inquirunt. Nolunt[e]) etenim huiusmodi se multum gravari a laboribus cum populis vel per passiones pro veritate et virtute, quia mox a principio introitus ipsorum ad gradus non intenderunt principaliter aliud, nisi vitam honorabilem, quietam et habundantem. Dicunt namque illud sine ullo proverbio manifeste: „Si vellemus graviter laborare, tunc essemus pocius rustici vel ceteri[f]) huiusmodi, et non essemus sacerdotes. Sine[g]) boves et equos laborare, permitte ribaldos et rusticos seu alios laycos suos labores exercere.“ Quia itaque[h]) per suum sacerdocium principaliter notant questum veluti alii plebei artifices[i]), et pro tanto diligunt operari sacerdotalia exercicia, licet eciam spem meritorum vite eterne admiscentes, et ea ipsa modis omnibus[k]) diligenter dilatant et adornant locis, temporibus et omnibus congruitatibus ad hoc observatis, valde proprie verbum dei sepius assumptum ipsos eloquitur[l]), dicens[2]): „Et rethe expansum super montem Thabor.“

Istos tamen eosdem propheta Abacuk enucleacius proloquitur, vir utique magni zeli in tantum, quod eciam contra dominum Jhesum crucifixum invehitur, quod talia potest inspicere pacienter, detestans huiusmodi avaros, principaliter sacerdotes. Unde dicit I[o] ca.[o] [3]): „Mundi sunt oculi tui, ne videas malum;

---

32) Nota *A.*

[a]) *in marg. A.* [b]) fidelis *ed.* [c]) multiplicentur *ed.* [d]) sacerdotes *ed.* [e]) *ita corr. ab editore.* Nollent *A.* [f]) caetera *ed.* [g]) Sine — Quia itaque *om. ed.* [h]) Et ita *ed.* [i]) licet nichil proficiunt in populo dei *add. ed.* [k]) congruitatibus *false in A et ed.* [l]) alloquitur *ed.*

[1]) *Cf. Hebr. VI. 9* (meliora et viciniora saluti). [2]) *Oseae V. 1, l. c.* [3]) *Habac. I. 13—15.*

et respicere ad iniquitatem non poteris. Quare non respicis super inique agentes et taces devorante inpio iustiorem se? Et facies homines quasi pisces maris et quasi reptile non habens principem. Totum in hamo sublevavit, traxit illud in sagena sua et congregavit in rethe suum.“ Et tunc multum ad propositum[1]): „Super hoc letabitur et exultabit. Propterea ymolabit sagene sue et sacrificabit rethi suo, quia in ipsis incrassata est pars eius et cibus eius electus.“

Nam sicut sepe iam dictum est, sacerdotes huiusmodi ypocrite non laborem eligunt, sed quietem, non contemptum suscipere pro Jhesu, sed honorem, non pati pro virtute[a]), sed honorabili amicicia et societate fungi, non summis conatibus salutem populi inquirere, sed divicias et magnos census, que singula[b]) Antychristo et spiritui ipsius, id est Sathane cedunt efficaciter[c]) ad desolacionem ecclesie a spiritu Jhesu et perdicionem multam animarum. Sunt enim magna abhominacio in loco sancto ista omnia, quam pius Jhesus, oditor[d]) talium, et spiritus eius non potest secum conpati et tollerare. Ideoque inmediate in propheta subditur[2]): „Propter hoc igitur expandit sagenam suam et semper interficere gentes non cessat“[e]).

Quia autem nimis facciosa et subtilis operacio Sathane[3]), que scit et potest edificare suum Antychristum et omni splendore et lapidibus preciosis ipsum adornare et ex omni suo posse nititur ipsum facere similem filio dei, Jhesu crucifixo, quoad domini Jhesu gloriam dumtaxat et sublimitatem, non tamen quoad crucem et humilitatem, quia illud est contrarium[f]) et non potest illud operari: ideo in locis sublimioribus ecclesie sancte[g]) et in temporibus celeberrimis in summisque locis et in summis festivitatibus ecclesie magis sathagit rethe suum expandere[4]), exquirere et operire per varia genera conposicionum, sub colore cultus divini questus sacerdotibus procurandi et sic multum subtiliter et splendide abhominacionem in loco sancto et tempore sancto collocandi, quatinus in eo similior fiat altissimo[5]),

[a]) et veritate *add. ed.* [b]) sunt *seq. in A, sed del.* [c]) *super lin. corr. A.* [d]) pius osor *(sic) ed.* [e]) parcet *biblia.* [f]) ei *add. ed.* [g]) *om. ed.*

[1]) *Habac. I. 15—16.* [2]) *Habac. I. 17.* [3]) *Cf. II. Thess. II. 9* (operatio satanae). [4]) *phrasis biblica communis.* [5]) *Cf. Isaiae XIV. 14* (similis ero Altissimo).

et filius suus perdicionis eo audacius super omne, quod dicitur deus aut quod colitur, exaltetur[a] [1]), siccine procedens multum adornate et efficaciter ad sanctos dei seducendum, si fieri potest, et electos[2]), in tantum, ut superius circumscripti sacerdotes ypocrite forcius decepti magis presumant se christos dei esse, Antichristi in dei iudicio et veritate existentes. Applausus siquidem populi et honor, splendor[b]) extrinsecus eorum in omnibus, sicut splendor apostolorum et electorum dei, locus sublimis, tempus sacratissimum[c]), exercicium sanctum et res divine, que omnia sunt ipsis familiaria [f. 217[a]] et sub eorum potestate et pendent ad ipsorum preceptum et dispensacionem, hec, inquam, efficaciter operiunt ipsorum avariciam et adornant frontem meretriceam ipsorum et excecant in tantum, ut se christianos esse arbitrentur per omnia Christo et glorie eius similes, alias tamen, ut dictum est, in divino iudicio Antychristi existentes. Et istud est, quod propheta loquitur, dicens[3]): „Audite hec[d]), sacerdotes", etc. Sequitur: „Qui facti estis laqueus speculacioni et quasi rethe expansum." Et tunc ad propositum adiungit, dicens: „Super montem Thabor", qui adventus luminis aut lucis accessio interpretatur, ubi dominus Jhesus sua humilitate humanitatis[e]) abscondita et humanitate adornata gloriam suam omnibus presentibus demonstravit. Sic isti faciunt, quos loquitur iste sermo, in omnibus se et sua luciformiter conponunt cum summo studio et inpensis ad oculum et conplacenciam hominum, nullo quasi vestigio humilitatis sue proprie et ignominie crucis Jhesu crucifixi demonstrato, ita ut pene ad hoc sit deventum aput ipsos, quod gloriam domini Jhesu Christi confitentes et delectabiliter in omnibus figurantes[f]), erubescenciam habeant Jhesum crucifixum deferre vel ostendere aut ignominiam crucis Jhesu confiteri[g]). Gaudentque non modice de adventu magnarum festivitatum et omni[h]) apparatu glorioso et magna mundicia et splendore, sed ad hoc moventur[i]) principaliter propter questum et applausum popularem. Ita prorsus fit de ipsis illud verum, quod veritas ad eosdem loquitur, di-

---

a) et exaltetur *ed.* b) et splendor *ed.* c) sanctissimum *ed.* d) hoc *ed.* e) ab *seq., sed del. A.* f) et mysticantes *add. ed.* g) in facto, id est hoc sentire in se, quod in Christo Jesu *add. ed.* h) *om. ed.* i) sed haec movent *ed.*

1) *Cf. II. Thess. II. 3—4.* 2) *Matth. XXIV. 24.* 3) *Oseae V. 1, l. c.*

cens[1]: „Ve vobis, scribe et Pharisei yppocrite, qui[a]) mundatis, quod de foris est calicis et parapsidis, intus autem estis pleni rapina et inmundicia[b]). Pharisee cece, munda prius, quod intus est", etc. Et iterum[2]: „Ve vobis, scribe et Pharisei yppocrite, qui similes estis sepulchris dealbatis, que aforis apparent hominibus speciosa, intus vero plena sunt inmundicicia[c]) et omni[d]) spurticia. Sic et vos foris apparetis[e]) hominibus iusti[f]), intus autem pleni yppocrisi et iniquitate"[g]).

Capitulum undecimum[h]).

[Sacerdotum ingressus in ecclesiam extra viam Christi. Ideo omnes eorum actiones displicent deo. Item de prostitutione et fornicatione eorundem][i]).

Intraverunt namque hii[k]) tales ad gradus[l]) ecclesie non per viam Jhesu Christi, sed ascenderunt aliunde[3]), id est non caritate domini Jhesu et proximorum urgente[m]), sed cupiditate instigante, non vocati a provisoribus ecclesie[n]), sed seipsos ingesserunt. Ideo eciam iam adepti illos[o]) gradus, non principaliter curant querere ea, que sunt Jhesu crucifixi, aut in talibus delectari, sed que sua sunt[4]), strennue et honeste secundum ipsorum videre et cum simulata sanctitate vite christiane vel sacerdotalis dignitatis requirunt et congregant, sibimet conplacentes in eo vehementer, et nescientes se per hoc[p]) fornicari in rebus variis huiusmodi, cum per ea querant, non Christo Jhesu, sed hominibus et suo libito conplacere[q]). Ed idcirco neque permittunt aliud sibi posse persuaderi, ymmo irascuntur et persecuntur aliud vel aliter sencientes vel ipsos corrigentes. Et si quisquam inter eos nititur aliud, quam ipsi amant, facere, illum similiter odiunt et detrahunt[r]); cum tamen[s]) fundamentum ipsorum malum sit, cetera, que inde

---

[a]) quia *biblia.* [b]) omni i. *ed.* [c]) ossibus mortuorum *biblia.* [d]) *om. ed.* [e]) paretis *biblia.* [f]) per ornatus et traditiones humanas *add. ed.* [g]) rapina et omni iniquitate *ed.* [h]) *A in m.:* Cap.m XI.m [i]) *ita add. ed.* [k]) ii *ed.* [l]) et officia *ed.* [m]) salute *add. ed.* [n]) non vocati a Christo *(sic) ed.* [o]) istos *ed.* [p]) haec *ed.* [q]) Omne enim, quod non est ex fide, peccatum est *add. ed. (v. infra).* [r]) illi d. *ed.* [s]) itaque *ed.*

[1]) *Matth. XXIII. 25—26.* [2]) *Matth. XXIII. 27—28.* [3]) *Cf. Joan. X. 1.* [4]) *Cf. Philipp. II. 21.*

prodeunt, bona esse non possunt. „Omne enim, quod non est ex fide, peccatum est“ [1]). Verumptamen, ut in pluribus, tales sunt incorrigibiles. Nam non aliter possunt faciliter tales inimicari, nisi sicut fuit ingressus ipsorum ad gradus, scilicet a se et propter se, ita eciam fiet et progressus in gradu, scilicet ut, que sua sunt, viriliter inquirant et gaudenter [a]), et non que Jhesu Christi [2]), donec veniat similis et egressus.

*Veritas etenim satis id declaravit, dicens [3]): „Qui a semetipso venit [b]), gloriam propriam querit. Qui autem querit gloriam“ [c])? Multum congrue tales nos [d]), avaros et molles sacerdotes, per mulierem fornicariam scriptura sacra in multis locis designavit [4]). De qua muliere infra sermo magnus me expectat [5]).

Mulier etenim huiusmodi abhominabilis est viro suo, que capta potestate libidinis principaliter ipsam libidinem in coniugio intendit, ipsam cogitat et requirit, non autem amorem sponsi, non fidelitatem, non prolem. Talis siquidem mulier faciliter ubilibet sua adulteria [e]) prona est exercere et ad hoc [f]) wlt abuti et marito, sed insuper vexata [g]) a libidine et alibi prompta erit [h]) fornicari. Ideo scriptum est in Salomone [6]): „Et ecce, mulier occurrit illi ornatu [f. 217[b]] meretricio preparata ad capiendas animas, apprehensumque deosculatur iuvenem et procaci wltu blanditur, eidem dicens: Et intra [i]), non est vir in domo sua, abiit via longinqua“ [k]), etc., que sequuntur [l]). De tali namque muliere scriptum est [7]): „Infernus et os wlve numquam dicit: Sufficit.“ Et iterum [8]): „Ad omnem sagittam apperit [m]) pharetram suam“, etc.

Ita, o sacerdotes, clerici carnales, nostra cupiditas et avaricia infrenata, que merito per os wlve in veritate scripture est descripta, propter quod et per mulierem fornicariam in scripturis [n]) sumus designati, in multis locis Apoc[alypsis] [o]) et prophetarum, quemadmodum

[a]) possideant *add. ed.* [b]) loquitur *biblia.* [c]) eius, qui misit eum, hic verax est et iniustitia in illo non est *ita biblia add.;* propriam, et quae sua sunt, quaerit *add. ed.* [d]) *om. ed.* [e]) et *add. A.* [f]) haec *ed.* [g]) vexatur *ed.* [h]) est *ed.* [i]) infra *(sic) ed.* [k]) viam longinquam *ed.* [l]) quae sequuntur ibidem *ed.* [m]) apperiet *biblia.* [n]) sequentibus *(sic) ed.* [o]) Apostoli *rectius ed.*

[1]) *Rom. XIV. 23.* [2]) *Cf. Philipp. II. 21, l. c.* [3]) *Joan. VII. 18.* [4]) *Cf. Apoc. XVII. 16, etc.* [5]) *v. infra c. 12 et seq.* [6]) *Proverb. VII. 10. 13. 18. 19.* [7]) *Proverb. XXX. 16.* [8]) *Eccli. XXVI. 15.*

late inferius deducetur[1]; ad nos siquidem illud inproperative dominus loquitur, dicens[2]: „Sub omni ligno frondoso prosternebaris, meretrix.“ Qui ad hoc devenimus, quod eciam ea, que sunt domini Jhesu et ecclesie, vel res divinas ad nostra libita convertimus et spiritualem fornicacionem adinplemus, non Christum Jhesum et salutem animarum[a]) intendentes principaliter, sed nostram propriam voluntatem[b]). Quid, queso, melius dici potest „lignum frondosum“ quam yppocrita doctor vel Phariseus comatus et ornatus multitudine foliorum sine fructu prepollensque viriditate suorum foliorum, id est apparens gloriosus et iustus multa densitate observanciarum, mandatorum hominum et doctrinarum, que omnia nobis vertimus ad conplacenciam et ad nostra lucra? Et summe[c]) placent nobis tales homines splendidi ipsisque valde nitimur conplacere, domino Jhesu crucifixo nobis mortuo[d]) a corde existente et ipsius humilibus et simplicibus[e]) et plebeis confutatis.

Et ita nobis evenit, quod spreta nostra gloria et dei summi[f]) gloria[3]), id est humilitate et simplicitate Jhesu crucifixi et forma nostre vite christiane pro eo, quod apparet abhominacio et obprobrium huic mundo et amatoribus huius carnalis vite, sicud[g]) scriptum est[4]): „Crux Christi[h]) Judeis est quidem scandalum et Grecis stulticia“, amplexamur altitudinem et decorem huius vite[5]), que eciam similiter aput deum est abhominacio desolacionis, sicut[i]) scriptum est[6]): „Quod altum est coram hominibus, abhominabile est coram deo.“ Et ita nobis evenit inevitabiliter, quod quia sequimur altitudinem[k]) [7]), id est gloriam et divicias huius vite, efficimur per id divites et gloriosi christiani, et primum nos[l]) sacerdotes, in hoc mundo et horrenda abhominacio in interiore homine et coram deo. Et tamen nichilominus in illis nos ponimus et dulciter in illis quiescimus, id in dei ecclesiam statuentes, nobis blandimur et nos iusticia nostra et sanctitate saltem apparenti et religiositate circumduci-

a) *in marg. A.* b) cupiditatem et v. *ed.* c) *om. ed.* d) et longe recesso *add. ed.* e) apostolis *add. ed.* f) summa *ed.* g) Sed *ed.* h) domini Jesu Christi *ed.* i) Sed *ed.* k) a., id est *om. ed.* l) et primum nos in h. m. *ed.;* nos sac., et primum *A.*

1) *v. infra c. 17.* 2) *Jerem. II. 20.* 3) *voces* „gloria summi dei“ *in Tobia III. 24 leguntur.* 4) *I. Cor. I. 23.* 5) *Cf. Eccli. VI. 31* (decor vitae). 6) *Lucae XVI. 15.* 7) *Cf. II. Cor. X. 5* (et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam dei).

mus, et sic ignominiam crucis cum gloria huius mundi in nobis ipsis sociamus diviciasque cum ipsius Jhesu paupertate[a]).

Et per hoc[b]) efficimur in dei ecclesia abhominacio[c]) vere in loco sancto constituta, propter quam a spiritu Jhesu manemus desolati. Tamen quia mundus hic et prophete falsi nos in eo glorificant, commendant ac extollunt, dicentes: ‚Heccine est illa[d]) inclita civitas magne pulchritudinis et decoris', in opinione nostra confirmamur, non nisi super arenam maris stabiliti[1]), et eciam, quia hic modus[e]) in Christo vivendi est nobis iam usitatus et antiquatus et totam iam ecclesiam pertransivit et multiplicati [sunt] falsi Christi et falsi prophete et ipsi magni rabi[2]) et viri[f]) religione conspicui, arundinea viriditate resplendentes[3]), id est amatores huius seculi et figure splendide huius vite, qui beatificant nos[4]), dicentes[5]): „Pax, pax, ubi non est pax". Hiis[g]), inquam, talibus communiter nos qualificati et operti sicut dipployde[6]) et umbra protegente umbram nostram, et salicibus torrentis constipati[7]), nobis blandimur et conplacemus in tantum, ut nullam in contrarium sustineamus evasionem. Et si quis veniat Helyas, qui non quasi alludendo, sed in veritate, virtutem[h]) Jhesu zelando[8]), obiurget pacem nostram secularem[i]), hunc nos odimus et persequimur de civitate in civitatem[9]).

Enimvero fateor, quod huiusmodi splendor corporalis et secularis gloria et divicie huius vite forte in bonum cooperantur[10]) aliquando sanctis dei viris, qui spiritu Jhesu sunt et aliquando erant pleni[k]), qui omnia huius[modi][l]), que hic mundus reputat lucra, quasi dampna gravia gementes, [f. 218[a]] perferebant et omnem splendorem huiusmodi corporalem et honores arbitrabantur ut stercora propter eminentem scienciam, que est

---

[a]) coniungimus *ed.* [b]) haec *ed.* [c]) desolationis *add. ed.* [d]) ista *ed.* [e]) nobis *seq. in A, om. in ed.* [f]) vere *ed.* [g]) Iis *ed.* [h]) *om. ed.* [i]) exemplo Christi Jhesu, qui venit eam destruere, *add. ed.* [k]) plurimi *ed.* [l]) *om. ed.*

[1]) *phrasis* super arenam maris *frequenter in biblia occurrit.* [2]) *Cf. Matth. XXIII. 7* (Rabbi). [3]) *biblia loquitur de* „baculo arundino", *in Isaiae XXXVI. 6 et Ezech. XXIX. 6.* [4]) *Cf. Isaiae IX. 16:* „Et erunt, qui beatificant populum istum, seducentes." [5]) *Cf. Jerem. VIII. 11* (dicentes: Pax, pax, cum non esset pax). [6]) *Cf. Psalm. CVIII. 29.* [7]) *Cf. Job XL. 17.* [8]) *Cf. I. Machab. II. 58* (Elias dum zelat zelum legis). [9]) *Cf. Matth. XXIII. 34.* [10]) *Cf. Rom. VIII. 28.*

in Christo Jhesu, qua illi viri habundant aut[a]) habundabant [1]), divites facti in omni verbo et doctrina, ita ut nichil illis defuerit in ulla gracia[2]). Propterea scriptum est[3]): „Diligentibus deum omnia cooperantur in bonum“, et alibi[4]): „Omnia munda mundis.“ Verumptamen hiis[b]) nobis carnalibus et non habentibus spiritum Jhesu facile talia amabilia carni et huic mundo cedunt in corruptelam et difficulter nos potest non inquinari[c]). Nam inquinatis nichil est mundum secundum eundem apostolum[5]), quoniam meretrix mollis non potest facile sibi non conplacere in suo ornatu et nimia pulchritudine, specialiter illa, que suam libidinem venatur per sue forme venustatem, quam mox in suis primordiis principaliter intendebat adhuc, antequam erat posita in sella sua in excelso urbis loco[6]). Ita nos in presenti, o delicati sacerdotes, qui habundantes vita quieta et bonis terrenis, nobis postea in ore nostro complacemus et blandimur in applausu et honoracionibus hominum, ad quos sermo fidelis et omni accepcione dignus loquitur Sapiencie VI° [7]): „Audite, reges, et intelligite! Discite, iudices finium terre! Prebete aures vos, qui continetis multitudines et placetis vobis in turbis nacionum, quoniam data est a domino potestas vobis et virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra et cogitaciones scrutabitur. Quoniam cum essetis ministri regni illius, non recte iudicastis neque custodistis legem iusticie neque secundum voluntatem dei ambulastis. Horrende et cito apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum in[d]) hiis[e]), qui presunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia: potentes autem potenter tormenta pacientur.“

---

[a]) h. aut *om. ed.* [b]) *om. ed.* [c]) inquinare *A;* nos possunt inquinare *ed.* [d]) *om. biblia.* [e]) iis *ed.*

[1]) *Cf. Philipp. III. 8.* [2]) *Cf. I. Cor. I. 5 et 7.* [3]) *Rom. VIII. 28.* [4]) *Tit. I. 15.* [5]) *Cf. Tit. I. 15.* [6]) *Cf. Proverb. IX. 14.* [7]) *Sap. VI. 2—7.*

Capitulum duodecimum[a]).

[De meretrice magna, Antichristo et occulta deceptione eiusdem, ex capite Ezech. XXIII][b]).

Nunc igitur post ista sic digesta est de ceteris inquirendum, de abhominacione desolacionis in loco sancto constituta. Ad quod faciendum loquendum est [1] *de meretrice magna*, que propinat multis populis poculum aureum, plenum abhominacionibus et inmundicia fornicacionis[c]) sue[1]). Quod si hec fieri in loco sancto ostensa fuerint et persuasa, iam, ut reor, non poterit maior abhominacio et stupenda inveniri nec eciam cogitari. Que enim maior posset fieri vel cogitari abhominacio, quam si molles mulieres, non natura, id est non secundum materiam corporis, sed secundum mobilitatem[d]) animi, indute inpudicicia[e]) omnique spurcicia fornicacionum voluntarie fluentes, collocent se in loca sanctorum virorum, que solum illis erant aptata et condigna, qui virtute ex alto induti[2]), erant virtuose a spiritu Jhesu ad regimina sanctorum evocandi. Aut que potest maior abhominacio fieri vel cogitari, [quam] si heedem[f]) molles mulieres, sic in loco virorum sanctorum ad regimina dei populi se collocantes, et nimia inpudicicia et fervore[g]) libidinis, denudent seipsas turpissime[h]) coram deo et eius angelis et wlvam suam, horrendum vas et insaciabile fornicacionum terre, in sua fronte publice exprimant et describant, sicut scriptum est[3]): „Et in fronte eius nomen scriptum: Misterium, Babylon magna, mater fornicacionum et abhominacionum terre.“ Sicut scriptum est[4]): „Denudavit quoque fornicaciones suas et discooperuit ignominiam suam, et recessit anima mea ab ea, sicut recesserat anima mea a sorore eius.“ Et ecce, desolacio exprimitur hic ob abhominacionem istam inauditam. Quod magis alibi limpide exprimitur in pro-

4) Nota totum diligenter *A*. 5) Nota *A manu auct.*

a) *ita A in marg.* b) *ita add. ed., ubi etiam haec inscriptio legitur:* Tractatio aliquot locorum ex Ezechiele propheta. c) fornicacionum *ed.* d) mobilitatem *ed.;* nobilitatem *A.* e) *ras. seq. in A.* f) eaedem *ed.* g) furore *ed.* h) omni veste virtutis *add. ed.*

1) *Cf. Apoc. XVII. 4.* 2) *Cf. Lucae XXIV. 49.* 3) *Apoc. XVII. 5.* 4) *Ezech. XXIII. 18.*

pheta, ubi ita in infinitum [seviant], inverecunde fronte novissimarum meretricum sibi comparata, ut ex proposito nolint erubescere. Sicut scriptum est[1]): „Frons meretricis facta est tibi, noluisti erubescere."

Aut que adhuc posset magis horrenda cogitari abhominacio, [quam] si ipse heedem[a]) molles mulieres, sic in loco virorum sanctorum ambiciose[b]) se locantes[c]), vulvam suam, id est matrem omnium fornicacionum, et puteum abyssi[2]) cupiditatum in fronte sua exprimentes et in loco sancto ostentantes, fervore fornicacionum nimium excrescente, constituant in loco sancto ydolum Pryapy abhominabile[3]) et ei celebriter thura offerre et victimas deo summo debitas ymolare[4]). Horrenda sunt, mei dilectissimi consacerdotes, que pro nobis et ad nostram [f. 218b] sunt hic conportata[d]) noticiam, at utinam non ad eternam confusionem! Quis autem ex nobis sapiens et intelliget hec[5]), aut quis credet auditui nostro[6])? Aut „quis ex nobis, timens deum, audiet vocem servi sui"[7]) et prorumpet et exclamabit[e]) incessanter una mecum: „Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lacrimarum"[8]), eo quod vidi horrendum in domo dei malum[9])?

Verumptamen ista, que dicta iam sunt, fieri corporaliter et ad litteram in loco non querantur nec expectentur, sed in spiritu, non secundum exteriorem apparenciam, sed secundum veritatem, non coram oculis hominum, sed in iudicio domini Jhesu maiestatis, non a sanctis dei, sed ab inpiis, qui in testimonium dei simulate introierunt et fraudulenter[10]) et in platea civitatis magne, que dicitur spiritualiter Sodoma et Egyptus, ubi et dominus illorum crucifixus est[11]). Nam si essent facta hec corporaliter vel[f]) ad litteram, esset quidem manifesta malicia et iniquitas, sed non esset abhominacio tanta et maxime oculis divine veritatis; vel ut wlgo dicitur: si Antychristus

---

31) De Antichristo *A alia manu (auct.?)*

a) eaedem *ed.* b) *om. ed.* c) collocantes *ed.* d) comperta *ed.* e) exclamabit *ed.;* exclamet *A.* f) et *ed.*

1) *Jerem. III. 3.* 2) *Cf. Apoc. IX. 1.* 3) *Cf. II. Paral. XV. 16* (simulacrum Priapi). 4) *voces singulae biblicae probantur.* 5) *Cf. Oseae XIV. 10:* „Quis sapiens et intelliget ista?" 6) *Cf. Isaiae LIII. 1:* „Quis credit auditui nostro?" 7) *Cf. Isaiae L. 10.* 8) *Jerem. IX. 1.* 9) *Cf. Oseae VI. 10.* 10) *Cf. Daniel. XI. 32:* „Et impii in testamentum simulabunt fraudulenter." 11) *Cf. Apoc. XI. 8.*

veniret quidem infidelis tyrannus, manifestus adversarius Jhesu Christi, et poneret se vel suam ymaginem in loco sancto coram omnibus[a]) plebibus christianis publice et notorie, illa esset profecto crudelitas et inpietas, sed sine omni decepcione et errore, maxime in electos, que et[b]) ei similis pluries in ecclesia dei iam precessit.

Sed ista est horrenda et incogitabilis abhominacio, si illa[c]), que superius sunt expressa, ita occulte et spiritualiter conponantur, ita subtiliter exerceantur, ita factiose registrentur ab altitudine operacionum sathane [1]), ita omnibus speciebus sanctitatis et virtutum ad oculum huius seculi vestiantur, ut facientes ista prefata horrenda domino Jhesu et abhominabilia in loco sancto, pro eisdem diviciis et gloria a populis christianis comuniter premientur et divinis honoribus adhornentur et timeantur magnisque laudibus beatificent[ur] [2]) propter omnem conposicionem et splendorem in facie apparentem, secundum sermonem, qui scriptus est Ezech. XXIII[d]) [3]): „Itaque ecce, veniunt[e]), quibus te lavisti, et circumli[ni]sti stibio oculos tuos, et ornata es mundo muliebri. Sedisti in loco[f]) pulcerrimo et mensa ordinata[g]) est ante te: timiama meum et unguentum meum[h]) posuisti super eam. Et vox multitudinis exultantis erat in ea et in viris, qui de multitudine hominum adducebantur, et veniebant de deserto, posuerunt armillas in manibus eorum et coronas speciosas in capitibus eorum. Et dixi ei, que attrita[i]) est in adulteriis: Non[k]) fornicabitur in fornicacione sua eciam hec. Et ingressi sunt ad eam, quasi ad mulierem meretricem; sic[l]) ingrediebantur ad Oollam et Oollibaniam, mulieres nepharias", et cetera[m]).

Ista igitur exstat abhominacio desolacionis nimia, ubi angelus sathane [4]) ita seipsum et suos satellites de alto artificio

---

a) *corr. seq. in A.* b) que et s. (?) *A;* qui *tantum ed.* c) ista *ed.* d) XXXIII. *false A.* e) venerunt *biblia.* f) lecto *biblia.* g) ornata *ed.* h) *corr. seq. A.* i) *ita corr. ab auctore in marg. A.* k) Nunc *ed. et biblia.* l) sicut *ed.* m) et c. *om. ed.*

1) de operatione satanae loquitur *II. Thes. II. 9* et de altitudinibus satanae *Apoc. II. 24.* 2) *Cf. Isaiae IX. 16:* „Et erunt, qui beatificant populum istum, seducentes; et qui beatificantur, praecipitati." 3) *Ezech. XXIII. 40–44.* 4) *Cf. II. Cor. XII. 7.*

transformavit, ut a filiis dei, scilicet christianis, in[a]) loco Christi honorentur, ut mendacium et fabule quasi veritas salubris aut plus quam veritas imitetur, ut iniquitas sit libera in publico et iusticia supprimatur, vicium et inmundicia ad modum virtutum sic autentice pertractentur et Antychristus extollatur laudibus et auctoritate, Christi veri supprima[n]tur a pressura[b]) persecucionum et nimia iniquitate, sponsa filii dei vivi deprimatur, ut mulier plena fornicacionum vendicet[c]) pro suis libidinibus lectulum[d]) eburneum veri Salomonis[1]).

Capitulum decimum tercium[e]).

[De comparatione carnalis meretricis ad spiritualem abominationem et eius turpitudinem][f]).

Pro infra dicendis est notandum, quod in humanis non est quid abhominabilius [2] *corpore fetide*[g]) *meretricis,* prout hoc potest haberi ex multis suasionibus Proverbiorum Salomonis[2]). Et racio est ad hoc: quia nullum peccatum reddit ita[h]) fedum hominem et abhominabilem quemadmodum *fornicacio.* Et propter hoc dicit apostolus[3]): „Omne peccatum, [quodcumque fecerit homo], extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus proprium peccat.“ Nullum eciam peccatum ita captivat sibi hominem et absorbet in profundum cecitatis vel bestialitatis et inpudicicie, nec ita racioni violenter repugnat, sicut ista fornicacio, quod est maxime videre in illis, qui illi vicio sunt dediti, et presertim [in] mulieribus fornicariis, quas modo puta[i]) de summa pudicicia, que est in muliere [f 219[a]] vel virgine, peccatum hoc deducit ad summam inpudiciciam et manifestam in brutum conversionem in tantum, ut, quod toti nature humane est turpe visu, auditu et dictu et abhominacio, puta illa membra nature et actus venereos, et maxime in populo christiano, ut dicit apostolus[4]): „Fornicacio et scurilitas nec

18) De fornicacione *A et alia manu coaeva:* Totum (?) nota.

a) ut *ed.* b) appressura *A;* a pressura *ed.* c) *corr. et ras. inter vocem* pro suis *in A.* d) lectum *ed.* e) *ita A in marg.* f) *ita add. ed.* g) foetido *ed.* h) *ita corr. super lin. ab auctore A.* i) *ita corr. ab editore;* quomodo putas *A.*

1) *de lectulis eburneis loquitur Amos VI. 4.* 2) *Vide Proverb. V. 3, XXIII. 27, etc.* 3) *I. Cor. VI. 18.* 4) *Ephes. V. 3:* „Fornicatio autem et omnis immunditia aut avaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos.“

nominetur in vobis", hoc[a]) mulieres fornicarie et lenones abhominabiliter coram hominibus ostentant, contrectant, locuntur et sequuntur, iam prorsus facti inhumani vel in bestias deformati. Propterea de isto vicio proprie sermo divinus loquitur, dicens[1]): „Ebrietas et fornicacio aufferunt cor."

Sicut igitur[b]) nichil abhominabilius in humanis carne fornicarie[c]) meretricis, ita nichil abhominabilius in christianis cupido[d]) clerico[e]) vel sacerdote. Et sicut fornicacio captivat intellectum et extinguit in homine, ita concupiscencia sacerdotis captivat ipsum et spiritum Jhesu Christi fugat et templum ipsius destruit et desertat; inde scriptum est[2]): „Concupiscencia spadonis devirginavit iuvenculam: sic qui facit per vim iudicium iniqu[u]m." Et sic[ut] fornicaria mulier eciam viri preciosam animam capit, id est captivat et assimilat molliciei mulieris ita, ut faciat de viro forte[f]) mollem in animo mulierem, sibi prorsus similem, prout dicit apostolus[3]): „Qui adheret meretrici, unum corpus efficitur cum meretrice", ita splendor et facies yppocritarum, promittens pietatem[4]), destituit et prostituit fortes viros et desertat eosdem a spiritu Jhesu Christi et reddit ipsos prorsus mulieres seu effeminatos et per consequens abhominacionem desolacionis residentem in templo dei. Et sicut non est potestas super terram ad capiendum viros et resolvendum, sicut est potestas efficacis et compte mulieris, sicut exemplo plurimarum ystoriarum est probatum, et singulariter per Zorobabel, virum doctum a deo et sapientem in curia regis Artaxerxis[5]), ita nichil est in mundo[g]) validius et efficacius ad capiendum et captivandum omnes clericos et sacerdotes, qui sunt viri in dei ecclesia, sive iuvenes sive antiquos, quam considerata facies, sive splendida, iocunda et pacifica vita et prosperacio sacerdotum, que est omni honore et gloria, omni quiete et habundancia, omni applausu populi et obediencia adhornata et dulcorata, et alia multa, que cupidita-

---

a) Haec *ed.* b) melius *seq. in A, sed del.* c) *post corr. A.* d) cupiditate in *ed.* e) in clerico *(sic) A.* f) forti *ed.* g) in mundo *om. ed.*

1) *Oseae IV. 11:* „Fornicatio et vinum et ebrietas auferunt cor." 2) *Eccli. XX. 2—3.* 3) *I. Cor. VI. 16.* 4) *Cf. I. Tim. II. 10:* „Sed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona." 5) *Cf. Aggaei I. II. passim (sed exemplum de Z. non congruit).*

tem[a]) clericorum et sacerdotum incitant, alliciunt fortiter et delectant, ut nisi assit spiritus Jhesu, non est, qui non inquinetur et non polluatur laqueis eius delicatis et ut Sampson alius non decalvetur a spiritu septiformi domini Jhesu Christi[1]). Et[b]) de eo dicit scriptura[2]): „Virtus eius in lumbis eius et fortitudo ipsius in umbilico ventris eius." Et de hiis infra multus sermo me expectat[3]).

Item sicut libido mulieris fornicarie est insaciabilis omnino, ita cupiditas presentis seculi clericorum et sacerdotum. Propterea scriptum est[4]): „Tria[c]) insaciabilia et quartum, [quod] dicit numquam sufficit: infernus et os vulve", et cetera. Et quemadmodum concupiscencia mulieris fornicarie ita excrescit, ut ultro et quandocunque inportune offert se viris ad fornicandum, prout dixit Saul in malediccione Jonate, filii sui[5]): „Filii, inquit, mulieris[d]) ultro virum rapientis", id est filii meretricis, cuius est hoc proprium propter concupiscenciam infrenatam[e]), ita cupiditas in clericis et sacerdotibus modernis in tantum efferbuit, ut iam ultro ingerant se ad beneficia et officia in dei ecclesia obtinenda. Et veluti fornicaria mulier, insaciabili concupiscencia eam vexante, ita efficitur nimis inpudica, ut[f]) conformiter, sicut quilibet artifex colorat suum artificium et institor sua mercimonia exornat et exponit ad vendendum, aut sicut carnifex[g]) carnes suas, ita talis impudica meretrix carnem suam omnibus modis adornat et exponit in publico et inpudice provocat viros ad libidinem: ita prorsus ambiciosus clericus et sacerdos, que sua sunt, querens, in omnibus sibi ipsi querit complacenciam et delicias, divicias[h]) et quietem.

Ubi est advertendum, quod iuxta predicta membra genitalia sexus utriusque mox a principio creature post peccatum fuerunt turpia et abhominabilia indicia. Nam cum Adam et Ewa domino peccaverunt et nudos se esse inspexerunt, illico pro suis genitalibus, erubescencia conpellente, sibi perisomata consuerunt et se ipsos operuerunt[i]) et absconderunt se pre rubore[6]). Nam scriptum est[7]): „Vocem tuam audivi in paradiso,

---

a) turpitudinem *ed.* b) Nam *ed.* c) sunt *add. ed.* d) matris *corr.* mulieris *A in m. ab auct.;* matris *ed.* e) irrefrenatam *ed.* f) *om. ed.* g) *in m. A.* h) honores et *add. ed.* i) operierunt *ed.*

1) *Cf. Judic. XVI. 19.* 2) *Job XL. 11.* 3) *Cf. infra c. 17.* 4) *Proverb. XXX. 15* (insaturabilia). 5) *I. Reg. XX. 30.* 6) *Cf. Genes. III. 7—8.* 7) *Genes. III. 10.*

inquit [f. 219[b]] Adam ad dominum, et timui et abscondi me eo, quod nudus essem." Depost aput omnes homines illa membra semper pudenda fuerunt circa etatem iam ratione pocientem. Et ita eciam similiter et illi actus venerei fuerunt semper aput omnes inpudici et abhominabiles, et maxime circa sexum mulierum[a]). Unde, licet aliquando quidam philozophi precesserunt[b]), qui illud satagebant perdocere, quod actus venerei sint ita honesti sicut ceteri actus hominum reputandi, ita quod homo posset ipsos in publico exercere, sicut commedere potest honeste vel potare, non tamen potuerunt hii prevalere reverencie hominum quasi naturali, que, ut est dictum, hoc iudicat inhonestum, sed magis inde funestum nomen sunt sortiti, ita quod pro eo cinici, id est canini vel de natura canum, sunt a populo[c]) nuncupati.

Hoc igitur, quod horret natura hominum et abhominatur pudicicia racionis et abscondit omnis natura, quoniam et brutis natura talia membra in locis corporis secrecioribus produxit et adaptavit, mira ordinacione divina, ipsis operimenta ad illa pudenda contegendum, ut caudas vel alia huiusmodi, hec, inquam, talia membra, que eciam apud bruta natura voluit pudice abscondere, horrenda et abhominabilis fornicaria mulier detegere non veretur, infinito fervore libidinum excecata et in profundum malorum devoluta. Et non tantum ad hoc devenit, quod non verecundetur suam ignominiam denudare simpliciter et contrectare, sed eciam, quantum est sibi possibile, in plateis, in foro circumferre, carnem suam ostentando et venalem exhibendo. Exempli gracia, quamvis abyssum[d]) ignominiosum fornicacionum non possit proprie in manibus suis deferre vel in fronte[e]), per publicum in populis exhibendo ad provocandum et vendendum, tamen equivalens depingens in sua fronte inpudica et in oculis ac in tota habitudine corporis et inpudicicia gestorum[f]) suorum, ubique et per omnia se abhominabilem meretricem publice ostendendo, que portat „puteum abyssi" [1]) secum, semper venalem inmundiciam fornicacionum et abhominacionum terre redundantem circumquaque.

---

21) De meretrice nota *A manu coaeva.*

[a]) muliebrem *ed.* [b]) recesserunt *corr.* precesserunt *A.* [c]) *in A scribi solet:* applo. [d]) abusum *ed.* [e]) ponte *(sic) ed.* [f]) gestuum *ed.*

[1]) *Cf. Apoc. IX. 2.*

O, indicibilis perversitas meretricis! O, incogitabilis abhominacio et iniquitas hominis aliquando ad ymaginem dei et pulcritudinem et similitudinem conditi [1] et partis pocioris et decoratissime tocius universi in tantum abyssum delapsi viciorum! O, infinita insania libidinis, quod ita hominem destituit et prostituit in profundum! O, potestas mol[l]iciei virium in lumbis eius et fortitudo in umbilico ventris fornicarie mulieris [2], que potest tantam tamque horrendam abhominacionem desolacionis in republica hominum locare et confirmare, — abhominacionem vero dixerim desolacionis tocius sciencie et racionis, tocius mundicie et honestatis, tocius bone vie et virtutis, et introduccio [a] prepotens infirmata omnium oppositorum supradictorum [b])! Et vere dicit verum sapiens [3]: „Et inveni amariorem morte mulierem", et secundum aliam scripturam iste est ignis ad consumacionem devorans [c] [4].

Capitulum decimum quartum [d].

[Exhortatio ad clerum, ut abominationem praesentem exhorrescant] [e].

Si igitur ista omnia et cum [hoc] adhuc multo ampliora videas fieri in loco sancto, in domo dei summi, in conspectu domini Jhesu, domini [f] virtutum et regis omnis glorie [5], et ipsum [g] non in carne, que nichil est et non prodest quidquam [h], sed in spiritu et veritate [6], non a qualibet plebeia muliere, sed a desponsata deo vivo, regi angelorum, a nupta agni incontaminati [7], sponsi virginum, filii virginis, — si ista prefata contempleris spisse frequentari, multiplicari et usitari [i] ab illis, qui in loco dei sedent, in excelso urbis loco habent suam sellam [8],

12) Nota *A manu auct.*

a) O, introductio praepotens, *etc. ed.* b) *ita corr. ab editore;* supradictis *A.* c) Sic mystice intelligendum est de spirituali meretrice, ut patet infra *add. ed.* d) *ita A in m.* e) *ita add. ed.* f) *om. ed.* g) *post corr. A.* h) quicquam *ed.* i) visitari *corr.* usitari *A.*

1) *Cf. Genes. I. 26.* 2) *Cf. Job XL. 11.* 3) *Ecclesiastes VII. 27.* 4) *Cf. Job XXXI. 12:* „Ignis est usque ad perditionem devorans et omnia eradicans genimina." 5) *Cf. Psalm. XXIII. 10.* 6) *Cf. Joan. VI. 64.* 7) *Cf. Apoc. XXI. 9* (sponsa, uxor agni) *et I. Petri I. 19* (pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi et incontaminati). 8) *Cf. Proverb. IX. 14.*

qui sunt ut angeli dei in hoc mundo, qui dicti sunt super terram, — si iterum istam abhominacionem omnem prefatam consideres „in spiritu et veritate“ [1]) fieri, ab illis exerceri et summis [a]) studiis procurari, qui dei populo sunt prepositi, ut regerent et dirigerent omnem virtutem et veritatem, iusticiam et honestatem, virginitatem sponse dei custodiendo et castitatem summis desideriis conservando, — si, inquam, illam [b]) abhominacionem horribilem supra modum videas portari ad templum dei vivi et regis omnis glorie [2]), Christi Jhesu, et locari ab illis, qui sunt in id ipsum positi in templo dei, ut ipsum custodirent et omnem abhominacionem extirparent, ab ipsis [c]) eandem dilatari per mundum universum, qui ipsam de racione officii debebant ubilibet expugnare, — si videas ab eisdem ipsam publice circumferri [d]), sicut meretrix puteum suarum fornicacionum, iam inpudice ubilibet incitando [f. 220ª] iuvenes, provocando reges et principes ad similem abhominacionem locandam et confirmandam, qua de causa merito nomen in veritate scripture accepit „ydolum zeli“ [3]), id est provocacionis vel irritacionis, — si igitur hec fideliter videas, o clerice et sacerdos dei altissimi, in te ipso et per te ipsum et in aliis et per alios esse conpleta usque ad summum et in loco sancto dei —: quid, obsecro, poteris cogitare, nisi illud, quod superius dictum est, esse iam abhominacionem desolacionis in loco sancto nimium constitutam [4]), qua nequit abhominabilior cogitari neque omnino alia adhuc futura expectari vel sperari?

Abhominacionem vero dixerim desolacionis a spiritu Jhesu Christi et decalvacionem usque ad summum a donis ipsius. Quemadmodum Sampson fuit a Dalyla abhominabiliter a septem crinibus decalvatus et in manus traditus inimici [e]) [5]), ita post abhominacionem desolacionis omnium virtutum et donorum atque carismatum septem spiritus nequiores [6]) successerunt, abhominabili spiritu fornicacionis ipsos [f]) omnes convocante et inducente [g]).

---

[a]) *corr. praecedit in A.* [b]) istam *ed.* [c]) illis *ed.* [d]) *corr. ab editore;* circumferre *A et ed.* [e]) inimicorum *ed.* [f]) seipsos *ed.* [g]) convocantes et inducentes *ed.*

[1]) *Cf. Joan. IV. 23.* [2]) *Cf. Psalm. XXIII. 8, etc.* [3]) *Cf. Ezech. VIII. 3.* [4]) *Cf. Matth. XXIV. 15.* [5]) *Vide Judic. XVI. 19.* [6]) *Cf. Matth. XII. 45.*

Quemadmodum est abhominabilis „puteus abyssi“ [1]) fornicacionum insaciabilis aput mulierem meretricem, ita ambicio vel cupiditas habendi insaciabilis in corde christiani, et maxime et primum clerici et sacerdotis. Unde [2]): „Radix omnium malorum cupiditas.“ Et alia scriptura dicit [3]): „Alienati sunt peccatores a vulva.“ Id est: wlva vel cupiditas huius mundi est [a]) peccatoribus prima et principalissima causa, quod sunt abalienati retrorsum, quod blasphemaverunt sanctum Jhesum crucifixum [4]). Et idcirco est proprie sermo domini factus iam ad clericos et sacerdotes [5]): „Audite me, qui sequimini, quod iustum est, et queritis dominum. Attendite ad petram, unde excisi estis, et ad cavernam laci [b]), de qua precisi estis.“

Et ista est concupiscencia, que cum conceperit, secundum Jacobum, peccatum parit [6]), continens venenum mortis effundensque per totum corpus actuum et vite hominis, donec tota massa fermentetur [7]), et quemadmodum fluctus maris, cum elevantur et intumescunt [8]), et nisi manus dei omnipotentis adesset, huic mari terram et terminos circumponens, non permittens, quod ipsum usquequaque [c]) diffundere[t] fluctus eius (de qua restriccione iniquitatum scriptum est Job 26 [d]) [9]): „Obstetricante [e]) manu eius, eductus est coluber tortuosus“), „non fieret salva omnis caro“ [10]), in erroremque inducerentur eciam electi [11]) inpetu cupiditatum furiente. Sed iam breviat et conturbat dominus Jhesus dies istos propter electos [12]) predicte fornicarie mulieris, quia, sicut „mirabiles ellaciones maris, ita mirabilis in altis dominus“ [13]), Jhesus crucifixus, et „sicut tenebre eius, ita et lumen eius“ [14]).

Et ideo dico: Ita dilatavit infernus animam suam [15]), ita puteus abyssi est late et profunde atque longe apertus per an-

---

6) Nota de cupiditate *A manu coaeva.*

a) *om. ed.* b) laci *ed.;* layci *(sic) A.* c) usquequaque *ed.;* usquequam *A.* d) 26 *post. add. A.* Job 26 *om. ed.;* e) *post corr. A.*

1) *Cf. Apoc. IX. 1.* 2) *I. Tim. VI. 10.* 3) *Psalm. LVII. 4.* 4) *Cf. Isaiae I. 4:* „Dereliquerunt dominum, blasphemaverunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum.“ 5) *Isaiae LI. 1.* 6) *Cf. Jacobi I. 15.* 7) *Cf. I. Cor. V. 6:* „Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit?“ 8) *Cf. Judae 13:* „Fluctus feri maris, despumantis suas confusiones.“ 9) *Job XXVI. 13.* 10) *Matth. XXIV. 22.* 11) *Cf. Matth. XXIV. 24.* 12) *Cf. Matth. XXIV. 22.* 13) *Psalm. XCII. 4.* 14) *Psalm. CXXXVIII. 12.* 15) *Cf. Isaiae V. 14.*

gelum, qui venit habens clavem abyssi[1]), ita wlva meretricis fornicarie, magne matris abhominacionum terre[2]), in libidinibus efferbuit, ita christianorum, et primum et maxime sacerdotum cupiditas post hoc seculum hyatus suos audacter et inpudice appetivit[a])[3]), quod nisi dominus Jhesus reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus et quasi Gomora perissemus[4]). Et iterum in tantum locuste et in tanta densitate sunt de fumo putei abyssi egresse, quod solem obnubilarent[5]), ut nesciatur modo, ubi est[b]) Christus, clamantibus illis, qui sunt ad orientem: Ecce, hic est Christus[6]); et e contra ad occidentem incolis respondentibus: Non ibi, sed hic est Christus; et ad meridiem affirmantibus, quod non ibi, nec illic, sed hic est Christus; insuper dicentibus quibusdam[7]): In penetrabilibus est Christus, puta conventuum et[c]) claustrorum; et aliis viceversa[8]): Non ita, sed in deserto est Christus, secularium ambicionum. Ita et tantus [est] in mundo et coram hominibus hiatus, que est horrenda abhominacio coram deo et Jhesu crucifixo. Et ita est [cupiditas] in loco sancto omni pulcritudine et venustate simulata et vestita et multiplicata et inveterata atque confirmata, ut palam et publice aperta omnibus abyssus meretricis magne in templo domini, omnibus cupientibus eam fornicariis, iam honestas et decor atque gloria conputetur in populo christiano cum ipsa fornicari, et solum scilicet illi vel maxime, timentur, reverentur et honorantur[d]), in bonis omnibus huius vite ditantur et dotantur, celeberrime hoc[e]) predicantes et acclamantes in publico, quod sic optime Jhesu crucifixo serviatur, et quod hii, qui agunt talia in loco sanctorum, id est[f]) fornicaciones suas, id est cupiditates exercent, per ea facile et cum illis[g]) vita eterna cum domino Jhesu pocientur, ita ut, ista limpidius attendens, a christianis que aguntur, memoraberis[h]) illius, ad quod spiritus inmundus fornicacionis gentiles bestias deducebat, puta ut Venerem meretricem

5) Nota *A manu coaeva.*

a) aperuit *ed.* b) sit *ed.* c) *om. ed.* d) timeantur, revereantur et honorentur . . . ditentur et dotentur *ed.* e) haec *ed.* f) id est *om. ed.* g) ipsis *ed.* h) memorabilis *(sic) ed.*

1) *Cf. Apoc. IX. 1—2.* 2) *Cf. Apoc. XVII. 5.* 3) *haec phrasis non est biblica.* 4) *Cf. Isaiae I. 9.* 5) *Cf. Apoc. IX. 2—3.* 6) *Cf. Matth. XXIV. 23.* 7) *Cf. Matth. XXIV. 26.* 8) *Cf. Matth. XXIV. 26.*

[f. 220b] deam sibi constituerent et adorarent, templa gloriosa sibi faciendo et ydola vel ymagines, cui serviebant in eo, quod virgines sexus feminei, in eius templo offerentes eas, ad honorem sue Veneris stuprabant et dehinc fornicaciones[a]) infinitas ad ipsius laudem et gloriam faciebant, se in hoc optime facere arbitrantes, et quod sic et non aliter dominum deum suum oporteret[b]) adorare.

Ista, inquam, reminiscens facta [esse] corporaliter et in nocte cecitatis, ea solum[c]) quandam[d]) parabolam eorum, que modo fiunt in templo dei [per][e]) nos, clericos et sacerdotes, spiritualiter, cogitabis atque totam similitudinem in eo moderne abhominacionis in loco sancto figuratam.

Quod si fideliter intelliges, forte una mecum ingemisces, fortasse[f]) una mecum prorumpes, clamans diebus singulis[1]): „Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lacrimarum? Plorabo[g]) die ac nocte super filios populi mei", qui era[n]t „genus electum, regale sacerdocium, gens sancta, populus acquisicionis"[2]), non ut blasphemias[h]) domini Jhesu nominis diffunderent, sed gloriam crucis ipsius nunciarent et confiteantur in veritate, quod Jhesus est in gloria dei patris, faterentur[i])[3]), non ut abhominacionem cupiditatis omnibus transeuntibus dilatarent[4]), sed ut virtutes dei et domini Jhesu Christi universo mundo nuncciarent, non ut ambirent terrena, sed ut thezauros in celis vite et virtutis congregarent[5]), non ut delectarentur in gloria et honore et vita quieta et molli[k]) in hoc mundo, sed quod in se ipso idem sentirent, quod et in Christo Jhesu, et ut in ignominia crucis Jhesu et ipsius passionibus et contemptu gloriarentur et letarentur, exeuntes post Jhesum extra tabernacula peccatorum et inproperium Jhesu Christi portantes[6]), in eo maxime gaudendo, quod digni habiti[l]) sunt pro nomine Jhesu dulcissimo contumeliam pati in hoc mundo, sicud scrip-

---

[a]) *corr. praecedit in A.* [b]) competeret *ed.* [c]) iam soli *ed.* [d]) quedam *corr.* quandam *A.* [e]) *add. ab editore.* [f]) fortasse — prorumpens *om. ed.* [g]) et plorabo *ed.* [h]) *ras. seq. in A.* [i]) *om. ed.* [k]) mala *ed.* [l]) *ras. A.*

[1]) *Jerem. IX. 1 (libere allatum).* [2]) *Cf. I. Petri II. 9.* [3]) *Cf. Philipp. II. 11.* [4]) *Cf. Proverb. IX. 15:* „Ut vocet (sc. mulier) transeuntes per viam." [5]) *Cf. Matth. VI. 20:* „Thezaurizate autem vobis thesauros in caelo." [6]) *Cf. Hebr. XIII. 13.*

tum est [1]): „Propter te mortificamur tota die, facti sumus sicut oves occisionis."

Capitulum decimum quintum [a]).

[Cupiditates impiae et impudentes in sacerdotibus semper sunt paratae, ut maxime pios persequantur et pertinaciter abhominaciones suas tueantur] [b]).

[3] Hec itaque est horrenda abhominacio in muliere fornicaria, quod omnipharie se adornat [c]) ad mechandum, et ad hoc devenit ex condensata nimis cecitate, quod illud, quod semper et a principio fuit turpissimum, eciam dictu et verecundum, et ita ab origine humane creature demonstratum, ut dictum est superius [d]) [2]), illud abhominabile ipsa *in fronte sibi inpudica* defert et in toto suo corpore preostentat, omni pudicicia profugata. Et hec est inpudicicia abhominabilis christianorum et maxime sacerdotum, puta quod [exercent] cupiditatem, que est in christiano populo et semper fuit nimis abhominabilis, et in principio creature dei [3]), id est populi christiani fuit horrende punita et sub terra sepulta, ut patuit in Anania [e]) et Zaphira, et terribiliter anathematisata [4]), ut factum est in Symone infelice [5]). In Anania [f]) vero turpissima cupiditas fuit punita, quod voluit cum communione Jhesu caritatis cayninam concupiscenciam sociare, in Symone autem, quia presumpsit spiritum Jhesu cum avaricia vel mamona dyaboli simulare, id est simul in sua anima collocare. Que sociacio vel conbinacio ita vehementer contrariorum et [g]) nimis se in invicem indignorum est sola maxima abhominacio fieri possibilis ab ulla creatura, ita ut ydolum zeli [6]), id est ire dei tremendi singulariter nomen accep[er]it in scriptura, vel alias ymago provocans iram dei [7]). Et ista est cupiditas caynina Ananye et Symonis,

---

[a]) *ita A in marg.* (Cap.m XV.m). [b]) *ita add. ed.* [c]) adornet *corr.* adornat *A.* [d]) supra *ed.* [e]) Ania *corr.* Anania *A manu auct.* [f]) *post corr. A.* [g]) *om. ed.*

[1]) *Rom. VIII. 36.* [2]) *v. supra c. 13.* [3]) *Cf. Apoc. III. 14* (principium creaturae dei). [4]) *Cf. Act. apost. V. 1 seq.* [5]) *Cf. Act. apost. VIII. 9 seq.* [6]) *Cf. Ezech. VIII. 3.* [7]) *in biblia proprie non invenitur. Cf. Isaiae LXV. 3—4:* „Populus, qui ad iracundiam provocat me ante faciem meam semper. Qui habitant in sepulchris et in delubris idolorum dormiunt."

simulata caritati[a]) Jhesu Christi, concupiscencia et carnalis affeccio ita operata et ita habituata et exaltata in ecclesia, quemadmodum pietas spiritus Jhesu Christi, simulacioque istorum vel studium conbinacionis istorum in dei populo[1]) christiano, vel in dei templo seu in anima christiani; et hec ipsa est abhominacio desolacionis.

Hanc itaque talem inconpassibilem et incomponibilem[b]) mixcionem christiani, et maxime nos, sacerdotes, in semetipsis figurantes, abhominacio desolacionis sumus effecti, sibi ipsisque in eo blandientes, iam ad illud[c]) devenimus, quod illud, quod est sive erat a tota sua natura in christiano populo horrendum et abhominabile, et semper fuit, et eciam a principio mox est nimis et singulariter deo suo[d]) displicere preostensum, illud, inquam, tale [f. 221[a]] moderni nos christiani, et primum sacerdotes, non tantum non erubescimus, sed palam in fronte muliebri[e]) ostentamus cupiditatem nostram inpudice[f]), in tota vita nostra vel nostris actibus et studiis, in cogitacionibus et nostris verbis demonstrantes et exercentes, omnia nostra ad questum vel ad honorem nostrum vel ad quietam vitam istam et amicorum huius seculi conplacenciam ordinantes et studiose inducentes, Jhesu crucifixo et ignominia eius pro nobis passionum post carnem collocato, et in tantum, quod avariciam et postulare sibi beneficia aut respicere lucrum pecuniarum in rebus divinis vel requirere aliquid pro sepulthura vel de sacramentis et omnia in clero[g]) et in templo domini nunc exercita[h]), que in se sunt horribilis abhominacio et fuerunt a principio et semper reputata ignominiosa turpitudo et maxime in iudicio divino, id est in sacra scriptura condempnata, in presenti non erubescimus in publico et in medio templi dei ostendere, querere, exercere, petere, beneficia requirere lucrosa, postulare questum per sacramenta, et presumimus de istis talibus publice contrectare et laudare ac confirmare, et contra inpedientes vel obloquentes seriose contra talia inplacabiliter irascimur, et persequimur cru-

---

19) De sacramentis *A manu coaeva, fortasse auctoris.*

a) charitate *ed.* b) inconpossibilem *corr.* inconponibilem *A.* c) id *ed.* d) summo *ed.* e) meretricio *ed.* f) *corr. A.* g) *corr. A.* h) exercitata *ed.*

1) dei populus *phrasis biblica haud rara, prout etiam:* dei templum.

deliter patres nostros et prophetas nostros, viriles nostrorum actuum et huius mundi contemptores [1]), simplices et pauperes christianos.

Et ita sublimitas nostra in hoc mundo splendida depopulatur sublimes Jhesu Christi famulos [2]), et nos, excelsi in carne inclitique coram oculis hominis moderni, excelsos domini filios vel magnos [a]) coram Christo Jhesu non horrescimus trucidare et confutare, ut veniat siccine super nos omnis sanguis [3]), videlicet fornicacionis et crudelitatis, et inveniamur mater fornicacionum et abhominacionum terre et cum hoc mulier ebria de sanguine sanctorum et martirum Jhesu [4]), et compleatur in nobis sermo, qui scriptus est, id est, Jeremie [b]) [5]): „Responderunt excelso dei omnes viri", — id est illi, qui sunt clerici domini et sacerdotes, „qui reddunt debitum" [6]), subintellige, qui conferunt beneficia et gradus ecclesie, „scientes, quod sacrificarent uxores eorum", id est petentes debitum, subaudi clerici subditi „diis", id est diviciis, voluptati et glorie ipsorum. Isti etenim sunt [c]) dii talium in excelsis [d]), locati in loco sancto, qui ipsis a subditis et per subditos huiusmodi [e]) conparantur, qui dii sunt omnino alieni a Jhesu crucifixo et a paupertate ipsius, contemptu [f]) in hoc mundo et passione. „Et mulieres universe", id est [g]) hii, qui petunt sibi beneficia inpudice, sicut meretrices puteum fornicacionum in fronte mistice deferentes, „quarum erat multitudo grandis" secundum intellectum supradictum, ubi dictum est de via lata et forti nephandi Antychristi [7]), „et omnis populus habitancium in Egypto in Phatures" [h]), et omnis populus christianus, amicus vite huius mundi, sive cupidus conformiter rerum, que sunt in hoc mundo: „habitancium in terra Egypti", id est ignorans et tenebrosus, „in Phatures", id est deceptus per carnales huius mundi [i]) dominos et sacerdotes, „et conculcatus", id est subactus et subditus, ut servirent Pharaoni in luto et latere [8]), — hii [k]), inquam, omnes responderunt excelso

---

a) magis *(sic) ed.* b) id est Jeremie *add. A in m., om. ed.* c) cum sint *ed.* d) in *corr. A;* excelso *tantum ed.* e) *om. ed.* f) contempti *ed.* g) et *ed.* h) *corr. A.* i) *post corr. A.* k) hiis *corr.* hii *A.*

1) *Cf. Matth. V. 12:* „Sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuerunt ante vos". 2) *phrasis haec nec non sequens non est biblica.* 3) *Cf. Matth. XXIII. 35* (ut veniat super vos omnis sanguis iustus). 4) *Cf. Apoc. XVII. 5—6.* 5) *Jerem. XLIV. 15—19.* 6) *Cf. Matth. XVIII. 30* (reddere debitum.) 7) *v. supra c. 9.* 8) *Cf. Judith V. 10* (in luto et latere subiugasset eos).

domini[a]) et suo pio et fideli monitori et prophete, „dicentes [1] „Sermonem, quem locutus es ad nos in nomine dei[b]) nostri[c]), no faciemus ex te. Sed facientes faciemus omne verbum, quod egre dietur de ore vestro[d]), ut sacrificemus regine celi", — id es lune, hoc est aput nos christianos intellectum huic mundo e fortune vel avaricie nostre, aut verius cupiditati vel puteo abyss ut wlve nostre mistice meretricis in loco sancto constitute, — „et libemus ei libamina, sicut fecimus nos et patres nostri, rege nostri et principes nostri in urbibus Juda et in plateis Jeru salem: et saturati sumus panibus et bene nobis erat malumque non vidimus. Ex eo autem tempore, quo cessamus[e]) sacrificare regine celi et libare ei libamina, indiguimus omnibus, et gladio et fame consumpti sumus. Quod si nos[f]) sacrificaremus[g]) regine celi et liba[re]mus[h]) ei libamina: numquid sine viris nostris faciemus ei placentas ad collendum eam et libandum libamina?"

Capitulum decimum sextum[i]).

[Comparatio adulterae, prostitutae et impudentissimae mulieris (quae, ut inquit propheta, divaricat pedes suos omni transeunti) et vitae sacerdotum papisticorum. Item, de turpi prostitutione animae sanguine Christi mundatae][k]).

[4] [f. 221[b]] Verumptamen mulier fornicaria non tantum in eo ipso est abhominabilis in plebe christiana, quod puta sua pudenda circumfert palam inpudice et fornicaciones palam diffundit undiquaque, sed eciam in eo, quod carnem suam, splendidam et pulchram, solum ad solacium et adiutorium eius viri creatam et ordinatam, subicit *fornicacionum turpitudinibus*, et[2]) sua genitalia, formata maxime et solum ad suscipiendum semina et fructus inde multiplicandos, sibi et suo sponso in solacium et sui generis perpetuitatem et maxime sui sponsi defuncti, cui[l]) primum fuit desponsata, et qui fuit dux pubertatis eius[3]), (secundum legem Moysi hec loquor, ubi ex man-

---

[a]) domini *A et ed.* [b]) domini *ed.* [c]) Jesu Christi *add. ed.* [d]) nostro *ed.* [e]) cessavimus — indigemus — sacrificamus — fecimus *biblia.* [f]) non *A.* [g]) sacrificaverimus *ed.* [h]) libemus *ed.* [i]) *ita A in m.:* Cap.m XVI. [k]) *ita inscribit editio; nota expressionem „sacerdotes papistici."* [l]) cum *corr.* cui *A.*

[1]) *Jerem. XLIV. 15—19, l. c.* [2]) *supple:* subicit fornicacionum turpitudinibus eciam ɔc. [3]) *Cf. Prov. II. 17:* „Et relinquit ducem pubertatis suae."

ato domini fratres de uxore defuncti fratris mortuo fratri, non ibi semina suscitabant[1]). Si igitur mulier pulchra, sed fornicaria, efraudans virum desponsacionis sue et ducem pubertatis et acti dei sui oblita[2]), defraudat solacio et adiutorio suum mariım, instrumentumque filias et filios procreandi commendat libiinibus[a]), et abhominabilissime exponit questibus vilissimis et mundissimis illud tale, per quod et propter quod suo sponso, mico et domino necnon et[b]) deo suo fieri poterat tota fertilis, cceptabilis et coronata, — sicut Lya suo marito vel Rachel pulhra suo Iacobo[3]), sicut scriptum est[4]): „Salvabitur autem muer per filiorum procreacionem", et[c]) idcirco mulieres in Lege 'eteri, licet scilicet non fornicate fuissent, tamen, si[d]) filios non enerabant, erant inter mulieres maledicte, et terra, que sepe uper se venientem bibit ymbrem et generans herbam optiıam[e]) illis, a quibus colitur, accipit benediccionem a deo[f]), roferens autem spinas ac[g]) tribulos, reproba est et maledicte[h]) roxima, cuius consumacio in combustione[m][5]), — similiter nos hristiani, et clerici primum et sacerdotes, non tantum sumus ro eo facti Christo Jhesu abhominacio desolacionis, puta quod ıpudice sequimur amiciciam huius mundi[6]) et nostram conupiscenciam inverecunde coram conchristianis et[i]) profitemur, omen misticum Babylonis[7]), id est confusionis, a tota nostre ite facie[8]) turpiter et[k]) in fronte perferentes[l]), sed p r o e o ıa x i m e r e d d i m u r a b h o m i n a b i l e s c o r a m o c u l i s d i i n e m a g e s t a t i s[9]), q u o d a n i m a m n o s t r a m, que tota xistit in ore desiderii sui, sicut scriptum est[10]): „Omnis subtancia eius in ore eius", — os quippe anime nostre est desierium eius — et que est nimium preciosa nobis, inponderans[m])

---

[a]) *om. ed.* [b]) *corr. A.* [c]) *om. ed.* [d]) *om. false ed.* [e]) opporınam *biblia.* [f]) a domino *corr.* a deo *A.* [g]) *corr. A;* aut *ed.* [h]) maleictioni *ed.* [i]) *om. ed.* [k]) *om. ed.* [l]) perferentes *A et ed.* [m]) praeonderans *ed.*

[1]) *Vide Genes. XXXVIII. 8:* „Dixit ergo Judas ad Onan, filium suum: Inredere ad uxorem fratris tui, et sociare illi, ut suscites semen fratri tuo." *Cf. iam Deuter. XXV. 5.* [2]) *Cf. Proverb. II. 17—18.* [3]) *Vide Genes. XXIX t XXX, passim.* [4]) *I. Tim. II. 15.* [5]) *Hebr. VI. 7—8.* [6]) *Cf. Jacob V. 4* (amicitia huius mundi). [7]) *Cf. Apoc. XVII. 5.* [8]) *de confusione aciei crebrius in biblia sermo fit.* [9]) *Cf. Isaiae III. 8* (ut provocarent oculos ıajestatis eius). [10]) *Eccle. VI. 7:* „Omnis labor hominis in ore eius."

toti mundo, sicut scriptum est[1]: „Quid prodest homini, si mundum universum lucretur, anime vero sue detrimentum paciatur", et dilectam et preciosam filio dei et dei verbo, Jhesu Christo, qui animam suam crudeli morte consumpsit, ut eam conpar[ar]et[a])[2]) et esset sibi in delicias[b]), quas habet piissimus cum filiis hominum, et in adiutorium et ad multos fructus afferendum, sicud scriptum est Joan. XV[c])[3]): „Ego posui vos, ut eatis et fructum afferatis, et fructus vester maneat". Et iterum[4]): „Qui manet, inquit, in me et ego in eo, hic fert fructum multum" et ad conterendum Sathanam sub pedibus suis, qui audacia sue superbie voluit deo summo coequari, et ideo scriptum est Genesis III[d])[5]): „Inimicicias ponam inter te et mulierem et semen tuum et semen illius: ipsa conteret caput tuum, et tu insidiaberis calcaneo eius" — illam, inquam, nostram animam sic deo dilectam, Christo Jhesu nimis preciosam, sedem sapientie, tronum dei, delicias verbi dei[6]), cariorem toto mundo ymaginem et similitudinem[7]), dei sponsam et amicam Christi, ornatam suo sanguine, vestitam „virtute ex alto"[8]), repletam sancto spiritu[9]) et templum ipsius, redemptam passionibus et morte domini virtutum et regis omnis glorie[10]), — animam, inquam, nostram pulchram ut lunam, electam ut sol, terribilem ut castrorum aciem ordinatam[11]), et totam pulchram[12]), preter hoc, quod intrinsecus latet[13]), et in tantum, quod rex tocius mundi, eternus dominus eius[e]) et deus, speciem eius concupivit[14]), ut qui creavit eam, requiescat in thabernaculo eius[15]), — illam, inquam, nos tantam et talem animam cupiditati rerum vilissimarum exponimus et prosternimus, quasi funestam meretricem, omnibus concupiscenciis huius vite, ab-

---

20) De anima *A manu auctoris.*

a) compararet *ed.;* conparet *A.* b) et esset secundum delitias *ed.* c) Joan. XV. *posterius add. A; om. ed.* d) Genesis III. *om. ed.* e) *om. ed.*

1) *Matth. XVI. 26; cf. Marci VIII. 36.* 2) *Cf. Eccli. XXXIII. 31* (quoniam in sanguine animae comparasti illum). 3) *Joan. XV. 16.* 4) *Joan. XV. 5.* 5) *Genes. III. 15.* 6) *de biblia non provenit.* 7) *Cf. Genes. I. 26.* 8) *Cf. Lucae XXIV. 49.* 9) repletus spiritus sancto *communis phrasis biblica N. T.; item phrasis* templum dei. 10) *Cf. Psalm. XXIII. 10:* „Dominus virtutum ipse est rex gloriae." 11) *Cf. Cantic. VI. 9.* 12) *Cf. Cantic. IV. 7.* 13) *Cf. Cantic. IV. 1.* 14) *Cf. Eccli. XXV. 28:* „Non concupiscas mulierum in specie." 15) *Cf. Eccli. XXIV. 12:* „et qui creavit me, requievit in tabernaculo meo."

hominabiliter et inpudice atque insaciabiliter et inique omnibus fornicacionibus, que occurrunt, vel quas spiritus maligni[1]), a principio adulteri et lenones[a]) turpitudinis, nobis inferunt, nos incessanter polluentes, ut in eo ipso maximam contumeliam faciamus nostro deo et domino Jhesu Christo, [f. **222[a]**] sicut supra est allegatum Isaie LVII. b.[2]): „Sub omni ligno frondoso prosternebaris, meretrix.“ Et alia scriptura dicit Isaiae LVII.[b])[3]): „Numquid super hiis non indignabor? Super montem excelsum et sublimem posuisti cubile tuum, et illuc[c]) ascendisti, ut ymolares hostias. Et post hostium et retro postem posuisti memoriale tuum, quia iuxta me discooperuisti et suscepisti adulterum. Dilatasti cubile tuum et pepigisti cum eis fedus, dilexisti stratum eorum manu aperta. Et ornasti te regio unguento, et multiplicasti pigmenta tua. Misisti legatos tuos procul, et humiliata es usque ad inferos. In multitudine vie[d]) tue laborasti. Non dixisti: quiescam. Vitam manus tue invenisti, propterea non rogasti. Pro quo solicita timuisti, quia mentita es, et mei non es recordata neque cogitasti in corde tuo? Quia ego tacens et quasi non videns, et mei oblita es, ego anuncciabo iusticiam tuam et opera tua non proderunt [tibi]. Cum clamaveris, liberent te congregati tui, et omnes eos[e]) auferet[f]) ventus, tollet aura. Qui autem fiduciam habet mei[g]), hereditabit terram et possidebit montem sanctum meum“, et cetera, que sequuntur.

Nichil plane melius, nichil magis proprie posset allegari ita, quod singula verba et omnia huius auctoritatis multo magis sunt ad propositum, quam alias umquam, videlicet contra presentem multitudinem populi christiani, qui sunt ita concupiscenciis huius vite prostituti coram oculis dei veri et domini Jhesu Christi, et qui [sunt] ita inpudice bona huius mundi et delicias huius vite cupientes et inquirentes, et clerici nos primum et sacerdotes, et desiderium anime nostre[h]), quod erat capax divinorum thezaurorum et celestium graciarum, factum est „puteus abyssi“[4]) insaciabilis fornicacionum per res varias[5]) huius vite, perinde

---

[a]) leones *corr.* lenones *A.* [b]) dicit ibidem *ed.* [c]) illic *ed.* [d]) vitae *ed.* [e]) *super lin. add. A.* [f]) aufert *(sic) A.* [g]) me *corr.* mei *A.* [h]) vestre *corr.* nostre *A.*

[1]) *Cf. Lucae VIII. 2* (spiritus maligni). [2]) *recte Jerem. II. 20; cf supra p. 48.* [3]) *Isaiae LVII. 7—13.* [4]) *Cf. Apoc. IX. 1.* [5]) *Cf. Numer. XV. 39* (per res varias fornicantes).

instrumentum generacionis filiorum[1]) et filiarum multarum fratri defuncto, Jhesu crucifixo, convertimus ad turpissima lucra et beneplacita nostre carnis, atque potestatem et auctoritatem honorabilem sacramentorum, scripturam et omnem sapienciam et scienciam, doctrinam et totum decorem status nostri[2]), nobis conmendatum pro lucro animarum et pro creacione universarum virtutum numerose sobolis[a]) in celestibus, nos convertimus omnia ista ad nostra libita et conplacenciam amicis huius mundi, et ut, per ista[b]) bene honorati, agamus vitam quietam, et, bonis omnibus habundantes, illos[c]) beatificantes, quibus talia prospere successerunt[3]), et eos, qui oppositum faciunt vel senciunt[d]), condempnantes, atque alios omnes transeuntes per viam, id est nobiscum[e]) conversantes parvulos et iuvenes clericulos, ad idem provocantes verbo nostro et exemplo et vecordes, dicentes, quod aque furtive dulciores sunt et panis absconditus (sub splendoribus sanctorum et in loco sancto sacerdotum) est suavior. Sed hoc ignoramus, quod ibi sint gigantes et in profundo inferni convive nostri[4]). Qui ei[f]) applicabitur, descendet ad inferos. Nam qui [non] abscesserit a ritibus nostris, ille tantum salvabitur[5]). Ideo bene scriptum est Proverbiorum II.° [6]): „Fili [mi], si susceperis sermones meos", „et si intraverit sapiencia cor tuum et sciencia anime tue placuerit, consilium custodiet te et prudencia servabit te, ut eruaris a via mala et ab homine, qui perversa loquitur: qui relinqu[u]nt iter rectum et ambulant per vias tenebrosas; qui letantur, cum male fecerint, et exultant in rebus pessimis; quorum vie perverse et infames gressus eorum. Ut eruaris a muliere aliena et ab extranea, que mollit sermones suos, et relinquit[g]) ducem pubertatis sue", Jhesum crucifixum dulcissimum, „et pacti dei sui oblita est; inclinata est enim ad mortem domus eius et[h]) ad inferos semite ipsius. Omnes, qui ingrediuntur ad eam, non revertentur nec apprehendent semitas vite", et cetera[i]).

---

[a]) prolis *ed.* [b]) istam *ed.* [c]) alios *ed.* [d]) vel aequitati student *ed.* [e]) et nobiscum *ed.* [f]) enim *ed.* [g]) reliquit *A et ed.* [h]) *om. A.* [i]) et cetera *om. ed.*

[1]) *Cf. I. Tim. II. 15* (per filiorum generationem). [2]) *Cf. Isaiae XXXV. 2.* [3]) *Cf. Jacobi V. 11:* „Ecce, beatificamus eos, qui sustinuerunt." [4]) *Cf. Proverb. IX. 15—18.* [5]) *versio similis in Timot. I. 15:* „Salvabitur autem per filiorum generationem, si permanserit in fide et dilectione et sanctificatione cum sobrietate." [6]) *Proverb. II. 1. 10—19.*

Capitulum decimum septimum[a]).

[Quod sicut mulier adultera magis amat turpitudinem quam personam, cui adhaeret, ita sacerdotes perditi nimia avaricia magis amant ambitum, questum, aucupacionem sacerdotiorum, quam personam magnatum, quibus adulantur et serviunt][b]).

[5] Dicto igitur iam de eo, quod mulier fornicaria per suas fornicaciones misticas violat sanctum locum[1]) et facit abhominacionem desolacionis[2]) in dei ecclesia, puteum suum abyssy[3]) inmundissimarum turpidinum atque sua femora denudando[4]) illico, iuxta sponsum Jhesum Christum suscipiens adulterum[5]), insuper eundem puteum suarum libidinum in fronte sua et toto corpore ostentando[6]), nunc dicendum restat, quomodo eadem meretrix nimis valde facta est abhominabilis [f. 222[b]] et inpudica, ignominiam[c]) virilium sibi pro deo elegit super terram adorandam[d]) et in loco dei summi spiritualiter collocavit[7]).

Pro quo est advertendum, quod inter christianos, amatores huius mundi, sicut[e]) illi subditi christiani, clerici primum et sacerdotes, cupiditate exagitati, quia inpudice inquirunt gradus ecclesie et beneficia vel divicias, delicias et honores huius vite, ideo in veritate dei et iudicio[8]) sunt meretrix vel meretrices recensiti circumferens vel circumferentes puteum fornicacionum in sua fronte, hyantem ad omnem questum turpis lucri[9]), occurrentem et petentem ultro virum[10]) sibi beneficia conferentem: ita conformiter illi, qui distribuunt beneficia, divicias et[f]) delicias et honores suis subditis ad[g]) conplacenciam propriam vel suorum amicorum, perinde gloria et honore et

---

[a]) *ita A in m.:* Cap.[m] XVII. [b]) *ita inscribit ed.* [c]) et i. *ed.* [d]) adorando *ed.* [e]) *ita A.* [f]) *om. ed.* [g]) ad — amicorum *om. ed.*

[1]) *Cf. Act. apost. XXI. 28* (violavit sanctum locum istum). [2]) *Cf. Matth. XXIV. 15.* [3]) *Cf. Apoc. IX. 1.* [4]) *Cf. Isaiae XLVII. 2* (denuda turpitudinem tuam) *et Jerem. XIII. 26* (nudavi femora tua). [5]) *Cf. Isaiae LVII. 8* (quia iuxta me discooperuisti et suscepisti adulterum). [6]) *Cf. Apoc. XVII. 5* (in fronte eius Babylon magna). [7]) *voces singulae* (sibi pro deo eligere — super terram adorare) *biblicae esse probantur.* [8]) *hae quoque voces in biblia leguntur.* [9]) *Cf. Tit. I. 7* (non turpis lucri cupidum). [10]) *Cf. I. Reg. XX. 30* (fili mulieris virum ultro rapientis) *et Proverb. VII. 10:* „Et ecce, occurrit illi mulier ornatu meretricio.“

forte lucri temporalis delectati, sunt viri in plebibus nuncupati, prout infra planius deducetur[1]).

Et quemadmodum mulier fornicaria, que reliquit ducem pubertatis sue et pacti dei sui oblita est[2]) atque cupide fornicaciones suas insequens in suo adulterio[3]), primum et principaliter apprecciatur et colit membra vel instrumenta fornicacionum et personam viri non nisi propter suam potenciam coeundi, itaque sicut vir mechus suam concubinam solum et maxime diligit ideo, quia per membrum turpitudinis est prompta sue libidini, a qua est captivatus: ita viceversa mecha[a]) rapta libidine non amplius in adulterio diligit per directum, nisi, ut dictum est, virilium ipsius potestatem. Non autem equa est sors amoris fidelis sponse ad suum sponsum et pudice, sed habet primam eleccionem et principalem respectum dileccionis ad personam sponsi et ad ipsius sapienciam et persone honestatem et ad prolem, multum pudice ad ea, que sunt secreta coniugii, se exhibendo; et similiter viceversa dilecti sponsi ad suam sponsam est habitudo, scilicet quod habet primum respectum dileccionis ad personam sponse et[b]) pulchritudinem, pudiciciam et generacionem filiorum atque, ut superius dictum est[4]), ad adiutorium et solacium societatis huius vite. Conformiter meciaris respectum christianorum subditorum, clericorum primum et sacerdotum, ad suos superiores, a quibus expectant beneficiis, gloria, officiis[c]), honore et diviciis inpinguari[d]) et dilatari, et e converso habitudinem dominorum et superiorum carnalium[e]) ad suos subditos, quorum obediencia et honorancia et subieccio et applausus ipsos delectat et vehementer afficit, prout ista lacius adducentur in infra scriptis[5]). Omnis etenim honorificencia, pax et potestas est ex colleccione subditorum. Quapropter ad comodum et propter comodum vite presentis subditos diligentes conferunt ipsis [et] prompte beneficia dividunt, socios ipsos facientes diviciarum, deliciarum et honoris[f]), et pri-

---

[a]) meretrix *ed.* [b]) honestatem *add. ed.* [c]) gloria *superflue seq. in A.* [d]) *corr. A.* [e]) *ras. seq. in A.* [f]) honorum *ed.*

[1]) *vide infra c. 31.* [2]) *Cf. Proverb. II. 17—18.* [3]) *Cf. Ezech. XXIII. 11* (fornicationem suam super fornicationem sororis suae) *et Numer. V. 15* (investigans adulterium). [4]) *v. supra c. 16.* [5]) *v. infra. c. 31.*

mum hiis, qui magis sunt ipsis propinqui carne et sanguine, noticia vel regione, vel qui magis sunt eorum comodis opportuni, gracia huius vite et amicicia atque tota via nature talibus vehementer alludente et ipsos excecante per omnia ita efficaciter, sicut mechum hominem facies pulchre et delicate meretricis et contubernium familiare cum eadem, quod scriptura designavit, dicens[1]: „Virtus eius in lumbis eius et potestas eius in umbilico ventris eius.“ Christiani itaque, clerici primum et sacerdotes, qui, primum in suis iniciis quietam vitam, divicias et honores seculi cupientes, volunt beneficia et officia sortiri et ad gradus pervenire, omnes huius modi habent *adulterinum vel fornicarium respectum ad viros in ecclesia et potentes et gloriosos*, venerantes et colentes eosdem tantum racione glorie ipsorum et potestatis et auctoritatis, cupitas ab ipsis divicias, delicias, promociones et honores conferendi, ut ita in ipsis[a]), de ipsis et per ipsos exerceant[b]) suas cupitas libidines quanto magis habundanter. Et pro eo se ipsos illi cupidi clerici et sacerdotes summis studiis curant adornare, et maxime in presencia talium hominum in hoc seculo potentum, divitum et magnatorum, omni[c]) facesia ad eosdem, omni humilitate, mititate[d]), affabilitate, sapiencia et prudencia et omni obediencia et similibus, quibus estimant ipsis conplacendum, sicut dilectissima concubina suo mecho. Et illis ea magis et[e]) adherent et gracius[f]) obsecundant, qui habent potestatem ampliorem, tales [f. 223a] cupidos delectandi, promovendi vel beneficia largiendi, mirantes personas questus causa, sicud mulier fornicaria inter multos viros magis illum diligit, qui habet maiora virilia et potestatem ampliorem semina effundendi. Et idcirco quam proprie illos scriptura expressit, dicens Ezechiel. XXIII°[2]): „Et insanivit libidine super concubitum eorum, quorum carnes sunt ut carnes asinorum et sicut fluxus equorum. Et visitasti scelus adolescencie tue, quando subacta sunt in Egypto ubera tua et confracte sunt mamme pubertatis tue.“

Hii igitur sunt iam sepe nota[g]) mulier fornicaria vel mulieres, que sibi ydolum in loco sancto Priapi magni statuerunt[3]).

---

[a]) *om. ed.* [b]) actus seculares et suas cupiditates et cupitas *seq. in ed.* [c]) omnium *ed.* [d]) et m. *ed.* [e]) *om. ed.* [f]) gratias *ed.* [g]) rotata *corr.* nota *A*; nota *ed.*

[1]) *Job XL. 11.* [2]) *Ezech. XXIII. 20—21.* [3]) *Cf. II. Paral. XV. 16* (simulacrum Priapi).

Figurati iuxta sua desideria, eligunt et coacervant sibi magistros, prurientes auribus secundum propheciam apostoli[a] [1]. Et in eos, qui in nomine suo venerunt, habent carnalem solum respectum et ex spiritu mundiali affeccionem in eos, qui in nomine suo veniunt. Et qui in nomine Jhesu veniunt[2] simpliciter, volentes rigide et humiliter secundum virtutem et veritatem vivere, ipsos mox despiciunt, odiunt vel non amant[b] ita, quod in eis inpleatur sermo, qui scriptus est[3]: „Ego veni in nomine patris mei, et non suscepistis me, [si] alius veniet in nomine suo, illum vos suscipietis."

Omnes igitur tales, qui sunt animales et non habent spiritum Jhesu[4], non sunt Jhesu nec habent respectum ad suos superiores dignum et christianum, id est non obediunt ipsis in nomine Jhesu, neque amant vel timent ipsos in nomine Jhesu, sed solum pro eo, quod expectant ab ipsis vel sperant beneficia, divicias et honores, et pro illis conplacent sibi ipsis in magnis et divitibus suis dominis, pro eo sacrificant ipsis se ipsos et serviunt, ut comodosius[c] et dulcius cum ipsis continuent istam vitam, mistice in ipsis et per ipsos siccine fornicando, et ex adverso tremunt et pavent ad verbum ipsorum, ne vel noceantur[d] vel ab ipsis manus munifice retrahantur.

Isti sunt etenim duo pedes mistici mulieris fornicarie, qui ambiunt puteum fornicacionum et deportant et prosternunt totum corpus ad terram et, inpudice revelando turpitudinem suam, extenduntur[e], scilicet amor bonorum temporalium vel quiete vite in hoc mundo et timor a facie adversitatum, paupertatis, contemptus et[f] doloris. Isti, inquam, sunt pedes, [per] quos puteus fornicacionis abhominacionum, id est cupiditas comodi et honoris huius vite, facit prosternere totum corpus et revelat turpitudinem christianorum carnalium in omni verbo ipsorum et accione.

Isti sunt pedes, de quibus propheta loquitur, dicens[5]: „Ad omne caput vie edificasti signum prostitucionis tue et abhomi-

[a]) Pauli *add. ed.* [b]) odiunt, diffamant *ed.* [c]) serviunt veluti suis, ut dulcius *ed.* [d]) noceant *ed.* [e]) extendunt *ed.* [f]) *om. ed.*

[1]) *Cf. II. Timot. IV. 3.* [2]) venire in nomine Jhesu *communis phrasis biblica; v. notam subsequentem.* [3]) *Joan. V. 43.* [4]) *Cf. Judae 19:* „Hii sunt, qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes." [5]) *Ezech. XVI. 25.*

nabilem decorem tuum". Et tunc ad propositum [1]): „Divisisti", inquit, „pedes tuos omni transeunti et multiplicasti fornicaciones tuas. Et fornicata es cum filiis Egypti, vicinis tuis magnarum carnium". Hic tangit christianos, maxime clericos et sacerdotes cupidos, qui adulantur dominis et militibus secularibus [a]) propter beneficia per eos assequenda; qui sunt multum divites et habent magnam potestatem ad divicias et honores promovendi; qui sunt „magnarum carnium et vicini"; quibus sacerdotes et clerici serviunt, subiciuntur, blandiuntur et sanctum sacerdocium per hoc reddunt contemptibile. Efficiuntur enim talium dominorum clerici et sacerdotes scriptores, dispensatores, nuncii et prorsus inplicati secularibus negociis. Efficiuntur timidi et pusillamines coram talibus potentibus et dominis [b]), ut neque mala, que vident, audent increpare, sed silent et dissimulant, neque interrogati, aude[a]nt libere respondere utilem veritatem, ad [c]) omnia ista mala cupiditate veniente ipsorum [d]) vel amore, vel timore ipsos captivante vel coartante. Et ideo sequitur in propheta [2]): „Et multiplicasti fornicacionem tuam ad irritandum me", dicit dominus.

Ista, inquam, cupiditas potenter facit clericos primum et sacerdotes inpacientes quietis in vacacione [e]) domino Jhesu crucifixo et deo suo, hiis pedibus non valent consistere in constancia [f]) [3]), sed continue ad utramque partem claudicantes [4]), nunc ad temporalia, nunc ad sacerdotalia, nunc ad mundum, nunc ad celum, nunc ad Jhesum crucifixum [g]), cor ipsorum fluctuat quasi inconstantis et mollis mulieris [h]), sicut scriptum est Proverbiorum VII. [5]): „Et ecce, mulier occurrit ei ornatu [i]) meretricio, preparata [ad capiendas animas], garrula et vaga, quietis inpaciens nec valens in domo consistere pedibus suis. Nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos [insidians]". O, quam proprie ista verba singula me miserum [f. 223[b]] respiciunt

---

20) Nota *A manu auct.*

a) et militibus secularibus *om. ed. (sic).* b) „Canes muti" *ed. in marg.* c) et ad *ed.* d) *om. ed.* e) vocatione *ed.* f) in domo, id est in constantia *ed.* g) nunc ad Jesum, nunc contra Jesum *ed.* h) in litteris *(sic) A.* i) ornata *A.*

1) *Ezech. XVI. 25—26.* 2) *Ezech. XVI. 26.* 3) *Cf. Proverb. VII. 11:* „Quietis impatiens, nec valens in domo consistere pedibus suis." 4) *Cf. III. Reg. XVIII. 21:* „Usquequo cladicatis in duas partes?" 5) *Proverb. VII. 10—12.*

et mei similes clericos et sacerdotes, quos amor carnis et sanguinis et timor effeminatos et inconstantes nimium effecerunt et per consequens abhominabiles domino Jhesu Christo, dei virtuti et dei sapiencie[1]). Scriptum est enim Osee 9°[2]): „Et facti sunt abhominabiles, prout[a]) ea, que dilexerunt. Effraym quasi avis avolavit, gloria eorum a partu et ab utero et a[b]) conceptu. Qui si enutrierint filios suos, absque liberis eos faciam in hominibus. Sed et[c]) ve eis, cum recessero ab eis.“

Capitulum decimum octavum[d]).

[Comparatio Maacha, matris regis Asa, quae adoravit simulachrum Priapi, et nostrorum sacerdotum, qui adorant potentes et divites curtisanos][e]).

Si namque nos, amici huius vite, nos ipsos in veritate examinemus, nonne inveniemus, quod nobis contingit cum nostris superioribus et magnificis et inclitis dominis in hac vita, quemadmodum mulieri fornicarie cum mecho suo, videlicet quod magis illos amplectitur, qui habent maiorem potestatem virilium et sunt pulchriores in aspectu, ab effectu prolis et fidei omnino desolate; et illud est proprie[f]) proprium Priapum pro deo suo eligere et eius ydolum sibi in mente vel ymaginem collocare et sibi subici et ipsum venerari; vel forte copia pecuniali donacionis captivate, sed illud est magis proprium meretricum et tunc lucrum turpe est in loco dei[g]) constitutum. Ita nos magis illos nonne elegimus[h]) nobis dominos, qui habent maiorem potestatem dandi, promovendi et defendendi, et amplius talibus sumus prompte subiecti, omni honorificencia comite, obediencia et humiliacione in ipsorum gloria, potencia et diviciis condelectati, quam illos, qui sunt domini Jhesu crucifixi amore redundantes, virtute animi et sapiencia atque sanctitate prepollentes, inimici omnis vanitatis, socii solum et maxime hominum devotorum, pauperum in Christo, humilium, precipue si itidem sunt alias forte pau-

---

a) sicut *ed.;* proiec *(sic) A.* b) et a *ed.;* a *om. A.* c) *om. ed.* d) *ita A in marg.:* Cap.m XVIII. e) *ita inscribitur in ed.* f) est *add. ed.* g) sancto *ed.* h) eligimus *ed.*

1) *Cf. I. Cor. I. 24.* 2) *Oseae IX. 10—12.*

peres in hoc seculo et inglorii, et per consequens nichil vel modicum ab ipsis expectatur promocionis diviciarum, deliciarum et honoris in hac vita, nisi exercicium laboris in penitencia et formacione[a]) in sancta vita[b]) et edificacio caritatis et fidei in Jhesu crucifixo.

Quis, queso, nostrum glorie et splendori divitum non condelectatur in hac vita et non avertit se eo facilius ab ignobili et contempto in hoc mundo? Quis non prompcius veneratur[c]) et honorat divites et magnificos vita[d]) homines, quam pannosos viros et derisos a peccatoribus mundi? Quis non assurget gracius coram milite potente vel homine divite veniente, quam coram simplici paupere Christi et humili?, clamante scriptura et dicente Jacob II[1]): „Et[e]) fratres, nolite in personarum accepcione habere fidem domini nostri Jhesu Christi glorie. Etenim si introierit in conventum vestrum vir, aureum annulum habens in veste candida, introierit autem et pauper in sordido habitu, et intendatis in eum, qui indutus est in veste preclara, et dixeritis ei: Tu[f]), sede hic bene; pauperi autem dixeritis: Tu, sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum: nonne iudicatis aput vosmet ipsos et facti estis iudices cogitacionum iniquarum? Audite, fratres mei dilectissimi, nonne deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide et heredes regni, quod repromisit deus diligentibus se? Vos autem exhonorastis pauperem."

Ex hiis itaque collige, quam verum sit illud, quod est superius affirmatum, puta quod illa est horrenda abhominacio desolacionis et in templo Christi, quod mulieres fornicarie colunt in loco sancto et adorant virorum magnam potenciam, pro ipsarum cupiditate insaciabili sacianda et exercenda, oblite Christi crucifixi humilitatis, paupertatis dei[g]), spei in solum deum et caritatis. Et memoraberis illius scripture II. Paralipomenon XV, [ubi] dicitur, quod Macha, mater regis Aza, fecit in luco simulachrum Priapi[2]). Macha, id est ingenium vel percussio: ingenium autem secundum prudenciam carnis[3]) et sapiencie principum huius mundi, que est abhominacio, quia „sapiencia huius

---

[a]) *corr. A.* [b]) nisi — vita *A in marg.* [c]) veneretur *A et ed.* [d]) *corr. A.* [e]) *om. ed.* [f]) *om. ed.* [g]) fidei *ed.*

[1]) *Jacobi II. 1—6.* [2]) *Cf. II. Paralip. XV. 16:* „Sed et Maacham, matrem Asa regis, ex augusto deposuit imperio, eo quod fecisset in lucro simulacrum Priapi." [3]) *Cf. Rom. VIII. 6* (prudentia carnis mors est).

mundi inimica est deo: legi enim dei non est subiecta neque enim potest“ [1]), quia sacerdos in ecclesia invitatus et in ipsa glorians est abhominacio, quia „illi, qui in carne sunt, deo placere non possunt“ [2]); — vel percussio, scilicet permissionis a deo, vel vindicta dei.

Macha, inquit, mater Aza, id est tollentis facturam, videlicet Jhesu Christi de medio ecclesie illius facture[a]), de qua scriptum est [3]): „Gracia et veritas per Jhesum Christum facta est.“ Que est desolacio, quia „spiritus sanctus discipline effugiet fictum et auffert se a cogitacione, que est sine intellectu“ [4]). „Et mater pulchre dileccionis, agnicionis et[b]) timoris et sancte spei“[5]), „que est desuper descendens, primum quidem pudica, deinde pacifica, modesta, swadibilis, bonis consenciens, plena misericordia et fructibus bonis, iudicans sine simulacione“ [6]), non dignatur partem habere in homine vel in dei templo [f 224a] cum sapiencia „terrena, animali, dyabolica“ [7]), que primum quidem est inpudica in sua cupiditate petendo honores[c]) et divicias a suis viris, contenciosa pro diviciis et honoribus[d]), inmodesta in avaricia et voluptate, pertinax et dura ad ea, que sunt humilitatis Jhesu et contemptus vel fraterne communionis, plena crudelitate et operibus infructuosis, in omnibus admiscens aliquam simulacionem et defectum veritatis.

Ista igitur Macha, id est ingenium hominum, et ista sapiencia carnis nostre[e]), clerici et sacerdotes, mater desolacionis a spiritu et simpicitate Jhesu crucifixi, fecit in luco[f]), id est[g]) in densitate multitudinis nimie adinvencionum hominum, doctrinarum et preceptorum, (que secundum apostolum sunt quidem[h]) racionem habencia sapiencie in supersticione et humilitate, et non ad parcendum corpori, non in honore aliquo divino, sed ad saturitatem carnis[8]), corde longe a Jhesu crucifixo existente[9]), longe[i]) autem in amore huius mundi et amicicia hominum huius vite occupato) simulachrum Priapi, id est omnem similitudinem regum et dominorum gen-

---

[a]) *ita A et ed.* [b]) *om. ed.* [c]) delitias *add. ed.* [d]) dignitatibus *ed.* [e]) nostre *corr.* nostri (?) *A;* nostri clerici *false ed.* [f]) luco *A.* [g]) id est *om. ed.* [h]) sunt quidem *om. ed.* [i]) prope *(sic) ed.*

[1]) *Rom. VIII. 7.* [2]) *Rom. VIII. 8.* [3]) *Joan. I. 17.* [4]) *Sap. I. 5* (auferet . . . sunt). [5]) *Eccli. XXIV. 24.* [6]) *Cf. Jacobi III. 17.* [7]) *Cf. Jacobi III. 15.* [8]) *Cf. Coloss. II. 23.* [9]) *Cf. Matth. XV. 8* (cor autem eorum longe est a me).

cium ad cupiditatem et abyssum fornicacionum suarum explendam, de quibus veritas preceperat, ne intrarent sanctuarium suum, dicens Luce XXII [1]: „Reges gencium dominantur eorum, et qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Vos autem non sic, sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor, et qui precessor est, sicut ministrator. Nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat.“ Et ideo planctus Jeremie maxime proprie, ymmo principaliter proprie applicatur nunc ecclesie sacrosancte [a]), dicens [2]: „Vide, domine, affliccionem meam, quoniam erectus est inimicus meus. Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius, quia vidit gentes ingressas sanctuarium eius, de quibus preceperas, ne intrarent in ecclesiam tuam. Omnis populus eius gemens et querens panem: dederunt preciosa queque [b]) pro cibo ad refocilandas animas suas. Vide, domine, et considera, quoniam facta sum vilis.“

Capitulum undevicesimum [c]).

[Pestis sacerdotum potissima, quod plus zelant pro hominibus quam pro deo, et potius ferunt blasphemiam in Christum quam vel minimum verbum contra papam] [d]).

Itaque cum videris fideliter et in veritate, quomodo magis timentur [e]) domini huiusmodi [f]), qui possunt dare aut nocere, quam Jhesus crucifixus, maior et crebrior sit inter nos sermo de ipsis, quam de Jhesu Nazareno, atque ipsorum gracia et affabilitas magis nos delectat, quam graciam obtinere seu suavem spiritum Jhesu, filii dei, prompcius mandata ipsorum et facilius exequimur, quam mandata Jhesu Christi, magis sunt verba ipsorum nobis recencia et nos monencia, quam verba Jhesu, Emanuelis: ymmo mandata et doctrine talium dominorum, quos tremimus et miramur, quia potentes sunt prodesse vel nocere, sunt nobis magis autentica et magis necessaria [esse] ecclesie sanctorum celebriter predicata, quam

---

a) sanctae *ed.* b) quoque *ed.* c) *ita A in marg.:* Cap.m XIX. d) *ita inscribit ed.* e) magis *add. A et ed.* f) huius *corr.* huiusmodi *A sup. lin. manu tenera auctoris.*

1) *Lucae XXII. 25—27.* 2) *Thren. I. 9—11.*

doctrina ewangelii et prophetarum; verum eciam in tantum, u iam ut deum ipsum timeamus ista mandata[a]) hominum, prou ista habes inferius magis inpinguata[b]) [1]), mandatis dei neglecti et minus ponderatis[c]), et si aliquod vel minimum inconvenien aut inhonestum vel culp[abil]e in verbo vel in facto nobis accideri in presencia nostrorum clarissimorum dominorum, magis erubescimus et dolemus, magis satisfacimus et emendamus modi nobis possibilibus, quam decies peccando coram Christo Jhesu in cogitatu, in verbo vel in operacione[d]), ymmo ista dissimulamu et pro illis sursum respicere[2]) libere vel apperte apparere ant dominorum nostrorum oculos non audemus, et securius hom audet loqui vel disputare de potestate Christi ve de ipsius secretis, quam de potestate et secretis nostrorum prelatorum, quoniam si quis diceret vel facere blasphemiam contra Jhesum crucifixum, omnino non esset, qu pro eo irasceretur vel doleret aut qui hoc[e]) puniret, sed s diceret quis vel faceret[f]) viloniam[g]) contra beatissimum papam sanctissimum dominum papam, vel regem serenissimum, au strennuum dominum militem, ab istis, qui cupiunt illis suis gloriosis et magnis[h]) dominis, plus quam deo, conplacere, non fugeret[i]) inpunitus; item si producamus in medium nostrum sermonem de talibus dominis et[k]) divitibus huius seculi, omnes attendunt[l]) et, verbis suis addendo, vix tandem possunt[m]) suos sermones terminare; sed si incipias in conventu nostro loqui de Jhesu Nazareno, contorquemus faciem nostram et corrugamus[n]) et muti efficimur, vix tandem[o]) finem sermonis advocamus[p]), vel prohibemus inpedimusque loquentem, nobis verba admodum tediosa non ferentes[q]), ut manifeste in nobis videas conpletum esse sermonem, qui dicit[3]): „Omnis spiritus qui solvit Jhesum ex deo non est, et hic est Antichristus, de quo audistis, quoniam veniet, et nunc in mundo est". Et subdit

---

[a]) istis mandatis *A et ed.* [b]) inferius declarata *ed.* [c]) *in marg add. A.* [d]) in opere *ed.* [e]) haec *ed.* [f]) vel faceret aliquid contra statutum papae vel regis aut principis ab illis, qui cupiunt ɔc. *ed.* [g]) viloniam *A pro* feloniam. [h]) gloriosis et magnis *om. ed.* [i]) fuerit *ed.* [k]) *om. ed.* [l]) absque tedio *add. recte ed.* [m]) *corr. seq. in A.* [n]) corrigamus *corr.* corrugamus *A.* [o]) tamen *ed.* [p]) expectamus *ed.* [q]) et non ferenda *ed.*

[1]) *v. infra c. 31.* [2]) *Cf. Lucae XIII. 11* (sursum respicere). [3]) *I Joan. IV. 3.*

ad propositum[1]): „Ipsi de mundo sunt, ideo de mundo loquuntur, et mundus eos audit. Nos ex deo sumus. Qui novit deum, audit nos. Qui autem non est ex deo, non audit nos". Cum autem contigerit esse presentes nos [f. 224[b]] in presencia nostrorum inclitorum dominorum, tunc ita libidinose ipsis adulamur et ita molliter loquimur et blande: Reverendissime, Serenissime, Beatissime, Sanctissime, infinitis vicibus iterantes, cum tremore caventes[a]), ne[b]) ullo verbo vel minimo offendamus, nichil aliud nisi molles et blandientes nos ipsorum esse feminas exhibentes, sicut scriptum est Ysaie LVII[2]): „Dilexisti stratum eorum manu aperta, et ornasti regio te unguento et multiplicasti pigmenta tua." Quando autem loquimur coram Jhesu vel cum Jhesu crucifixo in psallendo vel orando[c]), quam negligenter hoc faciamus[d]), quam evasive, quam sine timore et irreverenter, quis digne posset illud enarrare, cum tamen alias dicat scriptura[3]): „Quoniam rex omnis terre deus, psallite sapienter", et alibi[4]): „Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. Frustra autem colunt me, docentes doctrinas et mandata hominum", subaudis[e]) mangnatorum, ad[f]) quos sumus prorsus effusi.

Et ita cum summa diligencia exhibemus nos coram eisdem nostris inclitis huiusmodi[g]) dominis et gloriosis prudentes, docti, faceti et facundi, honesti et modesti, gaudentes[h]) pro eo maxime, quod sumus personati et eloquentes[i]), ut valeamus ipsis melius conplacere propter nostram propriam promocionem per ipsos et aput ipsos. Et ipsi domini nostri similiter in omnibus coram nobis, quemadmodum mulier fornicaria coram suo dilecto amatore[k]) et[l]) amator coram sua concubina. Ita dulciter ipsis dona nostra offerimus, ita iocunde nimis libita ipsorum perficimus, quemadmodum spiritus Jhesu de nobis prophetavit, dicens Eze[chielis] XVI. c.[m])[5]): „Habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo, et posuisti fornicacionem tuam omni transeunti, ut eius fieres. Et

---

[a]) canentes *A.* [b]) *om. ed.* [c]) aut praedicando *ed.* [d]) facimus *ed.* [e]) subaudi praelatorum *ed.* [f]) a *corr.* ad *A.* [g]) huius mundi *ed.* [h]) et gaudentes *ed.* [i]) et eis dilecti, quemadmodum ɔc. *ed., cet. om.* [k]) amasio *(sic) ed.* [l]) et e contra *ed.* [m]) XVI *in m. A manu auct.*

[1]) *I. Joan. IV. 5—6.* [2]) *Isaiae LVII. 8—9.* [3]) *Psalm. XLVI. 8.* [4]) *Matth. XV. 8—9.* [5]) *Ezech. XVI. 15—23.*

sumens de vestimentis tuis[a]), fecisti tibi excelsa, hinc inde consuta[b]), et fornicata es super eis[c]), sicut non est factum, neque futurum est[d]). Et tulisti vasa decoris tui de auro meo et de argento meo, que dedi tibi, et fecisti[e]) ymagines masculinas, et fornicata es in eis. Et sumpsisti vestimenta tua multicoloria, et vestita es eis. Et oleum meum et thimiama meum posuisti coram eis. Et panem meum, quem dedi tibi, similam et oleum et mel, quibus enutrivi te, posuisti in conspectu eorum in odorem suavitatis. Et factum est, ayt dominus deus. Et tulisti filios tuos et filias tuas, quas generasti michi, et ymmolasti eis ad devorandum. Numquid parva est fornicacio tua? Ymmolasti filios meos et dedisti, illos consecrans, eis. Et post omnes abhominaciones tuas et fornicaciones non es recordata dierum adolescencie tue, quando eras nuda et confusione plena et conculcata in sanguine tuo[f]). Et accidit post omnem maliciam tuam, vę, ve tibi, ayt dominus deus."

Nota hic, quod omnia hec verba et omnia puncta valde proprie et valde[g]) respiciunt et concernunt moderni seculi carnales christianos, et primum clericos yppocritas et sacerdotes. Exempli gracia veluti hoc, quod sequitur, cum dicitur[1]): „Et edificasti tibi lupanar", id est excogitasti tibi loca et tempora atque modos diligenter, quibus conplaceas[h]) illis magnis et gloriosis tuis dominis, vel quibus et per que applausum accursumque populorum tibi conparares. „Et [fecisti tibi] prostibulum in cunctis plateis", id est omnem pulchritudinem et splendorem corporalem solum ideo, ut homines, hiis talibus delectati et illecti, magis essent largi ad dandum et prompti ad collaudandum et pre aliis vicinis glorificandum talia loca et auctores ipsorum. Et quia omnia talia repleta sunt cupiditate et avaricia, ideo sequitur[2]): „Ad omne caput vie edificasti signum prostitucionis tue et abhominabilem fecisti decorem tuum. Et divisisti[i]) pedes tuos omni[k]) transeunti, multiplicasti omnes fornicaciones tuas", et cetera. Et istorum pedum habes intellec-

17) Nota *A*.

[a]) *ita biblia;* meis *A et ed.* [b]) consumpta *false A.* [c]) *ita biblia;* super eum *A.* [d]) *ras. seq. in A.* [e]) et fecisti *om. A;* tibi *add. ed.* [f]) *om. ed.* [g]) et valde *om. ed.* [h]) placeas *ed.* [i]) dimisisti *corr.* divisisti *A.* [k]) *corr. A.*

[1]) *Ezech. XVI. 24.* [2]) *Ezech. XVI. 25*

tum iam superius declaratum[1]). Et tunc multum ad propositum[2]): „Et fornicata es cum filiis Egypti, vicinis tuis, magnarum carnium“, id est, cum dominis[a]) secularibus et hominibus divitibus et potentibus in hoc mundo, sicut supra est expressum[3]). „Et multiplicasti fornicacionem tuam ad irritandum me.“

Capitulum vigesimum[b]).

[De ingratitudine sacerdotum erga Christum, qui sub illius praetextu ad divitias et gloriam provecti, nunc eum conculcant, diligentes gloriam hominum magis quam dei. Explanatio loci Ezechielis capite 17. et Isaiae capite 1][c]).

Verumptamen hanc materiam, puta quo modo subditi, ingrati facti piissimo Jhesu Christo, qui ipsos emit suo sanguine, abutuntur suis dominis divitibus et gloriosis, per quos anhelant suam cupiditatem adinplere, magis cum honesto enigmate et magis occulto[d]) spiritus Jhesu circumscribit Ezechielis XVII. [f. 225[a]]. Ubi postquam disseruit modo, quo dictum est superius[4]), de muliere fornicaria, tunc ita dicit[5]): „Et factum est verbum domini ad me, dicens: Fili[e]) hominis, propone enigma et narra parabolam ad domum Israel. Et dices: Hec[f]) dicit dominus [deus][g]): Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis et varietate venit ad Libanum et tulit medullam cedri. Summitatem frondium eius avulsit et transportavit eam in terram Canaan, in urbe negociatorum posuit eam. Et tulit de semine terre et posuit illud in terra pro semine, ut firmaret radicem super aquas multas: in superficie posuit illud. Cumque germinasset, crevit in vineam laciorem humili statura, respicientibus ramis eius ad eam: et radices eius sub illa erant. Facta est ergo vinea et fructificavit in palmites et emisit propagines. Et facta est aquilla altera[h]) grandis, magnis alis multisque plumis. Et ecce, vinea ista, quasi mittens radices suas ad eam[i]), palmites suos extendit ad illam, ut irrigaret eam de

[a]) diis *ed.* [b]) *ita A in marg.:* Cap.[m] XX. [c]) *ita inscr. in ed.* [d]) occulte *ed.* [e]) Filii *A; ita et infra omnibus locis.* [f]) Hec — deus *om. ed.* [g]) *ita biblia;* dominus *A, sed postea del.* [h]) alta *A; om. ed.* [i]) *corr. A.*

[1]) *v. supra c. 17, p. 74—75.* [2]) *Ezech. XVI. 26.* [3]) *v. p. 82, lin. 32; cf. etiam supra c. 17, p. 75.* [4]) *v. supra c. 19, p. 82.* [5]) *Ezech. XVII. 1—10.*

areolis germinis sui, que[a]) in terra bona super aquas multas plantata est, ut faciat frondes et portet fructum, ut sit in vineam grandem. Dic: Hec dicit dominus deus. Ergone prosperabitur? Nonne radices eius evellet et fructus eius distringet et siccabit omnes palmites [germinis] eius et arescet et non in bracchio grandi neque in populo multo, ut evelleret eam radicitus? Ecce, plantata est. Ergone prosperabitur? Nonne, cum tetigerit ventus urens, siccabitur et in areis germinis sui arescet"[b]).

Intellectus in grosso[c]) et in summa huius enigmatis est iste, iuxta predicta diffuse declarata: quod christiani, et primum clerici et sacerdotes, ubi deberent primum et ante omnia inquirere Christum Jhesum, suum verum et unicum dominum, ad eius manus solius respicere[1]) fide, spe et caritate, unum solum porro[d]) necessarium[2]) ab ipso et in ipso et ex ipso unico expectantes, id est beatam spem[3]) et salutem eternam suarum animarum, et dehinc habere respectum et humilem affectum ad suos prepositos, solum ad instanciam Christi Jhesu ipsis subiecti et ipsis obedientes, in nomineque Jhesu ipsos honorantes secundum institucionem et preceptum scripturarum, quemadmodum fecerunt christiani primi, et primum clerici et sacerdotes, per multa tempora ecclesie sacrosancte, in quibus et prepositi in suis subiectis et subiecti in suis superioribus non alia, quam ea, que Christi Jhesu erant, qui[e]) ipsos creavit et sanguine suo redemit, [erant] inquirentes[f]) fideliter: et ecce, nunc ibi, id est[g]) in eadem ecclesia, cupiditate nimis et iniquitate habundante et caritate multorum ad Christum crucifixum refrigerante[4]), factum est ex multis nimis et variis operacionibus sathane subtilissimis et[h]) apparentibus et per longam successionem et dilatacionem hominum amancium istum mundum, quod christiani, et primum clerici et sacerdotes, et subditi[i]) in suis prepositis et dominis in clericis et prepositi dominantes in clero non aliud querunt nisi, que sua sunt[5]), et suas cupiditatum fornicaciones adinplere et exercere modis variis, de

---

[a]) *om. biblia et ed.* [b]) sui arescet *in marg. A add.* [c]) gresso *(sic) ed.* [d]) quod est *ed.* [e]) quomodo *ed.* [f]) inquirebant *ed.* [g]) id est *om. ed.* [h]) operantibus *seq. in A, sed del.;* et non *ed.* [i]) et *seq. in A.*

[1]) *Cf. Eccli. XXXIII. 22* (respicere in manus). [2]) *Cf. Lucae X. 42:* „Porro unum est necessarium." [3]) *Cf. Tit. II. 13* (expectantes beatam spem). [4]) *Cf. Matth. XXIV. 12.* [5]) *Cf. Philip. II. 21.*

quibus longus sermo ante iam precessit et amplius infra deducetur[1]), domino Jhesu piissimo et unico fideli domino et deo vero, pro se crucifixo, facto quasi mortuo a corde et post suam carnem collocato, ymmo multis et variis criminibus blasphemato, secundum quod conqueritur, dicens Isaie I°[2]): „Audite, celi, et auribus percipe, terra, quoniam dominus locutus est: Filios enutrivi et exaltavi, ipsi autem spreverunt[a]) me. Cognovit bos possessorem suum et asinus presepe domini sui: Israel autem me non cognovit, populusque meus non intellexit. Ve genti peccatrici, populo gravi iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis. Dereliquerunt dominum, blasphemaverunt sanctum Israel, abalienati[b]) sunt retrorsum. Super quo percuciam vos ultra addentes prevaricacionem? Omne caput languidum et omne cor merens. A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas, et wlnus et livor et plaga tumens non est circumligata nec[c]) curata medicamine neque fota oleo. Terra vestra deserta, civitates vestre succense igni“, et cetera[d]).

Capitulum vigesimum primum[e]).

[Explanatio capitis octavi Ezechielis de promotione divitum et potentum in ecclesia. Et quibus artibus eludant ea, quae a piis doctoribus proponuntur][f]).

Quam[g]) iniuriam pati[a]tur Christus crucifixus a cupiditate et superbia christianorum, maiorum et minorum, prepositorum et subditorum, *Ezechiel* planius exprimit, ubi sic dicitur[3]):

(versus 5)[h]) „Fili hominis, leva oculos tuos ad viam aquilonis“, id est ad viam et ad modos christianorum, amatorum huius mundi, ubi Lucifer e regione Christi[i]) Jhesu sedem suam mox[k]) a principio nisus est collocare et omnibus conatibus suis fieri filio dei altissimo similis in gloria et honore, eo quod superbia eius ascendit semper[4]). Et propterea, quidquid[l]) [f. 225[b]] pulchritudinis et decoris conspicit in electis, omnibus

24) Ezechielis c° 8. b. *A alia manu coaeva.*

a) spernunt *ed.* b) alienati *ed.* c) ut *corr.* nec *A.* d) et cetera *om. ed.* e) *ita A in marg.:* Cap.m XXI. f) *ita inscribitur in ed.* g) *ita corr. ab editore.* Hanc *A et ed.* h) *add. ab editore, prout et in subsequentibus.* i) Christo *A.* k) *om. ed.* l) quicquid *ed.*

1) *v. supra c. 11 sq. et infra c. 22 et l. a.* 2) *Isaiae I. 2—7.* 3) *Ezech. VIII. 5.* 4) superbia ascendit, *cf. Isaiae XXXVII. 29.*

talibus suum investivit Antychristum, ut paulo post de aquili in sermone edicetur[1]. „Et levavi oculos meos“, id est intellectum suffultum a spiritu Jhesu, de quo alibi[2]: „Hiis autem fieri incipientibus [respicite et] levate capita vestra“, ad viam aquilonis“, id est ad consideracionem christianorum, quo replevit spiritus huius mundi cum universis spiritibus septem nequioribus[3], id est astucioribus ad decipiendum in spiritualibus nequicie in celestibus[4] pro eo maxime, si fieri poterit, u electi seducantur in errorem[5].

Sequitur[6]: „Et ecce, ab aquilone“, id est modo, quo conponuntur[a]) „porte introitus“ ad gradus et dignitates e ad sacrificandum in ecclesia deo. Et isti sunt viri dicti „port introitus“ in ecclesia constituti, per[b]) quos intratur ex ho mundo ad templum et ad altare, id est per ipsorum manuum inposicionem[7], id est ex parte illa[c]), qua mundi amatores[d]) [et diviciarum et honorum intrant ad gradus ecclesie sancte pe superiores, qui sunt amici huius vite. Et isti utrique, et qu intrant, et per quos intrant, sunt designati per atrium, quod es foris [ante] templum[8], de quo mandatum est a domino, n meciatur, quoniam datum est gentibus, id est moribus et ritibu gentilibus, in conculcacionem[9], nam tales, quos hic sermo de notat, scilicet amici huius mundi, sunt omnino similes paganis de quibus scriptum est[e]) [10]: „Hec omnia gentes inquirunt“[f])

Sequitur[11]: „Ydolum zeli“, supple locatum, „in ips introitu“, id est modo, quo superius dictum est, cupiditas carni [locat] abyssum libidinum „in fronte“ clerici[g]) vel sacerdotis, su baudi in fronte[12], id est prima et principali intencione. „Ydolum“ inquam, id est similitudo vel ymago omnis amoris et concupiscencie carnis, diviciarum et honorum; „zeli“, id est ire divin ex eo, quod inferunt alienum ignem ad thabernaculum federi

---

a) *ita ed.;* conpositum *A.* b) *sup. lin. add. A.* c) Jesu *(sic) ed.* d) nundinationes *ed.* e) *om. ed.* f) Ideo Psalm. dicitur: Deus, venerun gentes in haereditatem tuam, pollu. etc. *add. ed.* g) clerici — in front *om. ed.;* in fronte habens, id est. . .

1) *Ezech. VIII. 5.* 2) *Lucae XXI. 28.* 3) *Cf. Matth. XII. 45.* 4) *Cf. Ephes. VI. 12* (contra spiritualia nequitiae in caelestibus). 5) *C Matth. XXIV. 24.* 6) *Ezech. VIII. 5* (portae altaris). 7) *Cf. II. Timot. I.* 8) *de quo atrio v. Ezech. VIII. passim.* 9) *Cf. Matth. XIII. 30 et XX. 1* 10) *Matth. VI. 32.* 11) *Ezech. VIII. 5.* 12) *Cf. Apoc. XVII. 5* (Et i fronte eius nomen).

domini et volunt in eo et cum eo turificare, sacrificare et esse devoti[1]), habentes in omnibus radicem amaritudinis domino Jhesu sicuti fel draconum, vinum eorum venenum aspidum insanabile, habentes de vineis Sodomorum vinum suum et de suburbanis Gomorre[2]). Et quia hec sociant sancto spiritui[a]), in loco sancto presumptuose locant, ideo vehementer iram dei contra se provocant[3]). Ideo sequitur[4]):

(versus 6) „Et dixit ad me: Fili hominis, putasne[b]), vides tu, quid isti faciunt, abhominaciones magnas, quas domus Israel facit hic, ut procul recedam[c]) a sanctuario meo? Et adhuc conversus“, id est animadvertens intime eorum studia, „videbis abhominaciones maiores“, id est turpissimas res vel opera spurca hominum coniuncta rebus divinis et dignissimis indignissimas, et voluntarie copulare velle res ad invicem penitus inimicas et se invicem crudeliter deturpantes et destruentes, id est res divinas et celestes cum humanis inmundiciis[d]), puta caritatem cum cupiditate, veritatem cum ficcione, castitatem cum inmundiciis[e]), et sic de singulis. Sequitur[5]):

(versus 7): „Et introduxit me“, id est intellectum meum illustravit verbo suo et applicavit ad actus et studia ipsorum contemplanda, „ad hostium atrii“, intellige ut supra[6]), scilicet ad videndum illos, qui intrant ad gradus ecclesie, et illos, qui ipsos intromittunt[f]) et promovent. „Et vidi“, id est intellexi, „unum foramen“, id est argumentum evidens ipsorum cupiditatis et vanitatis, „in pariete“, id est conposicione extrinseca adinvencionum, doctrinarum et mandatorum hominum et omni exteriori[g]) legalitate ipsorum apparenti[h]), qua suam cupiditatem et amiciciam mundi huiusmodi[i]) contegunt et defendunt et obumbrant, ut nec spiraculum nec

---

[a]) spiritu *A.* [b]) -s- *sup. lin. add. A.* [c]) *ras. A.* [d]) vel stercoribus *add. ed.* [e]) evangelicam paupertatem cum avaritia *add. ed.* [f]) introducunt *ed.* [g]) exteriori *A et ed. loco* exteriore. [h]) apparente *ed.* [i]) *om. ed.*

[1]) ignis alienus *et* thabernaculum foederis *phrases biblicae esse probantur; cf. etiam Jerem. XVII. 26:* „portantes holocaustum et victimam, et sacrificium et thus, et inferent oblationem in domum domini.“ [2]) *Cf. Hebr. XII. 15 et Deuter. XXIX. 18 et Deuter. XXXII. 33 et 32.* [3]) *modus loquendi biblicus; cf. ex. gr. Job XXXVI. 13.* [4]) *Ezech. VIII. 6.* [5]) *Ezech. VIII. 7.* [6]) *v. supra p. 86.*

radius lucis valeat [ad] ipsos pertransire[a])[1]). Vel: „foramen vidi" id est defectum illorum, que[b]) huiusmodi promittunt[c]) in Christo vel loquuntur vel in facie ostentant, cum pietatem [non] video in eis ex omni parte et ordine et decenciam christianam et primum in sacerdote, sed e contrario invenio in omnibus eisdem solum simulacionem pietatis et virtutem ipsius abnegari. „In pariete" id est in multitudine talium nimia sibi invicem applaudencium et se confirmancium in id ipsum, puta quod bene stant, que ipsi faciunt.

Et accedit adhuc alius paries, scilicet communiter sic vivencium in amore huius mundi christianorum et precipue clericorum[d]), consuetudo, inquam, iam antiqua et condensata per ignoranciam sacrarum scripturarum, que talibus con[tra]dicit[e]) vel est redacta in levitatem et contemptum ex nimia ipsius contrectacione et familiaritate sine spiritu Jhesu crucifixi, et multitudo falsorum prophetarum, qui sunt similiter amici huius pacis in hac vita et nemini audent displicere, sed multis curant conplacere, verbum Christi dissimulantes vel tacentes vel secundum suum spiritum loquentes vel sua somnia[f]) et doctrinas hominum predicantes ob defectum verbi Christi atque relaxantes multipliciter rigorem penitencie et [f. 226[a]] timorem in populo christiano. Paries quippe hic est firmissimus eo, quod est[g]) multipliciter conpactus et conspissatus, paries, qui obnubilat et operit peccatores, qui in presenti in suis malis ipso se protegunt et excusant contra verbum veritatis. Dicunt enim: ,Quoniam homines sumus! Modo, inquiunt, talia faciunt sacerdotes magni et episcopi et reges ve religiosi.' Vel: ,Tamen ista faciunt communiter fere omnes, tunc deberent omnes dampnari. Nequaquam!' Vel dicunt[h]): ,Tamen[i] scriptura sacra habet nasum cereum (id est: est flexibilis et ad omnem intellectum vertibilis). Non est iste[k]) eius intellectus, quem tu dicis.' Vel dicunt: ,Quam multi sunt meliores doctores, magistri et solempnes predicatores et religiosi, qui omnes nichi

---

30) Nota *A alia manu coaeva.*

[a]) Et hoc faciunt colorate sub hypocrisi et sub specie pietatis. Ide Paulus dixit: Parietes dealbate. Actorum 23, [3] *add. ed.* [b]) qui *ed.* [c]) per mittunt *ed.* [d]) sacerdotum *ed.* [e]) condicit *(sic) A.* [f]) *corr. A.* [g]) *om. ed.* [h]) Nequaquam vero dicunt *ed.* [i]) Cum *ed.* [k]) *corr. A.*

[1]) *Cf. Job XLI. 7 (v. infra).*

illorum dicunt, que tu dicis, ymmo predicant illius oppositum. Utrumne tibi soli est credendum, dimissa multitudine proborum virorum, peritorum et religiosorum? Anne diu reliquit omnes alios spiritus domini et te assumpsit? Quem te ipsum facis[a]) [1])?'

Iste est funiculus triplex, qui difficulter[b]) rumpitur[2]), de quo propheta Ysaias V[3]): „Ve, qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis et quasi vinculum plaustri peccatum." Iste, inquam, sunt umbre, que[c]) se alterutrum protegunt ad protegendum Vehemoth[d]) in secreto calami dormientem, de quibus per plura est hic allegatum[4]). Istud est indumentum faciei Behemoth et corpus conpactum ipsius squamis sese prementibus, de quo scriptum est[5]): „Quis revelabit faciem indumenti eius et in medium oris eius quis intrabit? Portas wltus eius quis apperiet? Per gyrum dencium eius formido. Corpus eius quasi scuta fusilia, conpactum squamis sese prementibus. Una uni coniungitur et ne spiraculum quidem incedit per eas. Una alteri adherebit et tenentes se nequaquam separabuntur."

Plane iste est paries, de quo locutus est dominus per prophetam Ezechiel. XIII[6]): „Et factus est sermo ad me, dicens: Fili[e]) hominis, vaticinare ad prophetas Israel, qui prophetant: et dices prophetantibus de corde suo: Audite verbum domini! Hec dicit dominus deus: Ve prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, et nichil vident. Quasi wlpes in desertis, prophete tui, Israel, errant. Non ascendistis ex adverso neque opposuistis vos murum pro domo Israel, ut staretis in prelio in die domini. Vident vana et divinant mendacium, dicentes: Ayt dominus, cum dominus non miserit eos, et perseveraverunt confirmare sermonem. Numquid non visionem cassam vidistis et divinacionem mendacem locuti estis; et dixistis[f]), ayt dominus, cum ego non sim[g]) locutus. Propterea hec dicit dominus deus: Quia locuti estis vana et vidistis mendacium, ideo ecce, ego ad vos, ait dominus [deus]: Et erit manus mea[h]) super prophetas, qui viderunt mala[i]) et divinant mendacium: in con-

---

[a]) Exemplo Sedechiae ad Micheam *add. ed. et in marg.:* 3. Reg. 22. [b]) difficile *ed.* [c]) qui (?) *A;* quae *ed.* [d]) Behemoth . . . thalami *ed.* [e]) Filii *ita scribitur prorsus in A.* [f]) dicitis *biblia.* [g]) sum *ed.* [h]) *ras. praecedit in A.* [i]) vana *biblia.*

[1]) *Cf. Joan. VIII. 53.* [2]) *Cf. Eccle. IV. 12.* [3]) *Isaiae V. 18.* [4]) *Cf. Job XL. 16—17; vide supra, p. 21, 22, 27, 49.* [5]) *Job XLI. 4–8.* [6]) *Ezech. XIII. 1—9.*

silio populi mei non erunt et in scriptura domus Israel non scribentur: nec in terram Israel ingredientur. Et scietis, quis ego dominus deus.“ Et tunc ad propositum de pariete dicit[1]): „Eo quod deceperunt populum meum, dicentes: pax, pax, et non est pax. Et ipse edificabat parietem, illi autem liniebant eum luto“, — id est prophete et sacerdotes excusabant mores et consuetudines populi per infirmitatem carnis, vel[a]) „luto“, id est suis humanis suasionibus[b]), et faciebant hoc — „absque paleis“[c]), id est absque asperitate discipline Jhesu Christi et rigore iudiciorum divinorum.

Nam sicut palea non est pi[n]guis neque suavis, sed arida est[d]) et aspera in spicis, utilis tamen ad granum tritici[e]) in tantum, quod sine palea neque[f]) triticum neque ordeum neque ullum aliud utile in granis potest produci in suum esse vel ad perfectam maturitatem conservari: ita[g]) secundum apostolum Hebr. XII. c.[2]): ‚Omnis quidem disciplina“, aspera a principio et laboriosa, „in presenti videtur non esse gaudii, sed meroris, postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iusticie. Propter quod remissas manus et soluta genua erigite et gressus rectos facite pedibus vestris, ut non claudicans quis erret.“ Et sicut palea maxime est necessaria et connaturalis granis frumentorum ante perfectam maturitatem, sed depost abicitur et fit[h]) cibus iumentorum vel ad fomenta ignium: ita[i]) disciplina est maxime hominibus a puericia necessaria, sicut scriptum est Proverbiorum XXII.[3]): „Stulticia alligata[k]) in corde pueri, sed virga discipline fugabit illam.“ Disciplina, inquam, est maxime necessaria rudi populo, communi et[l]) carnali, quemadmodum palee iumentis, ad confortandum, sine qua populus nequaquam potest crescere vel conservari ad perfectam maturitatem, sicut nec iumenta sine paleis possunt crescere vel conservari[m]).

3) Nota, pari[e]s *A manu poster.*

[a]) cum *ed.* [b]) traditionibus et s. *ed.* [c]) temperamento *ed.* [d]) *om. ed.* [e]) conservandum *add. ed.* [f]) n3 *scribitur in A; aliis locis scribitur* n^c; neque *scribitur* neq3. [g]) sic vera disciplina ista *ed.* [h]) *ita ed.;* et s^t *A.* [i]) ita — necessaria *om. ed.* [k]) *ras. seq. in A;* colligata est *biblia et ed.* [l]) sit *biblia; om. ed.* [m]) Ideo Paulus dicit: Quod si extra disciplinam estis, non filii, sed adulterini estis. Judicum 19. Habentes paleas et fenum in asinorum pabulum. De quibus Rebecca dixit Gene. 24: Palearum et feni plurimum est apud nos. Quia multiplicem correpcionem sustinet ecclesia copulata Isaac, id est Christo *add. ed.*

[1]) *Ezech. XIII. 10.* [2]) *Hebr. XII. 11—13.* [3]) *Proverb. XXII. 15.*

Sequitur igitur[a]) ulterius de pariete, de quo sermo[1]): „Dic ad eos, qui liniunt parietem absque temperatura[b]), quod casurus est. Erit enim ymber inundans et dabo lapides pregrandes desuper irruentes et ventum procelle dissipantem. Siquidem ecce, cecidit paries [f. 223[b]], numquid non dicetur vobis: Ubi est litura, quam linistis? Propterea hec dicit dominus deus: Et erumpere faciam spiritum tempestatum in indignacione mea et ymber inundans in furore meo erit et lapides grandes in ira in consumacionem[c]). Et destruam parietem, quem linistis absque temperamento et adequabo eum terre et revelabitur fundamentum eius, et cadet et consumetur in medio eius. Et scietis, quia ego sum dominus deus, et complebo indignacionem meam in pariete et in hiis, qui liniunt eum absque temperamento. Dicamque vobis: Non est paries et non sunt, qui liniunt eum. Prophete Israel, qui prophetant ad Jerusalem et vident ei[d]) visionem pacis. Et non est pax, ayt dominus deus", et cetera[e]).

Capitulum vigesimum secundum[f]).

[Exclamatio in hypocritas et in quaestuarios monachos, qui venales habent missas, indulgentias et bullas, item alia sacramenta dei, qui ex pietate questum faciunt][g]).

Ex quibus congrue videtur ad modernos yppocritas exclamandum et dicendum: Ve, ve illis, qui faciunt[h]) multas promissiones in populis et excogitant atque adinveniunt multas iustificaciones peccatoribus, in quibus christiani, amici huius vite, requiescunt et in nocte dormiunt pacis et diviciarum sine rigore penitencie et discipline, donec in inferno oculi ipsorum apperientur, sepulti cum divite epulone[2]). Nam inmediate subditur[3]): „Ve, qui consuunt pulvillos sub omni cubito[i]) manus et faciunt cervicalia sub capite universe etatis ad capiendas animas. Et cum caperent

23) Promissio *A*.

a) *om. ed.* b) temperamento *ed.* c) consumptionem *ed.* d) eis *A et ed.*; ei *biblia.* e) et cetera *om. ed.* f) *ita A in marg.*: Cap.[m] XXII. g) *ita inscribitur in ed.* h) facit *corr.* faciunt *A in marg. manu auct.* i) cupito *corr.* cubito *A.*

1) *Ezech. XIII. 11—16.* 2) *vide Lucae XVI. 22.* 3) *Ezech. XIII. 18—19.*

animas populi mei, vivificabant animas eorum. Et violabant me ad populum meum propter pugillum ordei et fragmen panis, ut interficerent[a] animas, que non moriuntur, et vivificabant[b] animas, que non vivunt, mencientes populo meo credenti mendaciis."

Quapropter supra modum illis ve, qui faciunt tales promissiones et iusticias propter questum qualemcumque, veluti est promissio multarum indulgenciarum in suis festis vel locis, ut habeant per hoc nomen et pre aliis accursum et applausum populorum, promissio[c] multarum reliquiarum vel ymaginum magnarum virtutum aut similium, promissio litterarum ab omni pena et a[d] culpa, promissio[e] annorum iubileorum, presencium vel futurorum, promissio communionis fraternitatum[f] singularum et multorum bonorum ac magnorum, que per confratres exercentur cottidie pro peccatore adhuc in vita et pro anima eius post hanc vitam, promissio XXX missarum et multarum oracionum, multarum peregrinacionum et promissio multarum aliarum adinvencionum humanarum.

Que quidem singula nec facile possunt enumerari[g] nec sine offensione[h] simplicium nominari. Sicut etenim in nimio fervore libidinum carnis solet[i] contingere, quod ad tanta et talia peccata homines perveniunt[k] inhumana et contra naturam, que nominari non est phas vel[l] fieri ullam de ipsis mencionem ita et hic in fervore[m] cupiditatis avaricie in tanta cupidi perveniunt promissa et adinvenciones, quod non bene possunt exprimi sine offendiculo christiane pietatis. Et nisi dominus Jhesus crucifixus ad hoc meipsum perduxisset et spiritus eius, ut foderem parietem ad multitudinem abhominacionum, que in loco sancto committuntur et firmantur, scio, quod neque ista pauca et parvula fuissem ausus nominare, quoniam scio, quod nonnulli ex istis et aliis superius et inferius productis offendentur et[n] contra me irascentur.

---

[a]) *ita A;* interficarent *biblia.* [b]) vivificarent *ed. et biblia.* [c]) promissio — similium *om. ed.* [d]) *om. ed.* [e]) promissio — futurorum *om. ed.* [f]) et omnium orationum vel missarum vel aliorum bonorum, quae per confratres exercentur, et caetera *ita ed., ceteris omissis.* [g]) quae nec ipsi certi sunt, si acceptabilia sunt deo, imo plus odibilia deo *add. ed.* [h]) offensa *ed.* [i]) solent *(sic) A.* [k]) proveniunt *ed.* [l]) vel — mencionem *om. ed.* [m]) furore *ed.* [n]) et scandalisabuntur, specialiter duces caeci contra veritatem irascentur *ed.*

Que quidem, licet omnia munda mundis[1]) et cooperentur ad bonum[2]) hiis[a]), qui dominum Jhesum diligunt[b]), tamen populo carnali, amatori huius mundi, construunt[c]) parietem predictum, et illi, qui talia multiplicant et promittunt[d]), liniunt parietem absque temperamento, et consuunt cervicalia sub omni capite et cubito[3]), quoniam homines christiani, existentes ex corde amici huius mundi, stabiliter credunt, quod per ista salvabuntur et accipient remissionem peccatorum sine digno fructu penitencie et divine caritatis, blandiunturque sibi in talibus et non tremunt a facie iusticie divine[e]), neque festinant directe et inmediate ad deum et dominum Jhesum crucifixum, neque satagunt esse grati ipsius doloribus et passionibus pro eorum[f]) peccatis.

Ideo mox consequenter subditur in propheta[4]): „Propter hoc hec dicit dominus deus: Ecce, ego ad pulvillos vestros, quibus vos capitis animas volantes, et dirrumpam eos de brachiis vestris[g]) et dimittam[h]) animas, quas vos capitis, animas ad volandum. Et disrumpam cervicalia vestra et liberabo populum meum de manu vestra neque erunt ultra in manibus vestris ad predandum. Et scietis, quia ego dominus".

[f. 227a] Et quoniam ex talibus audicionibus et adoracionibus populus pauperum[5]) ingemiscit[i]) et frangitur in sua confidencia, eo quod est inbecillis ad talia magna et sumptuosa promissa assequendum, vel propter paupertatem, vel propter occupacionem continuam, vel alia similia multa — et alii, eciam hiis obnubilitati quasi luto[k]) multo silvarum, pauperes plebis et simplices non curant et nesciunt fugere ad unicum solum dominum, Jhesum crucifixum, pro auxilio in tempore oportuno: ideo additur in propheta[6]): „Et scietis, quia ego dominus. Pro eo, quod merere fecistis cor iusti mendaciter, quem ego non contristavi, et confortastis manus impii, ut non reverteretur a via sua mala et viveret: propterea vana non videbitis

---

15) Nota *A m. auct.*

[a]) iis *ed.* [b]) qui perspicaci animo per parietem inspiciunt *add. ed.* [c]) obstruunt *ed.* [d]) salutem *add. ed.* [e]) *om. ed.* [f]) ipsorum *ed.* [g]) *om. biblia.* [h]) *corr. A.* [i]) et gemiscit *ed.* [k]) luco *ed.*

[1]) *Cf. Tit. I. 15.* [2]) *Cf. Rom. VIII. 28.* [3]) *Cf. Ezech. XIII. 14. 18.* [4]) *Ezech. XIII. 20—21.* [5]) *nota bene, quam pulcherrime de „populo pauperum" auctor hic loquatur; cf. etiam paululum supra.* [6]) *Ezech. XIII. 21—23.*

et ad[a]) divinaciones non divinabitis[b]) amplius. Et eruam populum meum de manu vestra, et scietis, quia ego dominus."

Unde mirandum deberet esse, ad quid est perventum temporibus in modernis, quod iste tales liniciones parietis mistice et nocentissime supradicte et ille tales promissiones blande peccatoribus vel amicis huius vite christianis ad tantum lucrum et questum nobis, clericis et sacerdotibus, pervenerunt[c]). Taceo modo, ut supra [p. 18] dixi, de religiosis, quia in illis est supra modum nimis illa videre et inpudice et manifeste, quod iam petitis literis quibusdam a superioribus suis vel a papa commendaticiis[d]), publice questuarii predicatores eloquentissimi[e]) et electi ad emungendum pecunias a simplicibus currunt fere ubique et discurrunt, multa peccatoribus rudibus et maxima promittentes, sed tantum illis, qui ipsis pecunias dant vel promittunt se daturos. Et in tantum inpudice illud faciunt, ut manifeste sermones convertant per totum ad pecunias habendas, et manifeste exigunt pro absolucionibus[f]) vel aliis huiusmodi, et contra non promoventes ipsos in eo irascuntur. Et super istis colleccionibus pecuniarum, per promissiones multas et magnas et per[g]) auctoritatem episcopalem absolvendi et per oraciones et per talia mirabiliter et subtilissime excogitata et per avariciam abhominabiliter[h]) exercita, fundant nova templa magnorum sumptuum, incipiunt[i]) alia magna opera et insignia in populis, ut haberent multam materiam simplices adeundi et suos sermones pecuniarum lucrativos fabricandi, inquientes, quod omnis, qui ipsis contribuerit munifice, erit particeps fraternitatis tocius ipsorum, ubi tanta bona fiunt cottidie, tot misse, oraciones[k]), quod vix vel raro sit possibile quemquam dampnari, cui datum est esse participem illorum bonorum, quod homo per modica tributa potest, si velit, adipisci, et infelix esset, qui pro tam modico temporali tantum spirituale et inmensum non curaret adipisci. In quibus talibus questuum cupidis collecccionibus quanta fiant promissa inutilia peccatoribus, quam mendacia, quanta vana, quante iniurie Jhesu crucifixo in suo populo christiano, quis digne poterit describere vel[l]) enarrare?

---

11) Nota totum de questuariis *A in calce fol. super.*

a) *om. biblia.* b) deviabitis *ed.* c) pervenerit *ed.* d) mendaciis *ed.* e) *corr. A.* f) confessione, missis et *add. ed.* g) magnas fingunt *ed.* h) et a. exercitata *ed.* i) et i. *ed.* k) tot o. *ed.* l) aut *ed.*

Verumptamen illam scripturam oportet producere, que valde ad hoc propositum ita dicit Ecclesiastici XXIX[a])[1]): „Repromissio nequam[b]) multos perdidit diligentes et commovit illos quasi fluctus maris. Viros potentes girans migrare fecit[c]), et vagati sunt in gentibus alienis. Peccator transgrediens mandata[d]) dei, incidet in promissionem nequam, et qui conatur multa agere, in iudicium[e]). Recupera proximum secundum virtutem tuam, et attende tibi, ne incidas. Inicium hominis vite, aqua et panis et vestimentum et domus protegens turpitudinem. Melior est victus pauperis sub tegimine asserum, quam epule splendide in peregre[f]) sine domicilio. Minimum pro magno placeat tibi et inproperium peregrinacionis non audies. Vita nequam hospitandi de domo in domum, et, ubi hospitabitur, non aget[g]) fiducialiter, nec aperiet os. Hospitabitur et pascet et potabit ingratos, et adhuc amara audiet. Transi, hospes, et orna mensam", et cetera.

Ista omnia verba et singula quam proprie respiciunt istos questuarios clericos et sacerdotes[h]), quos avaricie cupiditas ita facit inconstantes et nimis nocentes Christi Jhesu pauperibus mendicis in plebibus christianis, quorum victum emungunt usque ad sanguinem atque commedunt carnes sanctorum bibuntque sanguinem martirum Jhesu crucifixi. Et propterea notanter Sapiens, postquam multa de misericordia et elemosinis disseruit in populo, agit[i]) de hiis, que extirpant elemosinas sanctorum et opera misericordie destruunt in populo per suum discursum et sua ficticia[k]) et promissiones[l]) ingratas[m]) et importunas et impudicas extorsiones[n]) pecuniarum a carnalibus christianis, prout in scriptura eiusdem Sapientis[2]) inmediate est videre manifeste, et cetera[o]).

---

8) Nota *A.*

a) XXIX. *A in m. repetitur.* b) nequissima *biblia.* c) facit *false A.* d) mandatum *biblia.* e) Et infra: Melior oc., *ita ed., cet. om.* f) *ita biblia;* in pariete *A et ed.* g) agit *A.* h) necnon monachos fratres excogitatos a satana *add. ed.* i) ait *ed.* k) *corr. A.* l) et suas fictas promissiones *ed.* m) *om. ed.* n) ingratas *add. ed.* o) et cetera *om. ed.*

1) *Eccli. XXIX. 22—31.* 2) *v. infra Eccles., l. c.*

Capitulum vigesimum tercium[a].

[Insignis narratio de admirabili vocatione Joannis Hus (sic) Et de triplici perfossione mystica parietis Antichristi, praedicando, consulendo, scribendo][b].

[f. 227[b]] Nunc igitur iterum reddeundo ad propositum de abhominacione[1], sequitur in propheta, ubi supra[2]:

(versus 8). „Et dixit ad me“, id est intima veritate et invincibili mihi suggessit dominus per suum spiritum: „Fili hominis, fode parietem“, id est penetra intime[c]) consuetudines et affirmatas facciones hominum et corpus peccati vel opera Sathane[3]), penetra, inquam, acuta discussione illorum et gladio spiritus, quod est verbum dei in scripturis[4]), de quo scriptum est Hebr. IIII[o] [5]): „Vivus est sermo dei et efficax, [et] penetrabilior omni gladio ancipite, conpagum quoque et medullarum scrutator et discretor cogitacionum, pertingens usque ad divisionem spiritus et anime“, id est affeccionum in homine que sunt a spiritu sancto, et affeccionum, que sunt a carne ad hunc mundum.

Sequitur[6]): „Et cum perfodissem parietem“ ad talem intellectum, ut iam dictum est.

Ubi, puto, esse notandum, quod quamdiu circumdabat me prefatus paries spissus et obnubilabat[d]), eram appetitu[e]) huiuscemodi[f]) captivatus, sopitus[g]) dulciter quiescebam, omnibus nisibus festinans in tabernaculis depictis splendide habitare, sicut homo moratus in convivio, nichil aliud, nisi que parent oculis et aures oblectant, cogitans vel perpendens, donec domino Jhesu placuit de medio parietum tamquam torrem de medio ignium eruere[7]), eciam[h]) multociens me nequissimo servo mearum cupiditatum inportune reluctante, quasi Loth contra angelos, cum

---

5) Nota totum *A in calce fol. super. et alia manu (auct.?) in marg.* Nota bene. 28) Nota *A alia manu.*

a) *ita A in m.:* Cap. XXIII. b) *ita add. ed.* c) intimas *ed.* d) aerem *add. ed.* e) *A corr. in m.:* aperientes. f) eram a. h. m. *om. ed. signis * * relictis.* g) sopitusque *ed.* h) et *ed.*

1) *v. supra c. 21.* 2) *Ezech. VIII. 8.* 3) *Cf. Rom. VI. et I. Joan. III. 8.* 4) *Cf. Ephes. VI. 17:* „gladium spiritus, quod est verbum dei.“ 5) *Hebr. IV. 12 (libere allatum).* 6) *Ezech. VIII. 8.* 7) *Cf. Amos IV. 11* „quasi torris raptus ab incendio.“

ipsum de Sodome[a]) incendio liberabat[1]), et introduxit me in domum luctus, adversitatis magne, late[b]) infamie et contemptus. Tunc demum, [quando] factus pauperculus, contritus et tremens ad verbum dei[2]), cepi mirari veritatem scripturarum sanctarum, quam necessario et inflexibiliter continue in omnibus et in singulis ad unguem usque inpleantur[c]), tunc, inquam, demum mirari incepi altitudinem Sathane nimiam, et quod[d]) vehementer nebula sua unctuosa obtexit omnem carnem et obstrinxit[e]) oculos eciam spisse sapientum et deus huius seculi eosdem excecavit[3]). Et tunc maxime piissimus Jhesus crucifixus apperuit michi sensum[f]), ut intelligerem scripturas[4]), huic tempori congruentes, elevavitque mentem meam, ut congnoscerem homines absorbtos a vanitate. Et tunc legens, intellexi lucide et proprie abhominacionem desolacionis stantem late, nimis alte et firmiter in loco sancto[5]). Et exhorrui valde et arripuerunt me rugitus cordis mei vehementer et continuati usque nunc et per totum. Et assumpsi lamentaciones Jeremie et frequentavi ipsas, et inter vestibulum et altare[6]) omnes alios, quos potui, adortans et provocans ad plorandum pro malis, que sunt in Jerusalem, filia mei populi[7]).

Et ingressus est in me, id est in pectus meum, quidam ignis, eciam corporaliter sensibilis, novus, fortis et inusitatus, sed valde dulcissimus, continuatus[g]) usque modo. Et semper tanto magis succenditur, quanto magis elevor in oracione ad deum et dominum Jhesum crucifixum. Et numquam recedit vel remittitur[h]), nisi quando obliviscor Christi Jhesu, vel[i]) quando in verbis vanis occupor, vel quando relaxo disciplinam in comedendo vel potando. Et tunc mox obnubilor notabiliter et effi-

21) Nota *A alia manu.*

a) Sodoma *corr.* Sodome *A.* b) latae et *ed.* c) impleatur *ed.* d) quam *ed.* e) obstruxit *ed.* f) aurem *ed.* g) et c. *ed.* h) *corr. A.* i) vel — occupor vel *om. ed.*

1) *vide Genes. XIX. 16.* 2) *Cf. Isaiae LXVI. 2:* „Ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum et contritum spiritu et trementem sermones meos?“ 3) *Cf. II. Cor. IV. 4:* „In quibus deus huius saeculi excecavit mentes infidelium.“ 4) *Cf. Lucae XXIV. 45:* „Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas.“ 5) *Cf. Matth. XXIV. 15.* 6) *Cf. Joel II. 17:* „Inter vestibulum et altare plorabunt sacerdotes ministri domini.“ 7) filia Jerusalem, *cf. Thren. II. 13. 15;* filia populi mei *crebrius in biblia occurrit; cf. etiam Thren. IV. 6:* iniquitas populi mei.

cior inutilis[1]) ad omne opus bonum, usque quo iterum tot corde et summis anhelitibus et lamentis convertor ad Christui Jhesum, dominum verum et regem terribilem[a]) et iudicem di strictum ac vindicem malorum, primum[b]) in factis meis, et omni indiscipline[c]) usque ad novissimum verbum ociosum et usqu ad cogitacionem, que est sine intellectu[2]); et invenio, quod ips est solus in veritate ille deus et dominus, qui mandavit mar data sua custodiri nimis[3]); et contremisco a iudiciis suis, qui tar subito deducit ad inferos pene dampni et reducit ad statur gracie[4]). Et tunc redditur[d]) michi predictus ignis et statuit iterum hominem meum interiorem super pedes[5]) paratum ad omn opus[f]) rectum[6]).

Et tunc suggestum accipio istud, quod iam scribo et dic tum inveni[7]): „Fili hominis, fode parietem." Et obedivi vo Jhesu[g]), dei mei, et fodi eum tripliciter, scilicet cottidie a wlgus[h]) predicando, continue confessiones[i]) audiendo[k]) et ist conscribendo cum magna solicitudine, in die et in nocte, indu bitanter hoc sciens, quod, si hoc opus meum fuerit ex homin destruetur[8]); et tunc gaudebo et multum gratulabor[l]), quod de struetur, quia „caro non prodest quidquam"[m])[9]), et „sapienci carnis inimica est deo, legi enim [f. 228[a]] dei non est subiect neque enim potest, et qui in carne sunt, deo placere non pos sunt"[10]). Quapropter libenter gaudebo, si hoc opus sit tantur ab homine existens et destruetur, quoniam scriptum est, quo spiritus sanctus posuit nos in edificacionem, non in destruccio nem[11]). Si autem hoc opus ex deo fuerit et spiritu Jhesu cruc fixi, tunc iterum scio, quod inpediri non poterit quoquo mod licet[n]) instanciam paciar[o]) et ipsum meum opus, ut sic domi Jhesu veritas magis refulgeat magisque divulgetur, sicut scrip

---

[a]) ad Chr. J. verum medicum *ed.* [b]) verum *ed.*; meis *corr. ab ed. lo* suis. [c]) disciplinae *ed.* [d]) reddit *ed.* [e]) hominis interioris pedes me supra petram paratum esse &c. *ed.* [f]) tempus *corr.* opus *A.* [g]) *om. ed.* [h]) wlnus *corr.* wlgus *A.* [i]) confovens *(sic!) ed.* [k]) consulendo *add. ed.* [l]) congratulabor *ed.* [m]) quicquam *ed.* [n]) non licet *ed.* [o]) patiatur *e*

[1]) simul inutiles facti sunt, *cf. Psalm. XIII. 3 et LII. 4.* [2]) *Cf. Sap. I.* [3]) *Cf. Psalm. CXVIII. 4.* [4]) *Cf. I. Reg. II. 6.* [5]) *Cf. Ezech. II.* „Et ingressus est in me spiritus, postquam locutus est mihi, et statuit me su pra pedes meos." [6]) *Cf. Proverb. XXI. 8* (rectum opus eius). [7]) *Ezec VIII. 8.* [8]) *Cf. Act. apost. V. 38:* „si ex hominibus consilium hoc aut opu dissolvetur." [9]) *Cf. Joan. VI. 64.* [10]) *Cf. Roman. VIII. 7–8.* [11]) *C II. Cor. X. 8.*

tum est[a])[1]): „Ante reges et presides ducemini propter nomen meum, continget autem hoc vobis in testimonium et gentibus." Confido autem in deum vivum, quod „arma milicie nostre in hoc opere non sunt carnalia, sed potencia deo ad destruccionem, inimicorum[b]) consilia destruentes, eciam[c]) omnem altitudinem extollentem se adversus scienciam dei et in captivitatem redigentes omnem intellectum in[d]) obsequium Christi, eciam in promptu habentes omnem ulcisci inobedienciam[e]), cum inpleta fuerit nostra[f]) inobediencia. Que secundum faciem sunt, videte. Si quis confidit sibi se esse Christi, hoc cogitet iterum aput se, quia sicut ipse Christi est, ita et nos"[2]). Cum ego, coram deo loquens et Christo Jhesu[3]), habens testem spiritum Jhesu, audeo confidere, confidenter audeo ista dicere, equum et salubre e[s]t tibi de me[g]) non diffidere et me facile non condempnare. Et pro istorum, que dicuntur, probacione aput te solum et maxime inploro iustum iudicium[h]) et in spiritu Jhesu Christi. Quodsi quisquam me secundum carnem iudicet et secundum accepcionem personarum[4]), illud iudicium michi est pro minimo, sed neque siccine me ipsum iudico, habens prope eum, qui me iudicat, deum et Christum eius, in quem confidit anima mea[i])[5]).

Capitulum vigesimum quartum[k]).

[Vocatus a deo Hus (sic), coniicit se in discrimen pro verbo dei, et deiectus animo, rursum scripturis propheticis consolatur se et revelat maliciam et abominationem omnium vitiorum, quae regnant in clericis magis quam in omnibus aliis hominibus][l]).

Sequitur in propheta[m])[6]): „Et cum perfodissem parietem, apparuit hostium unum", id est inveni michi

---

a) *lacuna seq. in A.* b) *corr. in m. alia manu A.* c) et *ed.* d) eciam *corr.* in *A.* e) obedientiam *(sic) ed.* f) vestra obedientia *ed.* g) tibi, domine *ed.* h) et i. in *ed.* i) *phrasis* Sequitur (Et s. *ed.*) in propheta *ponitur in A et ed. ante cap. XXIV.* k) *ita A in m.:* Cap. XXIIII. l) *ita inscribitur in ed.* m) *in cod. A ponitur in fine cap. praecedentis.*

1) *Matth. X. 18:* „Et ad praesides et reges ducemini propter me in testimonium illis et gentibus." 2) *II. Cor. X. 4—7.* 3) *Cf. II. Cor. XII. 19.* 4) *Cf. Joan. VII. 24:* „Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate", *et VIII. 15:* „Vos secundum carnem iudicatis", *et I. Petri I. 17:* „qui sine acceptione personarum iudicat." 5) *Cf. Psalm. LVI. 2:* „Miserere mei deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea." 6) *Ezech. VIII. 8.*

dilatatam noticiam veritatis[1]) in sacra scriptura a presens tempus respicientis per directum et eloquenti omnem habitudinem presencium clericorum et sacerdotum nimi limpide et adequate, omnes mores et studia christianorum i disposicionem currencium nunc dierum ita, quod fateor, quod ubicumque converti me ad[a]) absconditas figuras cum previa a dominum Jhesum oracione in ewangelio vel prophetis, inver michi apertum hostium miro modo distincte ad presens tempu et loquens[b]) singulariter ad presentes clericos, monachos et sa cerdotes. Quapropter recordans illius dicti Pauli, in quo dicit[2]) „Propter ewangelium Christi cum michi ostium apertum esse [in domino]“, „non habui requiem spiritui meo“, predicando, scri bendo, instando inportune oportune[3]) in medio summorum sa cerdotum[4]) et clericorum. Propter quod „veni in altitudinen maris, et tempestas demersit me“[5]) et in medium oris Leviatan intravi[6]), et detinuit me et deglutivit me et devoravit me, done dominus Jhesus iubeat in mari pisci, ut me evomat[7]). Et ego „laudans invocabo dominum et ab inimicis meis salvus ero“[8] „qui exaltat me de portis mortis, ut anuncciem omnes lauda ciones eius in portis filie Syon“[9]). — Sequitur[10]):

(versus 9) „Et dixit ad me“, id est errexit me, pusilla nimem et timidum, in intimis confortans[c]). Et recordatus sum verborum Michee sancti prophete dicentis III° capitulo[d]) [11]): „Ve rumptamen repletus ego sum fortitudine spiritus domini, iudici et virtute, ut anuncciem Jacob scelus suum et Israel peccatum suum. Audite hec[e]), principes domus Jacob et iudices domu Israel, qui abhominamini iudicium et omnia recta pervertitis Qui edificatis Syon in sanguinibus et Jerusalem in iniquitate Principes eius in muneribus iudicabant et sacerdotes eius in mercede docebant et prophete eius in pecunia divinabant e super dominum requiescebant, dicentes: Numquid non domi nus in medio nostrum? Non venient super nos mala“, et cetera si placet, omnia valde[f]) ad propositum, ita quod[g]) ille pro

23) Nota bene Michee (verba) *A alia manu.*

a) et *A et ed.* b) loquentis *A;* loquentes *ed.* c) me *add. ed.* d) III° capitulo *om. ed.* e) hoc — quia *biblia.* f) *om. ed.* g) Itaque *ed*

1) *Cf. Hebr. X. 26.* 2) *II. Cor. II. 12—13.* 3) *Cf. II. Tim. IV. 2* „Praedica verbum, insta opportune, importune.“ 4) *crebra phrasis biblica.* 5) *Psalm. LXVIII. 3.* 6) *Cf. Job XLI. 4.* 7) *Cf. Jonae II. passim.* 8) *Cf. Psalm. XVII. 4.* 9) *Cf. Psalm. IX. 15.* 10) *Ezech. VIII. 9.* 11) *Micheae III. 8—11*

phetie omnes videntur et[a]) in summo gradu adinpleri et ultimo, in isto tempore habundancie iniquitatis, postquam alius peior populus iam non est expectandus, quoniam iam omnem[b]) et summum gradum iniquitatis et malicie „filius iniquitatis“ et „filii perdicionis“ [1]), id est ypocrite, adinpleverunt et attigerunt contra Jhesum crucifixum et eius ecclesiam unicam, dilectam et gloriosam[c]).

Ideo sequitur[2]): „Ingredere et vide abhominaciones pessimas, quas isti faciunt hic.“

Quemadmodum supra dictum est[3]), nisi quis exutus a vanitate, pergat videre studia et fructus amicorum huius mundi, non videbit abhominabilia fieri in templo domini, quoniam omnia, que foris parent[d]) ypocritarum, sunt conposita et honesta et nullum accessum ad reprehendendum paciuntur. Sed si studia et fructus ipsorum datum fuerit cuiquam subtiliter iudicare et verbo scripturarum [f. 228b] applicare et veritati vite et doctrine Jhesu Christi adequare, tunc videbit „abhominaciones pessimas“ in medio multam habere stacionem. Veritas namque vite et doctrine Christi et ipsius apostolorum multum discernit nostram simulacionem presencium clericorum et sacerdotum, sicut habes multa de hoc posita in tractatu primo huius et secundo per totum et tercio[4]). Itaque[e]) nos clerici et domini sacerdotes, licet non modice in templo dei possumus congnosci a sapientibus[5]), quales sumus, per gestus nostros inpudicos et indevotos, sicud in aquis[6]), quia scriptum est[7]): „Prodiit ex adipe iniquitas eorum, transierunt in affectum cordis“, tamen magis congnoscimur per nostros conatus primos et principales et secundum hoc [per] studia[f]) nostra cottidiana in illis et per ea, in quibus conversamur tota die. Si illa, inquam, diligenti examine fuerint ab homine spirituali, qui[g]) omnia diiudicat ab alto et intus, inspecta[8]), tunc latere nequibit de foris id, quod in-

---

a) *om. ed.* b) *lacuna pro una voce adinplenda seq. in A.* c) sponsam *add. ed.* d) apparent *ed.* e) Ita quod *ed.* f) secundum haec studia *ed.* g) *ras. A.*

1) *Cf. Psalm. LXXXVIII. 23* (filius iniquitatis) *et Joan. XVII. 12* (filius perditionis). 2) *Ezech. VIII. 9.* 3) *v. supra p. 87.* 4) *v. vol. I. II. et III., passim (in indice s. v.: Hypocritae).* 5) *Cf. Lucae II. 46.* 6) *Cf. Proverb. XXVII. 19.* 7) *Psalm. LXXII. 7.* 8) *Cf. I. Cor. II. 15:* „Spiritualis autem iudicat omnia.“

tus mentem principaliter occupavit, abhominaciones pessimas[a]) secundum intellectum superius positum [1]).

Verum tamen, quia dicit „abhominaciones pessimas", pro eo est advertendum, quod, sicut infra lacius dicetur [2]), tanto maior et peior fit coram deo abhominacio, quanto magis res preciosissima, mundissima et dignissima coniungitur violenter et admiscetur rei villissime, spurcissime[b]) et indignissime, sicut si horrendum stercus poneretur superbe et ex contemptu ad cibum vel ad os maximi et optimi regis, dum sedet in sede magestatis sue [3]). Modo quia sic est, quod nos clerici et sacerdotes [sumus] res summe bonitatis et dignitatis, quia[c]) res summe divinitatis[d]) contrectamus et sumus vasa ipsorum[4]), ergo cum sumus mali et si sumus voluntarie spurci, facimus horrendam mixcionem vel conposicionem, quantum in nobis est, et per consequens pessimas abhominaciones coram Jhesu, pio deo.

Et pro eo dicitur multum notanter: „Quas isti faciunt hic", id est in loco sancto et dignissimo. Et non nominat nos hic verbum dei ad ostendendum iram magnam, eo quod non noscat nos ita „reprobos circa fidem" [5]) et circa nostrum officium abhominabiles secundum aliam scripturam, que dicit [6]): „Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus nec memor ero nominum eorum per labia mea." Et iterum Matei VII [7]): „In die illa multi dicent michi: Domine, domine, nonne in nomine tuo prophetavimus et in nomine tuo demonia eiecimus et in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis: quia numquam novi vos. Discedite a me omnes, qui operamini iniquitatem."

Et idcirco dico, quod omnis ista scriptura in veritate nos, christianos yppocritas pessimos, et primum clericos et sacerdotes, respicit simpliciter et de plano, quia non gentiles, non Judei umquam fecerunt abhominaciones tantas coram domino Jhesu et tam pessimas, quemadmodum nos christiani, et primum sacerdotes carnales.

---

29) Nota, clerice *A alia manu.*

a) pessimae *ed., cet. om. usque ad vocem* pessimas. b) spurcissime, *infra* spurci *ed.* c) quia — divinitatis *om. ed. (sic).* d) bonitatis *corr.* divinitatis *A.*

1) *v. supra c. 21.* 2) *v. infra c. 25.* 3) *Cf. Matth. XIX. 28* (sedere in sede m. s.) 4) *Cf. Act. IX. 15* (vas electionis). 5) *Cf. II. Tim. III. 8.* 6) *Psalm. XV. 4.* 7) *Matth. VII. 22—23.*

Grave namque est hoc, quod dicitur notanter „hic“, id est in medio Christi Jhesu, supple „abhominaciones pessimas faciunt.“ Nullus nempe dubitat fidelis et sacerdos, quod a veritate pro christianis dictum est[1]): „Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in eo.“ Cum igitur christianus, et maxime sacerdos[a]) manducans corpus Christi et sanguinem quasi cottidie, plenum divinitate corporaliter[2]), et per hoc manens corporaliter[b]) modo suo in Christo et Christus in eo, facit[c]) voluntarie abhominabilia, quis potest dicere aut[d]) cogitare, ille abhominaciones quam sint pessime et quam graves? Si enim quis christianus, et precipue cuius fidei est commissum, ut esset custos et dispensator sacramentorum, quasi amico singulari dei et servo fideli et prudenti[3]), si, accepto corpore Christi Jhesu, ex superbia et voluntarie proiceret ipsum canibus et scrophis[4]), vel proiceret ipsum[e]) ad stercora et conculcaret[f]), vel ex contemptu et ira contra Jhesum, accepto stercore horribili, ipsum inponeret ad[g]) calicem in missa[h]) in conspectu totius christianitatis coram deo et angelis[i])[5]), potesne cogitare, quanta esset ista iniuria, quam pessima esset abhominacio facta a christiano, et maxime ab eo, qui fuit ex bonitate dei inter amicos gratus receptus et reputatus, amicos[k]) Christi veri dei, puta sacerdotes? Tanta ininiuria et in infinitum maior et peior abhominacio fit omni die Christo Jhesu, cum nos, sacerdotes in Christo Jhesu manentes et ipse in nobis[l]), voluntarie inique agimus vel hunc mundum amamus, contrarium valde et abhominabilem Jhesu Christo. Propterea scriptum est[6]): „Nolite sanctum dare canibus neque proicere margaritas ante porcos.“ Et quam maxima sit nostra dampnacio talium huiusmodi, Paulus exprimit [ad] Hebreos X. e.[7]): „Voluntarie

---

11) Nota *A alia manu.* 25) Nota *A alia manu.* 29) Hebr. X. *A alia manu.*

a) *ita corr. ab editore;* sic *A, om. ed.* b) *om. ed.* c) nos *add. ed.* d) dicere aut *om. ed.* e) proiceret ipsum *om. ed.* f) conculcaretur *ed.* g) proiiceret in *ed.* h) calicem sacrum *ed., vocem* in missa *omittens.* i) coram deo et angelis *om. ed.* k) amico ... sacerdote *A.* l) manentes officio et servitute *ed.*

1) *Joan. VI. 57.* 2) *Cf. Coloss. II. 9:* „Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter.“ 3) *Cf. Lucae XII. 42:* „Dixit autem dominus: Quis putas est fidelis dispensator et prudens“. 4) *Cf. Matth. VII. 6:* „Nolite dare sanctum canibus.“ 5) *Cf. I. Tim. V. 21* (coram deo et ... electis angelis). 6) *Matth. VII. 6 (libere allatum).* 7) *Hebr. X. 26—31.*

enim peccantibus nobis post acceptam noticiam veritatis ian non reliqui[n]tur pro peccato hostia, terribilis autem quedam ex pectacio iudicii et ignis emulacio, que consumptura est adver sarios. Irritam quis faciens legem Moysi, sine ulla miseracion duobus vel tribus [f. 229[a]] testibus moritur. Quanto magis pu tatis deteriora mereri supplicia, qui filium dei conculcaverit e sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus es et spiritui gracie contumeliam fecerit[a])? Scimus[b]) enim, qui dicit: Michi vindicta et ego reddam. Et iterum[c]): Quia iudicabi dominus populum suum. Horrendum est incidere in manu dei viventis." Hinc elicitur, quam terribile iudicium et horren dum cum hiis, qui presunt, fiet[1]), id est sacerdotibus carnalibu qui[d]) „conculcant filium dei", cum amant vitam huius mundi[e]) tradunt ipsum veluti Judas et Cayphas multis gentibus[2]), id es gentiliter viventibus[f]) christianis et exponunt ad conculcandum flagellandum et quasi quid abhominabile ad conspuendum[3]).

Capitulum vigesimum quintum[g]).

[Studia et mores cleri testantur eum non habere dilectionem dei. Et vicia eius multiplicia designantur per pardum, locusta loricatas et per bestiam coccineam plenam nominibus blasphemiae. Apocalyp. 9 et 13][h]).

(versus 10). „Et ingressus"[4]), id est in noticiam veri tatis per verbum Jhesu Christi in sacra scriptura michi apertum „vidi", id est animadverti et ex certo probavi ex studiis e actibus presencium clericorum et sacerdotum principalibus e cottidianis, quod dileccionem domini Jhesu crucifixi non haben propter quod recordatus sum verbi Jhesu[5]) ad sacerdotes Judeos

---

[a]) facit *ed.* [b]) Scimus — reddam *om. ed.* [c]) infra ed. [d]) no *sequitur in A, sed del.* [e]) sed (?) *seq. in A, corr.* [f]) gentiliter viventibu per suam vitam pessimam et symoniam ad flagellandum et conculcandu vitam eius sanctissimam, quasi abominabilem ad conspuendum et deriden dum *ed.* [g]) *ita A in m.:* Cap. XXV. *linea rubra circumducta.* [h]) *ita i scribitur in ed.* [i]) ad sapientes modernos *ed.*

[1]) *Cf. Sap. VI. 6* (iudicium durissimum hiis, qui praesunt, fiet). [2]) *vide Matth. XXVI. 15* (Judas) *et 65* (Caiphas). [3]) *Cf. Matth. XX. 19* „Et tradent eum gentibus ad illudendum et flagellandum et crucifigendum. [4]) *Ezech. VIII. 10.* [5]) *Cf. Act. XI. 16:* „Recordatus sum autem verb domini."

inquientis[a])[1]): „Ego congnovi, quod dileccionem dei non habetis in vobis“[b]).

Sequitur[2]): „Et ecce, omnis similitudo reptilium et animalium, abhominacio et universa ydola domus Israel.“

(1) Dicit notabiliter „et ecce“, admiracione admirando[3]) tantam iniquitatem, scilicet in populo christiano[c]), qui est vel debet[d]) esse summe et ultime perfeccionis, sanctitatis et dignitatis, repletus spiritu sancto, indutus virtute ex alto[4]), in tanto, inquam, et tali populo manente in Christo Jhesu, id est in dei sapiencia et dei virtute, et continente in se deum summum et dominum Jhesum Christum, qui est amictus sole[5]), repletus igne celesti, manducans cottidie corpus Christi, plenum[e]) deitate corporaliter[6]), et sanguinem eius bibens, epulansque cottidie cum angelis et domino deo suo, et ecce, in illo tali et tanto populo omnis abhominacio veneni et furiarum[f]), reptilium, spurciciarum et morsu[u]m[g]) bestialium et omnes mores et ritus gentilium perfidorum[h])[7]). Et hec omnia non foris, sed „intus“, non in corporalibus tantum ab extra, sed „in medio“, in corde ipsorum, non transeuncia, sed permanencia, et „depicta“ non in actibus humanis et plebeis, in domibus prophanis, sed „in parietibus templi“, id est in ritibus et actibus ecclesiasticis vel appropriatis solis christianis, non tantum ab ante, prime scilicet intencionis, neque tantum a retro, videlicet finalis execucionis, neque tantum in medio infortunati eventus et transeuntis, neque tantum a dextris[i]) in inquisicione eternorum, neque tantum a sinistris in temporalium amore et affeccione, sed „in circuitu“[k]), id est undiquaque, non in parte et debiliter vel tenuiter, sed[l]) in cir-

---

13) Corpus Christi in eucaristia plenum deitate co(rporaliter) *A colore rubro.*

[a]) *spatium pro una voce adinplenda sequitur in A.* [b]) nobis *false A.* [c]) *om. ed.* [d]) deberet *ed.;* de *tantum A.* [e]) plenum deitate corporaliter *om. ed. (sic).* [f]) ferarum *ed.* [g]) pestiferarum *ed.* [h]) perfidarum *(sic) A.* [i]) a dextris — tantum *om. ed.* [k]) circumitu *ed., ita et infra.* [l]) *om. ed.*

[1]) *Joan. V. 42.* [2]) *Ezech. VIII. 10.* [3]) *Cf. Apoc. XVII. 6:* „Et miratus sum . . . admiratione magna.“ [4]) *Cf. Lucae XIV. 49* (quousque induamini virtute ex alto); *phrasis:* „repletus spiritu sancto“ *crebrius in biblia occurrit, nec non phrasis* „manere in deo.“ [5]) *Cf. Apoc. XII. 1* (mulier amicta sole). [6]) *Cf. Coloss. II. 9.* [7]) ritus gentiles *crebra phrasis biblica; alias prosequitur similitudo desumpta de Ezech. VIII. 10.*

cuitu „per totum“ ubique[a]) abhominaciones pessime et horribiles et inportabiles divine mundicie (sicut scriptum Abacuk I° [1]): „Mundi sunt oculi tui, ne videas malum et respicere ad iniquitatem non poteris. Quare non respicis super inique agentes et taces, devorante inpio iustiorem se?“) et graves domino Jhesu Christo, divine sapiencie in nobis et dei virtuti et veritati? Propter quod dicitur Ysaie XLIII.° [2]): „Servire me fecisti in peccatis tuis, prebuisti michi laborem in iniquitatibus tuis.“ Et iterum Ezechiel. VIII° [3]): „Fili[b]) hominis, putasne, vides tu, quid isti faciunt, abhominaciones magnas, quas domus[c]) Israel facit hic, ut procul recedam a sanctuario meo?“

(2) Varietas autem ista, que ponitur hic, puta reptilium et animalium et universorum ydolorum, significat multitudinem viciorum in animis residencium christianorum, et primum sacerdotum, amatorum huius vite; signat[d]), inquam, ipsos esse populum dilaceratum a se invicem et divulsum et contrarium ad invicem et conmordentem. Quod alia scriptura exprimit per bestiam nimium monstruosam, que est „similis pardo et pedes eius sicut pedes ursi et os eius sicut os leonis“[e]) [4]). Dicitur vero pardo similis iste populus christianus, amator huius seculi, terribilis propter yppocrisim et crudelem rapacitatem[f]). Et quia totum ordinat ad quietam et delicatam vitam et habundantem dicitur habere pedes ursi. Et quia se extollit et sublimes habet oculos et verba superba vel maxime ad apparenciam coram hominibus ordinata in suis doctrinis et universis suis sermonibus os eius dicitur quasi os leonis.

Iste iterum populus, et maxime superiores et regentes descriptus est alibi proprie per locustas terribiles, que exierunt de summo abyssi, quibus data est potestas, sicut habent scorpiones terre [5]), Apok. IX. c. [6]): „Et similitudines locustarum similes equis paratis ad prelium, et super capita earum tamquam corone similes auro et facies earum sicut facies hominum Et habebant capillos sicut capillos mulierum, et dentes earum

---

30) IX *A et alia manu:* Prelat(e).

a) undique *ed.* b) Filii *A, ita et infra scribitur.* c) *corr. A.* d) significat *ed.* e) tres ordines dentium habens *add. ed.* f) iustitiae simulationem *ed.*

1) *Habacuk I. 13.* 2) *Isaiae XLIII. 24.* 3) *Ezech. VIII. 6.* 4) *Cf. Apoc. XIII. 2.* 5) *Cf. Apoc. IX. 3.* 6) *Apoc. IX. 7—10.*

sicut dentes leonum erant. Et habebant loricas sicut[a]) loricas ferreas, et vox earum[b]) sicut vox curruum equorum multorum gradiencium in bellum. Et habebant caudas similes scorpionum, et aculei erant in caudis earum, et potestas earum nocere hominibus mensibus quinque", et cetera. Et istorum habes exposicionem in alio tractatu de Antychristo multum copiose dilatatam[1]); habes eciam infra in isto tractatu, quoad hoc [f. 229b] puta, quantum possunt nocere sanctis dei[2]).

Iste insuper idem populus, et precipue quoad subditos vel laycos, amatores terrenorum, describit[ur] [per] verbum dei per bestiam horribilem, coccineam, plenam nominibus blasphemie, habentem capita VII et cornua X, super quam sedet mulier fornicaria, mater abhominacionum terre[3]). Cuius descripcionis causam et exposicionem invenies in infra scriptis in hoc tractatu post multa et diffuse[4]).

(3) Dicitur itaque hic[c]) varia[5]) similitudo abhominabilium scripta in domo domini ideo, quia christiani, et primum sacerdotes, amici carnis sue, sunt subiecti variis passionibus, et diversa sunt, que student, inquirenda. Aliqui ipsorum crudeles in animo et proni ad irascendum et odiendum et[d]) precipue pauperes[e]) simplices et sanctos dei, quia inde minus[f]) reliditur ipsorum[g]) audacia. Hii reptilibus venenosis [similes] per veritatem iudicantur[h]). Unde dominus ad scribas et phariseos yppocritas[6]): „Serpentes", inquit, „et genimina vipperarum, quomodo fugietis a iudicio gehenne?" — Alii vero sunt, qui detinentur aliis illecebris carnis vel passionibus bestialibus, utpote ebrietate, luxuria, avaricia, accidia et talibus[i]). Et illi „per similitudines animalium" hic exprimuntur. — Alii iterum[k]) diligunt honores et amant dominari aliis et vocari ab hominibus rabi[7]), et cetera[l]). Illi per „universa ydola domus Israel" sunt a sancto spiritu denotati.

Et advertendum est, quod in christiano, quidquid[m])

---

[a]) loricas sicut *om. ed.* [b]) *ita A et ed.;* alarum *biblia.* [c]) haec *ed.* [d]) *om. ed.* [e]) directos d. et *ed.* [f]) nimis *false ed.* [g]) eorum *ed.* [h]) comparantur *ed.* [i]) similibus *ed.* [k]) interim *false ed.* [l]) et cetera *om. ed.* [m]) quicquid *ed.; ita et infra.*

[1]) *v. in vol. III., pag. 105 sq.* [2]) *v. infra c. 62.* [3]) *Cf. Apoc. XVII. 3—4.* [4]) *v. infra c. 44 sq.* [5]) *in scriptura Ezech. VIII. 10 loquitur de* „omni similitudine reptilium et animalium" *et de* „abominatione"; *v. supra l. c.* [6]) *Matth. XXIII. 33.* [7]) *Cf. Matth. XXIII. 7.*

est illud in sua mente demorans[a]), quod ipsum forcius movet ad actus, ad cogitandum de se, ad memorandum se, ad cavendum se[b]), vel fugiendum. et quidquid est illud, quod magis quam Christus crucifixus ipsum afficit, vel quod non de directo et principaliter ad Jhesum crucifixum ordinatur, illud est sibi „ydolum depictum in templo" domini dei christianorum, et talis esse in veritate scripture iudicatur et talis exprimitur per verbum Christi. Dominus namque J h e s u s, quia omni iure est suus quilibet christianus in corpore et in anima, et iure divino et humano, ideo wlt t o t u m habere christianum et totaliter sibi deditum, consecratum et conservatum, ita quod vel wlt habere totum, vel omnino nichil! Nullo enim modo wlt neque potest habere communionem in homine cum[c]) Antychristo vel cum spiritu eius[d]), sicut dicit apostolus[1]): „Que convencio[e]) lucis[f]) ad tenebras, aut que societas Christi ad Belial?" D y a b o l u s[g]) autem, quia nullum prorsus ius in christiano obtinet, ideo sicut latro vel fur, si totum habere non potest, est contentus de eo, quod poterit obtinere. sciens, quod tunc facile statim totum obtinebit eo, quod dominus Jhesus recedit ab omni homine, qui vel in modico dyabolo concedit voluntarie in se ipso stacionem.

Capitulum vigesimum sextum[h]).

[De insidiis diaboli, quibus perpetuo mentes hominum irretire conatur, et quod impossibile est servire simul Christo et Satanae. Exclamatio in vanissimam et stupendam hypocrisim cleri][i]).

Quoniam[k]) adhuc nimis est horrendum et nobis[l]) incessanter dolendum et gemendum ex toto animo[m]), quod nobis non volentibus habitat m a l u m i n n o b i s, id est in carne nostra, quod malum est contrarium Christo Jhesu et vehementer grave et abhominabile ipsi divine virtuti et suavitati, tamen quia

---

10) Nota *A talia manu.* 26) Nota *totum A.*

a) devorans *(sic) ed.* b) habendum *A;* et quicquid est illud 2c. *ed.* c) cum homine *ed.* d) nequam *ed.* e) *post corr. A.* f) noctis *ed.* g) Diabolus *ed.* h) *ita A in m.:* Cap. XXVI. i) *ita inscribitur in ed.* k) Sed quoniam *ed.; ras. seq. in A.* l) *om. ed.* m) conanime *A et ed.*

1) *II. Cor. VI. 14—15.*

nos ipsum malum nostrum nolumus[a]) in nobis et expungnamus, ideo ipse in nobis reverendus dominus et mundissimus[b]) ipsum[c]) patitur satis graviter[d]) et portat laboriose ad ostendendum divicias sue bonitatis et longanimitatis[1]) usque ad tempora prefinita[2]). Quomodo posset ergo in nobis secum conpati voluntariam iniquitatem nostram, vel eam, de qua non dolemus et non digne expungnamus manu sue caritatis? Nequaquam omnino!

Et idcirco dico, quod sciens Sathan hoc optime, astutissimus septuplex spiritus, non tantum in modico, dum potest, cupit partem habere in christiano, sed eciam cum iam partem habuerit occulte, scilicet coram oculis hominis, in quiete, ut ibi diu posset quiescere et usque ad ultimum articulum hominem decipere, totum residuum dimittit liberum domini Jhesu Christi servicio, utpote ad cantandum in ecclesia multa[e]), ad psallendum, orandum, confitendum, missas crebras habendum[f]). Ymmo amplius blanditur peccatori huiusmodi, iam decepto in radice[g]) et facto abhominabili Jhesu Christo[h]), et[i]) donat sibi multam quietem a temptacionibus[k]) et ornat[l]) magna abstinencia atque multa religione et speciebus virtutum[m]), ut homo, caput non habens, credat se omnino bene stare[n]). Scit namque et valde intelligit sagacissimus spiritus, quo modo decipiat amatorem huius mundi et qui est ingratus doloribus Jhesu crucifixi!

[f. 230a] Quapropter per totum ewangelium clamat veritas istam equitatem, videlicet quod non wlt habere in homine dominus Jhesus, nisi totum vel omnino nichil. Inde est[3]): „Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, ex tota mente tua, ex tota anima tua et ex totis viribus.“ Iterum[4]): „Nemo potest duobus dominis servire.“ Iterum[5]): „Aut[o]) facite arborem bonam et fructum eius bonum, aut facite arborem malam et fructum eius malum.“ Iterum[6]): „Utinam esses calidus aut fri-

11) Bene nota *A alia manu.* 15) ... asi *A alia manu.*

[a]) odimus, nolumus *ed.* [b]) necnon et sanctissimus *ed.* [c]) malum *add. ed.* [d]) grave *ed.* [e]) *om. ed.* [f]) missandum, communicandum sacramentis *ed.* [g]) christiane charitatis *add. ed.* [h]) et desolato a spiritu sancto *add. ed.* [i]) *om. ed.* [k]) tanquam suo proprio *add. ed.* [l]) ipsum *add. ed.* [m]) et sanctitatis *add. ed.* [n]) absque domino *add. ed.* [o]) *corr. A.*

[1]) *Cf. Rom. II. 4.* [2]) *Cf. Galat. IV. 2, etc.* [3]) *Lucae X. 27.* [4]) *Matth. VI. 24.* [5]) *Matth. XII. 33.* [6]) *Apoc. III. 15.*

gidus", et cetera[a]). Et alia infinita [loca] scripture sacre[b]) et solid testimonia dei sunt ad hoc, quod inpossibile est nos christiano vivere huic mundo et regno celorum, carnalitati nostre et sp ritui Jhesu, esse Christi et facere nostram voluntatem, seq cupiditatem et habere dei caritatem, esse Christi[c]) et habe amiciciam amatorum huius vite, diligere Christum Jhesum sim et ullas res huius mundi[d]).

Tamen quia nos christiani, et primum sacerdotes, amo huius vite et nostris cupiditatibus allecti et illecti, estimam ista in nobis ipsis conbinare et satagimus ambo ista obtine quod facere vel habere simul est omnino inpossibile: ideo con stituimus infinitas chimeras et predictas monstruos bestias, que nec sunt nec possunt esse in[e]) natura. Et quia fie in natura, que nos satagimus, non valent, ideoque dum talia f cimus vel volumus fieri et estimamus assequi, nichil aliud fac mus, quam nos ipsos, qui talia volumus, nimium abhominabil et in animis[f]) monstruosos, scilicet in[g]) bestias et locustas te ribiles pretaxatas deformati.

Quapropter notanter dicit hic spiritus Jhesu[1]): „Ydol domus Israel depicta in circuitu erant in pariet per totum", quoniam in domo dei, per Jhesum crucifixu non manu facta[h]), neque huius creacionis[2]), sed opere gratuit et divino, parietes ordinati sunt ex vivis lapidibus, id est de chri stianis, et primum sacerdotibus, adherentibus ipsi summo angu lari lapidi, Christo Jhesu[3]).

Nos igitur sumus lapides sanctuarii huius, sacerdote et clerici, et populus dei plebeius est pavimentum medi caritate conplanatum[i]) et constratum[4]). Ex nobis[k]) ipsis ergo, sacerdotes, domus domini[l]) constat, paries manu sapiencie divin totus virtutibus insculptus per saga et per tabulas et per base et cortinas et per omnem ornatum vive et racionalis pulcritu

2) Nota *A alia manu.* 25) Nota, sacerdos *A.*

a) Apo. 3 *ed.* b) *ita ed.;* scriptura sacra *tantum A.* c) esse amico veritatis *ed.* d) simul et hunc mundum *ed.* e) *om. ed.* f) nostris *e* g) *ita ed.;* secundum *A.* h) manufacta *ed.;* m. facto *A.* i) et c. *ed.* k) illis *ed.* l) dei *ed.*

1) *Ezech. VIII. 10, cf. supra p. 105. Verba bibliae sunt:* „et univers idola domus Israël depicta erant in pariete in circuitu per totum".
2) *Cf. Hebr. IX. 11* (tabernaculum non manu factum, id est non huius creationis
3) *Cf. I. Petri II. 5—6.* 4) *Cf. Cantic. III. 10* (media charitate constravit).

dinis, manu sancti spiritus, qui et celos ornavit[1]), conpositi[a]), mirabili et divino opere ad exemplar quondam Moysi super montem demonstratum[2]), nos, inquam, o clerici et sacerdotes, illi parietes ex hominibus, ex quibus tabernaculum deo summo dignissimum paratum, a deo descendit[b]) sicut sponsa ornata viro suo[3]).

Sed heu, domini mei, o sacerdotes, ad quid defluimus[c]), ad quid nos deduxit cupiditas, ad quid transfiguravit nos operacio sagacissimi et astutissimi[d]) Antychristi, sed magis operacio Sathane, spiritus Antichristi! Quia ingressus [est] ad interiores homines nostros, id est ad animos nostros et ad principales mentes nostras, et ecce, omnis similitudo reptilium et animalium abhominacio et universa ydola domus Israel „depicta[e]) in circuitu erant in pariete", id est in nobis sacerdotibus et clericis per totum. O, altitudo Sathane, o spiritualissima operacio demoniorum et nequicia in celestis profundissima, inscrutabilis et occulta, quis te poterit detegere, quis te valebit corrigere vel increpare! „O presumpcio nostra nequissima, unde creata es cooperire aridam maliciam et dolositatem illius"[4])? O nostra ypocrisis in presenti, quid tibi faciemus!

Ecce, enim in christianis, et primum sacerdotibus et clericis, si nostra presencia exteriora, „que in prospectu sunt"[5]) hominum, inspicias, si denique mores, omnia pulchra, omnia honesta et munda, omnia ornata multipliciter, iusta et recta coram oculis et in facie religiosa, sapiencia et sciencia, magisterio decorata[f]), splendida, forcia et omni ex parte communita, omnem foris habencia decorem domus domini, omnem retinencia conposicionem et figuram templi spiritus sancti, intus autem mortua, deserta[g]) et solum abhominacionis desolacionis continencia horrorem. Foris omnia arridencia amatoribus huius vite et alli-

---

[a]) compositus *ed.* [b]) de coelo d. *ed.* [c]) defluximus *ed.* [d]) comparatio sagacissima et astutissima *ed.* [e]) erant *add. ed.* [f]) decoratu *(sic) A.* [g]) et deserta *ed.*

[1]) *Cf. Job XXVI. 13:* „Spiritus eius ornavit caelos." [2]) *Cf. Exodi XXV. 40:* „Inspice et fac secundum exemplar, quod tibi in Monte monstratum est", *et Exodi XXVI. 30:* „Et eriges tabernaculum iuxta exemplar, quod tibi in Monte monstratum est", *etc.* [3]) *Cf. Apoc. XXI. 2:* „Et ego Johannes vidi sanctam civitatem, Jerusalem novam, descendentem de caelo a deo, paratam sicut sponsam ornatam viro suo." [4]) *Eccli. XXXVII. 3.* [5]) *Sap. IX. 16. In subsequentibus plures quoque voces biblicae sonantur.*

ciencia, precipue[a]) iuvenes[b]) et stantes in angulo platearum[1] in tantum, quod hii, qui foris sunt vel in atrio tabernaculi, admi rantes decorem, gaudent esse eius participes, omnibus conatibu festinant poni in pariete templi, sic iocundo, sic ornato, et cum da tum ipsis fuerit, stant optime contenti, solum iam in futuras man siones ad superiorem domum patris transmigrari expectante Quid multa? Omnes glorificant statum parietis, omnes appro bant et infinita multitudo pseudochristorum[c]) et prophetarur beatificant. Quod si quis venerit et persuadeat[d]) vel in modic oppositum eorum, que ipsi amant, vel stans in monte cur Jhesu[2]), loquatur contra templi [f. 230[b]] edificia tam solempni dicendo, quod non remanebit lapis super lapidem[3]), qui no destruatur, nullo modo hoc credent isti parietes mistici deal bati[e])[4]), ymmo irascentur, ymmo lapidabunt[5]) et ipsimet d hoc mistico pariete lapides super caput ipsius irruent et con terent eum. Itaque quia sunt yppocritis hiis[f]) talibus pacat omnia[6]) et omnia silent et omnia iocunda, omnia[g]) bene[h]) or dinata, quamvis contra omnem naturam christianorum vite e contra omnem scripturam divinam, que spondet christianis ha bere nisi pressuram in hoc mundo[7]), nisi[i]) gladium et bellun nisi[k]) tribulaciones[8]) et artam vite[l]) viam[9]) et planctum penitenci incessantem. Ipsi tamen operti[10]) nolunt[m]) turbari ab aliquo, no lunt predicari contrarium, nolunt, ut quis eat viam, nisi quam ip consueverunt. Et quia sunt magne auctoritatis et non est po testas super terram, que conparetur eis, qui facti sunt, ut nullur timeant[11]), ideo omnes, qui ex adverso veniunt vel qui mittun tur ad ipsos a spiritu Jhesu, mox ipsos de civitate in civitater persecuntur[12]), blasphemant, odibiles reddunt, occidunt usque a mingentem super parietem[13]), id est ad patres sanctos et pre

---

[a]) et praecipue *ed.* [b]) vecordes *add. ed.* [c]) pseudochristianorum *e* [d]) sequi Christum Jhesum *add. ed.* [e]) hypocrisi d. *ed.; corr. praeced in A.* [f]) iis *ed.* [g]) et omnia *ed.* [h]) ornata et *add. ed.* [i]) et *ed.* [k]) et *ed.* [l]) vita *A; om. ed.* [m]) credere his dictis nec *add. ed.*

[1]) *Cf. Matth. VI. 5.* [2]) *Cf. II. Petri II. 18* (cum essemus cum ips in monte sancto). [3]) *Cf. Matth. XXIV. 2.* [4]) *similitudo cum „sepulchr dealbatis", de quibus loquitur Matth. XXIII. 27.* [5]) *Cf. Lucae XX. 6* (plet universa lapidabit nos). [6]) *Cf. IV. Reg. IX. 18:* „Pacatane sunt omnia?" [7]) *Cf. Joan. XVI. 33:* „In mundo pressuram habebitis." [8]) *Cf. Matt XXIV. 21.* [9]) *Cf. Matth. VII. 14.* [10]) *Cf. Psalm. LXXII. 6* (operti in quitate et impietate sua). [11]) *Cf. Job XLI. 24.* [12]) *Cf. Matth. XXIII. 3* [13]) *Cf. IV. Reg. IX. 8* (mingentem ad parietem).

dicatores fideles, qui ipsis contradicunt et contempnunt ipsorum parietem, ut sepulchra mortuorum dealbatum[a]) [1]).

Capitulum vigesimum septimum[b]).

[Continuatio textus de abominacione LXX seniorum, quomodo thurificant idolis, et significat praelatos et superiores hypocritas, qui existimant deum ad sua vitia connivere et peccant impune fiducia misericordiae divinae][c]).

Cum itaque ista a foris in parietibus et a parietibus misticis videantur splendida omnia et ornata, omnia sic commendata ab omnibus, sic pacata in omnibus[2]): „Et ingressus vidi: Et ecce, omnis similitudo reptilium et animalium, abhominacio et universa ydola domus Israel depicta in circuitu erant in pariete per totum.“

Sequitur[d]) [3]):

(versus 11). „Et LXX viri de senioribus domus Israel et Jeconias[e]), filius Zaphan[f]), stabat in medio eorum, stancium ante picturas, et unusquisque habebat thuribulum in manu sua, et vapor nebule de ture consurgebat.“

(versus 12). „Et dixit ad me: Certe vides, fili[g]) hominis, que seniores domus Israel faciunt in tenebris, unusquisque in abscondito cubilis sui. Dicunt enim: Non videt dominus nos, dereliquit dominus terram.“

Advertendum hic, [quod] postquam spiritus Jhesu descripsit habitudinem et proprietatem aut pocius deformitatem inferiorum graduum in ecclesia, iam convertit se ad superiores personas et ipsorum deformitatem demonstrandum. Et ideo subdit: „Et LXX viri“, id est universi de rectoribus, consencientes facientibus iniquitatem vel non resistentibus ex animo iniquitati, „de senioribus domus Israel“, id est de principibus sacerdotum, qui sunt vel debebant esse proximi Jhesu crucifixi et amici[h]). „Et Jeconias, filius Zaphan“, id est summus princeps sacerdotum vel, secundum interpretacionem nominis, omnis doctor vel predi-

---

[a]) Exemplum Pauli patet, Actor. 23 *add. ed.* [b]) *ita A in m.:* Cap. XVII. [c]) *ita inscribitur in ed.* [d]) *om. ed.* [e]) Jezonias *biblia.* [f]) … *post corr. A.* [g]) filius *false A.* [h]) eius sanctissimae veritatis *ed.*

[1]) *Cf. Matth. XXIII. 27.* [2]) *Ezech. VIII. 10.* [3]) *Ezech. VIII. 11 et 12.*

cator, preparator vel preparans domino; „filius Zaphan“, id es speculans vel[a]) speculantis donum[b]) vel labiorum graciam[c]), „sta bat[d]) in medio eorum“, id est sustentans alios iniquos. Qu positus erat, ut destrueret impietatem, ipse autem in medio stat originans[e]) et sustinens eos[f]) in malo, quasi similis ipsis in[g] iniquitate vel consentaneus et cooperator „stancium ante pic turas“, id est serviencium suis affeccionibus viciosis vel sub ditorum, vel expositus et paratus[h]) ad serviendum vanitatibu huiusmodi. „Et unusquisque habebat thuribulum“, id est co occupatum cupiditate, „in manu sua“, id est in promptu ad exe quendum, vel potestatem habens in iniquitate[1]). „Et vapor ne bule“, id est varia desideria carnalia, vane cogitaciones, ocios verba[i]) et cetera similia „de thure consurgebant“, id est ex ha bundancia cordis[2]), quod insumit et bibit per omnes sensu suos[k]), quasi aquam, vanitatem et iniquitatem.

„Et dixit ad me“, id est innovavit intime zelum anim mee, dicens: „Certe vides, fili hominis, que seniores domus[l] Israel faciunt in tenebris“, id est datum est tibi congnoscere quantas abhominaciones faciunt non tantum inferiores, sed eciam superiores sacerdotes et directores ecclesie Christi, operti in pietate et iniquitate[3]), sua[m]) ignorancia Jhesu crucifixi involut „Unusquisque in cubili suo“, id est in corde suo, wlt dicere quod hoc malum habent huiusmodi prelati aliis iniqui, quo non solum sunt ab ipsis[n]) mali, sed eciam aliis, quibus presun faciunt in communi malum et eciam seorsum, et faciente malum non tantum coram deo in consciencia, sed eciam foris de et hominibus. Dicunt enim: „Non videt dominus nos“, id es dissimulant super se iudicia divina, credentes, quod deus facil preteriret[o]) mala ipsorum inulta[p]), sicud ipsi non advertun quid faciunt. Habet nempe hoc proprium yppocrisis, quod ex cecat, quod peccator non considerat, videlicet potest videre d cetero [f. 231[a]] suum malum, et similiter habet sensum de do mino Jhesu crucifixo. Dicit enim in corde suo: Non considera

---

31) Nota *A*.

a) *om. ed.* b) specularis donum *ed.* c) *ita corr. ab editore (cf. Pro XXII. 11);* gracie *A et ed.* d) stabit *A.* e) defendens *ed.* f) alios *e* g) *om. ed.* h) expositi et parati *A.* i) ioci *add. ed.* k) *om. ed.* l) *om. ed.* m) sua. „In tenebris“, id est ɔc. *ed.* n) sunt sibi ipsis *ed.* o) praeteriet *ed.* p) *corr. A.*

1) *Cf. Psalm. LI. 1.* 2) *Cf. Matth. XII. 34.* 3) *Cf. Psalm. LXXII.*

[uod vehementer deum provocat ad iram [1]), sicut scriptum est [2]): Propter quid[a]) inpius irritavit deum? Dixit enim in corde suo: Non requiret." Et illud est estimare deum sibi similem, id est[b]) lissimulantem mala vel non zelantem pro bonis, de quo iterum n psalmo [3]): „Existimasti inique, quod ero tui similis."

Sequitur: „Dereliquit dominus terram", id est abstulit suam rovidenciam ab istis terrenis et, sicuti in Job scribitur, dicunt uiusmodi[c]) [4]): „Juxta cardines celi ambulat et nostra non coniderat." Et ita de subiecto sibi populo faciunt ad placitum mne ipsorum sine respectu domini timoris. Legere namque el audire de iudiciis divinis et de racione reddenda in die nortis talibus est iam nimis commune et usitatum ita, quod on valde vel modicum monentur ex illis verbis divinis ad rovidendum sibi de iudicio futuro. Ideo bene de yppocritis n[d]) Job dicitur [5]): „Estimabit abyssum quasi senescentem." Ista[e]) amque ubique comittantur mortuam fidem, specialiter ypporitarum. Primum, quod reputant dominum Jhesum non tanım irasci peccatis, nec tantum esse intentum ea numerare, et lcirco estimant faciliter sua peccata sibi pertransire, et per hoc ravia peccata deo efficiunt ipsi sibipsis *(sic)* et aliis levia, et ita lios edocent, linientes murum sine temperamento [6]), ut superius st notatum [7]). Secundum est, quod non estimant divinam proidenciam ita attingere sive usque ad finem fortiter, et dispoere omnia inmediate et suaviter [8]), sed videtur ipsis deus quasi ormire, vel inpotens esse, vel non esse in tantum zelotes, unitor malorum in terra et retributor bonorum[f]) [9]). Propter uod non agunt memoriam dei dignam nec timent ipsum connue et in omnibus, sed adhibent magnam sollicitudinem pro e ipsis et pro suis rebus ad ducendum dulciter et quiete istam itam, hoc in opinione habentes, quod eorum vita et aliorum on nisi per providenciam ipsorum subtilem et ingeniosam et ıram magnam et laboriosam posset bene dirigi et haberi.

---

[a]) quod *ed.* [b]) et *ed.* [c]) dicunt tales *ed.* [d]) de *A*; in *ed.* Ita *ed.* [f]) Psalm. 13 *add. ed.*

[1]) *allocutio* „provocare ad iracundiam" *crebre in biblia occurrit.* *Psalm. X. 13.* [3]) *Psalm. XLIX. 21.* [4]) *Job XXII. 14:* „Nec nostra ›nsiderat et circa cardines caeli perambulat." [5]) *Job XLI. 23.* [6]) *Cf.* *ech. XIII. 15.* [7]) *v. supra, c. 21.* [8]) *Cf. Sap. VIII. 1:* „Attingit ergo fine usque ad finem fortiter et disponit omnia fortiter." [9]) *Cf. Psalm.* *III. 1 (allusio).*

Capitulum vigesimum octavum[a]).

[Mysterium abominationis LXX seniorum, et quid signifi numerus LXX. Comparatio Judae et praelatorum][b]).

Hiis siccine transcursis, iterum resumo textum prophe supradictum ad ducendum ad propositum principale et ac ostendendum abhominacionem pessimam, quam in dei temp clerici et sacerdotes hodie locaverunt.

Pro quo est hic advertendum, quod omnia, que hic propheta ponuntur, singula sunt posita ad exprimendum ma nitudinem et horrorem abhominacionis, quam faciu christiani et primum sacerdotes in dei ecclesia.

Quapropter [postquam] in generali dixit de abhomin cionibus, id est[d]) quas communiter faciunt inferiores et sup riores, subiecti et prepositi, pro maiore[e]) expressione dampn bilis desolacionis voluit specialiter facere mencionem de s perioribus. Vel postquam ostendit parietes, id est inferior clericos et[f]) sacerdotes factos esse plenos abhominacione „in ci cuitu per totum", wlt iam eloqui, quod eciam columpne, quibus dependent parietes, vel que sustentant totam machina domus domini vel debebant sustentare in omni decore dom domini et firmitate, et ecce, illi sunt reperti nimis esse abh minabiles et esse fundamenta et munimenta omnium abhom nacionum terre, secundum quod per aliquam figuram Johan monstratum est et dicetur infra, quod mulier amicta purpu et bysso et inaurata, poculum habens aureum in manu sua, h buit scriptum in fronte sua nomen: Misterium [1]). Et tantum e dictum[g]) sicut „depictum[h]) in pariete in circuitu per totum."

Sequitur ibi [2]): „Babylon magna, mater fornicacionum et a hominacionum terre", quod tantum valet dictum in sentencia, sic hic dicitur in Ezechiele[i]) [3]): „Et LXX viri de senioribus domus I rahel, et Jeconias, filius Saphan", et cetera, ac si diceret: Isti su

---

8) Nota *A alia manu.* 23) Appok. 17 *A alia manu.*

a) *ita A in marg.:* Cap. XXVIII.m. b) *ita inscribitur in ed.* c) *su lin. add. A.* d) id est *om. ed.* e) *om. ed.* f) *sup. lin. A.* g) *corr. in m.;* dicere *ed.* h) idola depicta *ed.* i) in E. *om. ed.*

1) *Cf. Apoc. XVII. 4—5; v. infra c. 80.* 2) *Apoc. XVII. 5.* 3) *Eze VIII. 11, l. c.*

:ausa vel mater predictarum picturarum et abhominacionum terre, jui debebant esse causa et mater fidei Jhesu crucifixi, spei vive in leum et dileccionis et omnis virtutis et discipline in domo do-nini[1]), id est in ecclesia. Ponitur vero hic „septuaginta", iste iumerus, qui ex decem septenariis conponitur, propter magni-udinem abhominacionis et excessum nimie dampnacionis se-iiorum domus Israel super dampnacionem parietum, id est in-eriorum sacerdotum et clericorum, et pavimenti, id est populi lebei subiecti. Cum enim inferiorum abhominacio vel damp-iacio ipsius est ut septem propter designacionem veritatis „uni-ersitatis ydolorum domus Israel", que ut frequenter per sep-enarium numerum designatur in scriptura[a]), tunc[b]) abhominacio rel dampnacio superiorum, qui presunt, [f. 231[b]] eiusdem generis :ensetur[c]) ut septuaginta propter magnitudinem persone vel xcessum, que est circumstancia vehementer aggravans pecca-um et nimium offendens Jhesum crucifixum. Nam sicut Judas, imicus et proximus Christi, [qui] propter avariciam tradidit Christum scribis et principibus sacerdotum, maius peccatum ha-buit et maiorem dampnacionem sibi acquisivit, quam seniores lomus Israel et principes sacerdotum, et iterum seniores po-ouli et principes sacerdotum maius peccatum admiserunt[d]) sus-ipientes Jhesum et tradentes ipsum Pylato presidi ad cruci-igendum, quam ipse Pylatus, qui Jhesum suscepit et occidit, juemadmodum hoc decrevit veritas, dicens ad Pylatum[2]): „Non iaberes in me potestatem ullam, nisi tibi datum esset desuper, ed qui me tradidit tibi, maius peccatum habet": itaque sicut ma-gnum peccatum est Pylati[e]), qui, sciens innocentem Jhesum cruci-ixum[f]), [condemnavit eum] propter timorem superioris potestatis, cilicet imperatorie et communitatis Licostrate[g])[3]), id est lapidee et i dileccione dei desolate, ubi est Jhesus ad mortem condempna-us: ita magnum est peccatum wlgi christiani, qui Christum Jhesum

31) Nota *A alia manu.*

[a]) quia septem dona spiritus sancti per tales idololatras abiciuntur et eptem spiritus nequiores reassumuntur *add. ed.* [b]) Sed *ed.* [c]) censen-ur *ed.* [d]) commiserunt *ed.* [e]) Pylato *ed.* [f]) *om. ed.* [g]) *ita A et ed.*

[1]) *Cf. Eccli. XXIV. 24:* „Ego mater pulchrae dilectionis et timoris et gnitionis et sanctae spei." [2]) *Joan. XIX. 11.* [3]) *Cf. Joan. XIX. 13:* „Pilatus autem, cum audisset hos sermones, adduxit foras Jesum: et sedit pro tribunali in loco, qui dicitur Lithostrotos, hebraice autem Gabbartha."

rursum[a]) in semetipsis crucifigunt et ostentui habent[1]), id es
in vacuum accipiunt suas amarissimas pro se passiones et sa
lutem ipsius sempiternam, existentes amatores huius vite, qu
veluti mortui et duri lapides pavimenti et terra maledict
susceperunt sanguinem Jhesu, fratris sui[2]), et bibunt absorbent
que in nichilum et in conculcacionem bestiarum et pecorum[3]
Et ista est maxima abhominacio ipsorum et inportabilis, quod[b]
faciunt, cum existentes christiani, sanguine filii dei redempti[4]
de vana huius mundi[c]) conversacione[5]), et existentes abluti[6]
eodem sanguine Jhesu Novi Testamenti et acceperunt illumi
nacionem primam et bonum dei verbum, scilicet verbum fidei[7]
et tamen rursus prolabuntur[8]) et amant hunc mundum et ne
gligunt vel[d]) non pensant dei graciam, que data est ipsis pe
Jhesum et in Jhesu crucifixo, pro[e]) se ipsis, contempnunt a
offendunt in vita sua dei virtutem et dei sapienciam[9]), dei iu
sticiam et dei veritatem. Magna est igitur ipsorum damp
nacio, quia melius erat veritatem non congnoscere, quam pos
agnitam[f]) retrorsum abire[10]).

Sed maior est dampnacio „septuagies seniorum domu
Israel“, id est nimis quam populi communis, qui propter ipso
rum negligenciam et malam vitam et maxime avariciam suar
tradunt[g]) plebibus rudibus Jhesum ad blasphemandum et cruci
figendum in se ipsis. — Sed adhuc nimium maior est abho
minacio „Jeconie, filii Zaphan“, id est supremi vel supremorun
sacerdotum, qui existentes primi et proximi Christo Jhesu e
inmediati discipuli et omnia secreta ipsius Jhesu ipsiusque in
gressum et egressum scientes[11]), ipsum dulciter et osculand

---

[a]) rursus *ed.* [b]) Quam *ed.* [c]) huiusmodi *ed.* [d]) non curant ne
pensant *ed.* [e]) et pro *ed.* [f]) cognitam *ed.* [g]) *post corr. A.*

[1]) *Cf. Hebr. VI. 6.* [2]) *Cf. Genes. III. 17* (maledicta terra) *et Genes. IV. 1*
[3]) *Cf. Isaiae VII. 25* (in conculcationem pecoris). [4]) *Cf. Ephes. I. 7:* „I
quo (scil. dilecto filio suo) habemus redemptionem per sanguinem eius.“
[5]) *Cf. I. Petri I. 18* (de vana vestra conversatione). [6]) *Cf. I. Cor. VI. 11* (se
abluti estis). [7]) *Cf. Rom. X. 8* (hoc est verbum fidei) *et Hebr. VI. 4*—
(qui semel sunt illuminati [et] gustaverunt bonum dei verbum). [8]) *C*
Hebr. VI. 6 (et prolapsi sunt, rursus renovati). [9]) *Cf. I. Cor. I. 24.*
[10]) *Cf. II. Petri II. 21:* „Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitia
quam post agnitionem retrorsum converti ab ea. . .“ [11]) *Cf. Joan. X. 9*
„Ego sum ostium. Per me si quis introierit, salvabitur, et ingredietur et egre
dietur et pascua inveniet.“

quasi amici[a]), tradunt ob „amorem“ huius vite et glorie et diviciarum magistratui templi[1]), id est inferioribus clericis et sacerdotibus, ad illudendum, conspuendum et pulcherrimam plenamque graciarum faciem velandum et conspuendum[b]). Quod ipsi summo sacerdoti vel summis sacerdotibus contingit[c]) tunc, dum officia et beneficia universe ecclesie molliter et faciliter dispensant indignis clericis, dulciter et benigne graciam facientes generalem et omnibus avaris et cupidis, qui sponte et rapide requirunt et petunt ab ipsis gradus in ecclesia et beneficia et officia[d]) ecclesie sacrosancte[e]), quemadmodum mulier fornicaria et libidinum fervida suum mechatorem expetit, inpudice habentes[f]) palam in fronte puteum suarum fornicacionum figuratum. Et perinde fronte tali meretricea[g]) conparata nesciunt erubescere in tantum, quod eciam presumunt se alterutrum exprime[re][h]) de variis beneficiis et pro ipsis inportune litigare et insuper, nimia in ipsis avaricia furiente, beneficia plura volunt habere, supra modum dominum Jhesum affligentes suosque pauperes et simplices clericos et sacerdotes publice spoliantes[i]).

Capitulum vigesimum nonum[k]).

[Praelati ecclesiarum sunt peiores Caypha, Pilato et Juda. Papa est bestia illa cornuta, sedens in ecclesia, tenens duas virgas, id est potestatem spiritualem et temporalem. Item de numero bestiae][l]).

O, quam horrenda est ista abhominacio in dei ecclesia, lente et faciliter[m]) ad gradus et ad beneficia in Christi Jhesu familia promoveri et per hoc seipsum pium patrem[n]) ostendere, per quod infiniti parvuli in Christo alliduntur et[o]) iugulantur in domo panis ab Herode[2]), et osculando Jhe-

25) Nota de promocione *A alia manu.*

a) quasi magistrum et amicum *ed.* b) irridendum *ed.* c) contigit *ed.* d) que *seq. in A.* e) sanctae *ed.* f) habentes *A et ed.* g) meretricia *ed.* h) *ita A;* expellere *ed.* i) a virtutibus spoliantes, ut patet bene intuenti *ed.* k) *ita A in marg.:* Cap. XXIX.[m] l) *ita inscribitur in ed.; nota sententiam editorum saec. XVI. de papa.* m) *post. corr. A.* n) se *seq. in A, sed. del.* o) alliduntur et *om. ed.*

1) *Cf. Lucae XXII. 47. 52.* 2) *Cf. Matth. II. 16* (domus panis = Bethlehem).

sum [1]) ob amorem huius mundi subdole et facciose tradere, pe hoc se ipsum reddendo graciosum illis, qui cum gladiis et fu- stibus et facibus et lucernis properant ad Christum captivan- dum, ligandum, velandum, obnu- [f. 232[a]]- bilandumque dei vir- tutem et dei sapienciam in hoc mundo, in quam desideran angeli prospicere, ad blasphemandum et conspuendum ex- ponendo.

O, dampnabile caput de VII capitibus [2]), quod occisum i principio ecclesie fueras, quo modo plaga mortis tue est sanata [3]) Avariciam loquor clericorum [a]) in dei ecclesia et sacerdotum que in Juda fuit suspensa [4]), in Anania Zaphiraque subita mort percussa [5]), in Symone iniquo publice condempnata et anathe- matizata [6]), quam nimis in altum [b]) iterum in dei populo es edi ficata et nimium profecisti [7]). Ve autem bestie, que ascendit d terra, habens „cornua duo, similia cornibus agni“ [8]), cornu duo, id est potestatem dispensandi temporalia [c]) [et spiritualia] similia cornibus agni, id est quasi essent ad protegendum de ecclesiam et gubernandum ex caritate, que tamen alias sunt e fuerunt [d]) ex terrena ambicione et cupiditate; que potestates alia per duos gladios, quos dominus Jhesus dixit sufficere in su familia [9]), sunt intellecte [e]).

Similiter itidem potestates in ecclesia sunt intellecte i Zacharia propheta [10]) per duas virgas, unam, que vocata es a domino Decus, et hec est potestas super temporalia, et per [f] secundam, que vocata est Funiculus, que est auctoritas spiri tualis vel potestas ecclesie in spiritualibus. Et nota bene, ian ambe virge sunt precise secundum illam [g]) propheciam. — Priu precidit dominus Decorem [11]), id est abreviavit vel restrinxi

---

8) De avaricia *A*.

a) et sacerdotum *add. ed.* b) *corr. A.* c) et spiritualia *add. ed om. A.* d) fiunt *ed.* e) intellecta *ed., ceteris omissis usque ad vocem* „i Zacharia.“ f) *om. ed.* g) primam *ed.*

1) *Cf. Lucae XXII. 47. 52, l. c.* 2) *Cf. Apoc. XIII. 1, etc.* (bestia ha bens capita septem et cornua decem). 3) *Cf. Apoc. XIII. 12* (adorare be stiam primam, cuius curata est plaga mortis). 4) *Cf. Matth. XXVII. 5* (e abiens, *scil.* Judas, laqueo se suspendit). 5) *Cf. Act. apost. V. 1 sq.* 6) *Cf. Act. apost. VIII. 9 sq.* 7) *Cf. Ezech. XVI. 13* (et profecisti in regnum) 8) *Cf. Apoc. XIII. 11.* 9) *Cf. Lucae XXII. 38:* „At illi dixerunt: Do mine, ecce duo gladii hic. At ille dixit eis: Satis est.“ 10) *Cf. Zachar. XI. 7* „Et assumpsi mihi duas virgas, unam vocavi Decorem, et alteram voca Funiculum.“ 11) *Cf. Zachar. XI. 10.*

otestatem in temporalibus. Et tunc pax fuit ablata de terra. Quod tunc fuit factum, quando strages et bella inter christianos rincipes atque inobediencia multiplicari inceperunt. Quod inepit maxime post annos incarnacionis domini Jhesu Christi Mille CCXC vel prope[a]. — Secunda virga, puta Funiculus, recisa fuit a domino postea, primum tunc, quando Greci[b] ab[c] bediencia ecclesie[d] recesserunt[1], dehinc amplius, quando ciam Franci cum aliis parcium occidentalium gentibus a Romano pontifice recesserunt[2]. Et tunc conpleta est discessio, quam eatus Paulus venire ante diem iudicii designavit[e][3]. Vide ergo, bsecro, totum textum Zacharie ad propositum et singulariter apitulum XI et capitulum[f] XII et alia consequenter[4].

Et tunc sequitur in Apoc[alypsi] de bestia[5]: „Et[g] que abet cornua similia agno." „Et fecit"[6], id est dedit occasionem er suam procuracionem novam, in dei ecclesiam venientem[h] x[i] radice cupiditatis glorie et diviciarum, puta ut[k] christiani, t primum clerici et sacerdotes, similiter inquirerent[l] divicias, loriam et honores in hoc mundo, sic „fecit terram", id est abitudinem christianorum carnalium per universum orbem, „et habitantes in ea", id est amantes terrena vel[m] cupientes terram, itam[n] comodosam et longinquam, „adorare", id est subici et nservire, „bestiam primam", magnificenciam[o] et splendorem lomini in hoc mundo, „que fundatur super arenam"[7], id est anam gloriam, delicias, divicias et honores. „Fecit", inquam, iccine „terram et habitantes in ea adorare bestiam primam, uius curata est plaga mortis"[8]. Hec est, que „fecit signa magna"[p][9] et mirabilia et nova toti ecclesie christianorum, „ut ciam ignem faceret de celo descendere in terram", id est cari-

---

[a]) *ras. A;* prope *ed., addens:* post solutionem Satanae, qui fuit quonlam ligatus. [b]) propter dotationem Papae *add. ed.* [c]) *postea sup. lin. dd. A.* [d]) a Romana ecclesia *ed.* [e]) et ipsum Antichristum, filium perlitionis, enodavit *add. ed.* [f]) *om. ed.* [g]) *om. ed.* [h]) venire *ed.*) et *ed.* [k]) Nam *ed.* [l]) inquirunt *ed.* [m]) cupiditatem *add. ed.*) cupientes et vitam *ed.* [o]) id est m. *ed.* [p]) *om. ed.*

[1]) *hoc est a. 858 p. Chr. n.* [2]) *hoc est a. 1388 p. Chr. n.* [3]) *Cf. I. Tim. IV. 1:* „Spiritus autem manifeste dicit, quia in novissimis temporibus liscedent quidam a fide, attendentibus spiritibus erroris et doctrinis daemoiorum." [4]) *Cf. Zachar. XI. XII., passim.* [5]) *Apoc. XIII. 11.* [6]) *Apoc. XIII. 12.* [7]) *Cf. Apoc. XII. 18:* „Et stetit supra arenam maris." [8]) *Apoc. XIII. 12.* [9]) *Apoc. XIII. 13.*

tatem spiritus sancti in clericis et sacerdotibus[a]). „Fecit descen dere ad[b]) terram“, id est inclinavit ad terrena inquirenda, sci licet beneficia, officia et similia propter divicias, delicias et ho nores, „in conspectu hominum“, id est coram tota ecclesi publice, et maxime illorum, qui dilexerunt[c]) vitam huius mund „ut seduceret habitantes in terra“ [1]), id est amatorum eorunde qui se posuerunt ad conformandum[d]) huic mundo, et eos, „qu pereunt, qui[a] caritatem veritatis de vita eterna non receperun ut salvi fierent. Ideo misit illos deus in operacionem erroris ut credant mendacio, ut vindicentur[e]) omnes, qui non credi derunt veritati, sed consenserunt iniquitati“ [2]). Ut seduceret[f]) inquam, eosdem christianos carnales de via arta, que ducit a vitam, ad viam latam, que ducit ad perdicionem [3]), seducere autem sic, ut viam latam, id est amorem huius mundi, divi ciarum, deliciarum, et honorum sic col[l]ocaret aput christianos conponeret et persuaderet et communem stratam faceret quas viam regiam [4]), et faceret, ut tota appareret lucida, similis sanc torum vie in omnibus, sicut scriptum est[5]): „Post eum lucebi semita“ et ita, ut videatur hominibus christianis recta, et quo clerici et sacerdotes sint inducti in illam opinionem, quod ben possunt salvari cum amore comodose vite in hoc mundo e cum inquisicione beneficiorum, officiorum propter divicias e honores[g]).

Et ut efficacius seducat populum, qui aversus a veritat facile credit mendaciis, isti bestie, habenti cornua duo simili agno, data sunt ei „signa facere“, secundum operacionem Sa thane penes apostolum[h]) in omni [f. 232[b]] virtute et signis e prodigiis mendacibus et in omni seduccione iniquitatis[6]), „in con spectu bestie“ [7]), id est multitudinis amatorum huius mundi, e capitibus ipsius bestie, id est magnificis et gloriosis amatoribu

---

a) in sacerdotibus et populis *ed.* b) in *ed.* c) diligunt *ed.* d) cor firmandum *ed.,* vitam *om.* e) iudicentur *ed. et biblia.* f) seducerent in quam *ed.* g) divitias, honores et lautam *(sic)* vitam *ed.* h) penes a *om. ed.;* penes ap. S. *A.*

1) *Apoc. XIII. 14:* „Et seduxit habitantes in terra.“ 2) *II. Thess. I 10—11.* 3) *Cf. Matth. VII. 13—14.* 4) *Cf. Numer. XXI. 21* (via reg gradiemur). 5) *Job XLI. 23.* 6) *Cf. II. Thess. II. 9—10.* 7) *Apoc. XI 14:* „Et seduxit habitantes in terra propter signa, quae data sunt illi facer in conspectu bestiae, dicens habitantibus in terra, ut faciant imaginem bestia quae habet plagam gladii, et vixit.“

in hac vita. „Dicens habitantibus in [hac] terra“, id est persuadens et indulgens verbo suo et exemplo, ut imitentur licite et cum salute anime amorem huius vite, delicias, divicias et honores. Que est „ymago bestie“, id est hominum[a]) derelictorum a spiritu dei[b]), commutatorum in bestiam[c]), qui[d]) solum inquirunt[e]) delicias, divicias, gloriam et honorem in hoc mundo. „Que habet plagam gladii“, id est per passionem et crucem domini Jhesu Christi fuit[f]) occisa illa[g]) figura mundialis in christianis. „Et vixit“, id est iterum irrepsit vel est introducta in christianos. „Et datum est illi“ [1]), prefate bestie, que habet duo cornua similia agni, „ut daret spiritum ymagini bestie“, id est ut haberet potestatem spiritualium et auctoritatem, „ut loquatur ymago bestie“, id est ut condat constituciones, doctrinas hominum et leges super et[h]) pro acquirendis diviciis et gloria et ea late longeque per ecclesiam divulgaret. „Et faciet, ut, quicumque non[i]) adoraverit ymaginem bestie, occidatur“, id est faciet hoc, ut quicumque contempneret adinvenciones tales hominum[k]) et doctrinas[l]) vel modum vivendi conpactum et compositum pro talibus amatoribus et inquisitoribus diviciarum, deliciarum et glorie, et non subiceret se illis seu non obediret[m]), tamquam hereticus iudicetur et occidatur [ab illis], qui ipsa ei preponere[n]) domini Jhesu ewangelio et prophetis, ymmo autenticant ipsa tantumdem[o]) vel amplius quam[p]) dei ewangelium et sacram scripturam. „Et[q]) [2]) faciet omnes pusillos et magnos, et[r]) divites et pauperes, et[s]) liberos et servos habere caracterem in dextra manu [sua] aut in frontibus suis, et ne quis possit emere vel vendere, nisi qui habet caracterem nominis[t]) bestie aut numerum nominis eius.“ Istorum exposicionem require infra et eciam supra in eodem tractatu [3]).

Quod autem sequitur, est valde notabile, scilicet quod dicit [4]): „Hic sapiencia sanctorum est“, id est quod ista, que hic

31) Apok. XIII.° *A alia manu.*

a) bestialium *add. ed.* b) Jesu *ed.* c) c. in b. *om. ed.* d) quod *ed.* e) inqunt *(sic)* terrena ut bestia, vel tantum percipiunt de spiritualibus ut bestia. Quae habet ɔc. *ed.* f) quae fuit occisa *ed.* g) prima *ed.* p) super et *om. ed.* i) *sup. lin. add. A.* k) traditiones tales *ed.* h) ipsius *add. ed.* m) obedierit *ed.* n) *ita corr. A.* o) tandem *ed.* l) quasi *ed.* q) *om. ed.* r) *om. ed.* s) *om. ed.* t) aut nomen *biblia.*

1) *Apoc. XIII. 15.* 2) *Apoc. XIII. 16–17.* 3) *vide infra c. 76.* 4) *Apoc. XIII. 18.*

dicuntur, prudenter sunt interpretanda, ne[a]) ulla iniuria irrogetur prepositis[b]) et ne detur occasio superiores contempni[c]) a suis inferioribus vel[d]) iudicari ac condempnari. Propter quod[e]) dicit propheta [1]): „Verumptamen unusquisque non iudicet, neque arguatur vir." Et de isto habes infra magis copiose[2]). Quod autem dicitur[3]): „Qui habet intellectum, conputet numerum bestie. Numerus enim hominis est", hoc[f]) ponitur quasi signum illius vel argumentum, cui fuerit datum intelligere hanc figuram de bestia et de singulis, que circa illud sunt in spiritu ostensa, ac si dicat: Ille, qui habet intellectum istorum, que de bestia et de ymagine eius et de plaga eius sunt producta, sciret numerum bestie conputare consequenter; quod si forte numerum non intelliget[g]), nec intellectum bestie se habere licite poterit affirmare. „Numerus eius est DCLXVI[4])."

Ego puto, quod iste numerus prorsus tantum conprehendit[h]) quantum quinque menses locustarum descriptarum supra ca. IX[i]) [5]), cuius numeri habes exposicionem claram in tractatu[k]) [6]) III, dist. IIII, c. [9]. Nam puto coram Christo Jhesu, deo piissimo, quem summe obsecro et continue, ut non me permittat decipi a malignis spiritibus, puto[l]), inquam, humiliter me subiciens eidem et ecclesie sue sacrosancte Romane, ut ipsa videat et iudicet omnia et singula, que hic scribo vel umquam sum scripturus, puto igitur[m]), quod hic posita de bestia et de adoracione eius multa vel omnia concordent in tempore et numero et materia cum illis, que ibi traduntur de locustis.

---

21) Sancta ecclesia Romana *A alia manu.*

[a]) ut vero *ed.* [b]) veris vicariis et a Christo Jesu praepositis et missis *ed.* [c]) contempni *A et ed.* [d]) vel — condempnari *om. ed.* [e]) Ideo *ed.* [f]) hic *ed.* [g]) intelligat *ed.* [h]) comprehendat *ed.* [i]) supra c. IX *om. ed.* [k]) clarius alibi *ed.* [l]) puto — scripturis *om. ed.* [m]) etiam *ed.*

[1]) *Oseae IV. 4.* [2]) *v. infra c. 39 et l. a.* [3]) *Apoc. XIII. 18.* [4]) *Apoc. XIII. 18:* „Numerus enim hominis est, et numerus eius sexcenti sexaginta sex." [5]) *v. supra c. 9, p. 40.* [6]) *in tractatu de Antichristo, dist. 9, c. 9, vol. III., p. 168 sq.*

Capitulum trigesimum[a]).

[Numerus LXX seniorum significat universum statum episcoporum apostantium a deo. Item numeri septenarii denarii mysterium][b]).

Liceat nunc redire ad verba Ezechielis dudum preassumpta ad tractandum. Ad exprimendum igitur horrorem abhominacionum desolacionis in familia Jhesu crucifixi dicitur[1]): „Et LXX viri de senioribus domus Israel".

[1] Per istum numerum, puta[c]) LXX, et multitudo abhominacionis innuitur[d]) simul et magnitudo desolacionis, que sese semper equaliter consecuntur.

Dico autem *a)* multitudinem abhominacionis designari per LXX seniores, quia hic numerus universitatem exprimit, ut ex supradictis iam poterit convinci, et precipue universitatem[e]) dominorum episcoporum, quos hic sermo domini in tempore novissimo Antichristi omnes probat declinasse, simul inutiles factos esse[2]), ut non inveniatur in eis vir, qui interponat se murum pro domo dei[3]), neque qui faciat bonum inquirendo, que sunt Jhesu crucifixi, sed omnes, que sua sunt, querunt[4]), amant vitam hanc[f]), diligunt quietem, divicias, gloriam et honorem[g]), non dolent super iniquitate qualibet vehementer nec urget[h]) ipsos Christi Jhesu caritas[i]) [5]), que deberent proprie propria esse episcoporum, sicud dictum est Petro ter[k]) [6]): „Petre amas me?", et ter ipso respondente, quod amat, ter dictum est sibi[l]) a veritate[m]): „Pasce oves meas" [f. 233[a]]. Quapropter omnis episcopus tepidus abhominacio Jhesu crucifixo, provocans ipsum dominum glorie ad vomitum, sicut scriptum est ad episcopum[7]): „Utinam esses calidus vel frigidus.

---

5) Nota totum bene *A.*

[a]) *ita A in marg.:* Cap. XXX.[m] [b]) *ita inscribitur in ed.* [c]) *om. ed.* [d]) notatur, quae sese *ed., cet. om.* [e]) universitas *A.* [f]) ultra vitam aeternam *add. ed.* [g]) honores *ed.* [h]) utique *ed.* [i]) movet *add. ed.* [k]) distincte *add. ed.* [l]) semper *ed.* [m]) quo *ed.*

[1]) *Ezech. VIII. 11.* [2]) *Cf. Rom. III. 12:* „Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt." [3]) *Cf. Ezech. XIII. 5:* „Non ascendistis ex adverso, neque opposuistis murum pro domo Israël." [4]) *Cf. Philipp. II. 21.* [5]) *Cf. II. Cor. V. 14:* „Charitas enim Christi urget nos." [6]) *Joan. XXI. 15—17 (libere allatum).* [7]) *Apoc. III. 15—16.*

Sed quia tepidus es [et nec frigidus, nec calidus], incipiam te evomere de ore meo."

Nichil siquidem nocivius[a]) dei populo, quam episcopi tepidi, quia illi sunt, qui suasibiliter et dulciter dant dei populum in manus inimici[1]) et relaxant christianam disciplinam et declinant ad sequelam huius mundi sanctos simplices, qui tepidum episcopum pocius in talibus et ad talia, que carni placent, parati sunt imitari, credentes omnino, quod[b]) ea, que vident in episcopo tali, serviente deo, licet tepide, quod omnia eis sint salubria vel licita et indulta, ut est amor diviciarum deliciarum et honorum. Et habent pro se scripturas multas et fortes, que obtendunt[c]) pro sua in malis excusacione, cum ea vident in episcopis christianis et aliqualiter ordinatis et devotis actitari. Si quippe esset episcopus manifeste iniqu[u]s et tyranus tunc censeret palam quilibet christianus ipsum esse fugiendum et in nullo imitandum, eciam sola dictante racione naturali, et ita non posset esse tam nocivus plebi, quemadmodum tepidus et simulator. Propterea scriptum est[2]): „Si inimicus meus maledixisset michi, sustinuissem utique. Et si is, qui oderat me super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo."

Cum igitur universitas sit talium in periculosis temporibus novissimis, quantam putas abhominacionem ex ipsis conflari et quam horrendam Jhesu Christo, et quantam exinde fieri desolacionem in dei ecclesia tribulacionemque sanctorum[d]) maximam et periculosam[e]). Propter quod omnes lamentaciones Jeremie per ordinem nimis proprie nunc conpetunt ecclesie sacrosancte, sed forte non est, qui[f]) ipsas intelligat vel advertat aut coram deo exerceret et sue matri sic lugubri[g]) congemisceret vel confleret. Unde dicitur in Lamentis[h]) [3]): „Quo modo sedet sola civitas plena populo. Non est, qui consoletur eam ex omnibus caris eius. Omnes amici eius spreverunt[i]) eam et facti sunt ei inimici", et omnia sequencia usque[k]) finem. Que utinam venirent ad mentem sacerdotum, ut ipsa inter vesti-

---

[a]) *primum* -i- *sup. lin. A.* [b]) *om. ed.* [c]) *ras. A.* [d]) *om. ed.* [e]) pericula *corr.* periculosam *ed.* [f]) quis *A;* qui *ed.* [g]) lugubre *A.* [h]) lamentationibus *ed.* [i]) spernunt *ed.* [k]) usque ad *ed.*

[1]) *allocutio biblica, cf. Eccli. IV. 22* (et tradet eum in manus inimici sui). [2]) *Psalm. LIV. 13.* [3]) *Thren. I. 1. 2.*

pulum et altare frequentarent, lacrimando vel[a]) laborando in gemitu et dicendo[1]): „Parce, domine, parce populo tuo et ne des hereditatem tuam in manu[s][b]) inimici[c])“, et alia singula, que in illis Lamentis[d]) continentur. Non est dubium, quod[e]) Jhesus piissimus, os nostrum[2]) et caro nostra et ipse crucifixus pro nobis, repropiciaretur[f]) sue ecclesie sacrosancte.

b) Ponitur eciam in textu prophete iste numerus[g]) LXX pro magnitudine desolacionis, que consequitur[h]) abhominacionem multam in dei ecclesia, quoniam in LXX sunt duo numeri principales partes ipsius, scilicet decem et septem; ex quorum duccione[i]) in alterutrum, per doctrinam algorismi[k]), vis[l]) semper resultat[m]) LXX. Innuitur ergo per hunc numerum desolacio a septem spiritibus Jhesu Christi, et per consequens omnium carismatum dei desolacio, et induccio VII nequiorum spirituum Antychristi, desolacio a septem virtutibus, tribus theologicis, scilicet fide, spe et caritate, et quatuor cardinalibus: temperancia, prudencia, fortitudine et iusticia, et multiplicacio VII capitalium peccatorum famosorum; desolacio VII sacramentorum[n]) et introduccio universorum errorum et adinvencionum hominum[o]), per que et in quibus homines querunt iustificaciones suas, obmissa frequentacione[p]) et affeccione fideli ad fidelia et saluberrima domini Jhesu sacramenta, utpote est crebra peccatorum confessio et corporis Christi communio sepe vel cottidie iterata[q]); desolacio veritatis et amor fabularum et rerum[r]) omnino incertarum, promissionum humanarum infinitarum, de quibus superius est disputatum[3]). Innuitur insuper destruccio vel transgressio dei preceptorum, que denario numero supputantur[s]), et desolacio legis divine et omnium bonorum per decem plagas egypciacas spirituales, que extimplo[t]) deseviunt in trans-

---

[a]) lacrimando vel *om. ed.* [b]) manu *A et ed.* [c]) in opprobrium, ut dominentur eis nationes *biblia.* [d]) lamentationibus *ed.* [e]) quin *ed.* [f]) propitiaretur nobis *ed., cet. om.* [g]) prophetae *add. ed.* [h]) *corr. A.* [i]) scilicet septies decem *add. ed.* [k]) algorithmi *ed.* [l]) *om. ed.* [m]) resultant *ed.* [n]) a Christo institutorum *ed. add.* [o]) et specialiter circa sacramenta *add. ed.* [p]) frequentare *ed.* [q]) utpote est vera poenitentia, et sic de aliis septem *ita ed. textum adaptavit modo valde significativo.* [r]) iterum *ed.* [s]) computantur *ed.* [t]) extemplo *ed.*

[1]) *Cf. Joel II. 17:* „Inter vestibulum et altare plorabunt sacerdotes ministri domini et dicent“ oc. [2]) *Cf. Thren. IV. 20:* „Spiritus oris nostri Christus.“ [3]) *v. supra c. 22, p. 92.*

gressores singulorum decem preceptorum. Et per ista not quod hic[a]) LXX viri alludunt, ymmo idem signant, sicut besti in Apocalypsi coccinea, que de mari ascendit[1]), vel bestia, su per quam sedet mulier fornicaria, habens VII capita et cornu X[2]), quoniam sicut hic VII et decem magnam vim contine in significando, ut dictum est, ita prorsus ibidem eandem h numeri exprimunt et pro similibus supputantur.

Capitulum trigesimum primum[b]).

[Acceptiones variae huius nominis „vir" in scripturis sancti Quod praelati ecclesiarum omnia flagitia impune patrant, mira bilibus fucis et praestigiis tecti. Initium abominationis quo fuerit cum descriptione insigni discessionis a fide et bonis mori bus sub Antichristo][c]).

[2] Et sicut iam dictum est de hoc numero septuagint quod puta hic positus est ad expressionem magnitudinis ab hominacionis in templo domini, ita consequenter senciendu est de hoc, quod dicitur „viri"[3]). Nam[d]) sicut hoc nomen „vir" in bono acceptum, significat potenciam[e]) [f. 233[b] album] [f. 234 album] [f. 234[b]] ad benefaciendum, ita a contrario „vir" in mal signat potestatem male faciendi, sicut scriptum est[4]): „Qui gloriaris in malicia, qui potens es iniquitate?" Et propterea, u plurimum, homines potentes vel aliis prepositi, sive boni sin sive mali, sunt a veritate[f]) „viri" nominati, quia si huiusmod sunt boni, tunc multum possunt bene facere; et similiter, s sunt mali, in malo sunt prepotentes. Et quia, ut dictum[g]), hi in malo viri sunt accepti, ideo exprimit scriptura magnam ip sorum „malicie libertatem"[5]) vel potestatem exercendi suam concupiscenciam infrenatam. Dicuntur eciam hic viri relativ

19) Nota bene totum *A in calce folii super. et in marg.:* De viro.

a) nota hic, quod *ed.* b) *ita A in marg.:* Cap. XXXI. c) *ita in scribitur in ed.* d) *ras. seq. in A.* e) *folia alba 233[b] et 234[a] sequuntu sed nihil deficit.* f) virtute *ed.* g) est *add. ed.*

1) *Cf. Apoc. XVII. 3* (bestia coccinea) *et XIII. 1* (Et vidi de mari be stiam ascendentem). 2) *Cf. Apoc. XVII. 1.* 3) *Cf. Ezech. VIII. 11, l. ci supra p. 125:* „Et septuaginta viri de senioribus domus Israel . . ." 4) *Psalm LI. 3.* 5) *Cf. I. Petri II. 16* (quasi liberi, et non quasi velamen habente malitiae libertatem).

ad mulieres misticas, fornicarias supradictas, quibus deserviunt, ipsarum cupiditates inpudicas coram deo adinplendo. Et quia sibipsis[a]) nimis in regimine, diviciis et honore[b]) subditorum blandiuntur, diviciis et gloria ipsos delectantibus coram mundo[c]), ideo summis studiis exhibent se coram subditis beneficos et gloriosos usque ad dispensacionem ecclesie beneficiorum secundum libita hominum et suam propriam voluntatem, et ita effundunt mistice femora sua mulieribus, de eo, quod habent magnam potestatem, se iactitantes. De quibus scriptura proprie expressit Ecclesiastici XLVII°[1]): „Collegisti quasi auricalcum[d]) aurum et ut plumbum conplesti argentum et inclinasti femora tua mulieribus, potestatem habuisti in tuo corpore. Et dedisti maculam in gloria tua et prophanasti semen tuum, inducere iracundiam ad liberos tuos et in ceteris[e]) stulticiam tuam, ut faceres imperium bipartitum et ex Effraym imperare inperium durum.“

[3] Iterum ad maiorem expressionem abhominacionis ponitur „viri seniores domus Israel“, id est, quod sunt potentes facere malum in domo domini non tantum ex eo, quod sunt in hoc seculo viri magni, divites, gloriosi et famosi, gygantes a seculo[2]), atque potestate terrena et amicicia huius mundi et sapiencia carnis et principum huius seculi precellentes; sed eciam sunt potentes abhominacionem facere magis ex eo, quod sunt „seniores“ familie Jhesu crucifixi et habent auctoritatem multam super[f]) christianos, quibus non est phas in ullo contradicere in domo domini. Et cum hiis habundant sapiencia et sciencia divinarum scripturarum, libris et eloquencia, et omnia armamenta[g]) in domo domini habent in sua propria diccione[h]), per quod super omne, quod dicitur deus in terra aut quod colitur, se ipsos extulerunt[3]), quia cupide ad cathedras ecclesie se ingerentes, super omnia predicta pro voto suo exercent potestatem, in clero, id est in sorte Christi Jhesu, dominantes aut in domo domini, in qua sunt seniores[4]).

Ex quibus collige locustarum potestatem, que est quasi

---

[a]) seipsos *ed.* [b]) honore — diviciis et *om. ed.* [c]) ostentant *add. ed.* [d]) aurichalcum *ed.* [e]) *ita A et ed.; incitari biblia.* [f]) supra *ed.* [g]) Romana *(sic)* armamenta *ed.* [h]) ditione *ed.*

[1]) *Eccli. XLVII. 20—23* (aurichalcum). [2]) *Cf. Gen. VI. 4.* [3]) *Cf. II. Thess. II. 4.* [4]) *Cf. Matth. XX. 25.*

scorpionum terre et habent potestatem nocere hominibus mensibus quinque[1]): vide de hiis in tractatu III., dist. IIII. de Antychristo[a])[2]). Et rogo, ut hec omnia et singula, que hic in Ezechiele dicuntur, conpares ad illa, que dicuntur in Apocalypsi de locustis.

Sunt igitur hii, qui faciunt horrendam abhominacionem desolacionis, minores et maiores in ecclesia, quamvis omnes sint in gradu seniorum. Sunt[b]) scilicet minores clerici et sacerdotes nimis multi, quia dicitur[3]) „universa ydola Israel depicta in circuitu per totum in pariete.“ Maiores sunt universi vel valde multi, quia dicitur[4]): „Et LXX.“ Et illi omnes sunt potentes ad faciendum malum, quia viri sunt famosi, divites, fortes et gloriosi in hoc seculo, docti secundum carnem[5]) et eloquentes. Sunt insuper[c]) magne auctoritatis in dei ecclesia et potestatis in spiritualibus, muniti omni apparencia iusticie corporalis, omni sapiencia, sciencia et scripturis sacris.

Sed ista est abhominacio maxima, quod cum in nomine suo ad gradus ecclesie pervenerunt[d]), sola cupiditate vel principaliter ipsos perducente ad divicias, ecclesie potestatem et honores, et in illis existentes, que sua sunt, querunt, non que[e]) Jhesu Christi[6]). Sanctuariumque dei[7]) estimantes se hereditarie[f]) possidere, nomine Christi se ipsos contegunt et, ac si oportune[g]) faciant singula, stant securi (1) tum ideo, quia universi similiter faciunt; (2) tum ideo, quia inferiores superioribus adulantur et superiores inferioribus sunt in cupiditate omnino similes, vel quantum superiores gradu, tantum excellentes ambicione, gaudent de exercicio sue superbie, habentes aptam ad hoc[h]) materiam multitudinem suorum subditorum, eciam huius mundi amatorum, sicut mechus super sua concubina delicata gratulatur; (3) tum quia iam omne verbum scripture, quod talia, que ipsi sequuntur, arguit vehementer et reprehendit, est in ipsis suffocatum[8]) et nimia familiaritate inveteratum et nimia den-

---

a) Vide tractatum de Antichristo *ed.* b) *om. ed.* c) et insuper *ed.* d) perveniunt *ed.* e) *sup. lin. add. A.* f) *corr. A.* g) optime *ed.* h) hanc *ed.*

1) *Cf. Apoc. IX. 3 et 10.* 2) *v. tract. de Antichristo dist. 9, c. 9, in vol. III, p. 167 sq.* 3) *Ezech. VIII. 10, l. c.* 4) *Ezech. VIII. 11, l. c.* 5) *Cf. I. Cor. I. 26* (sapientes secundum carnem). 6) *Cf. Philipp. II. 21.* 7) sanctuarium dei (domini) *voces biblicae notissimae.* 8) suffocare verbum, *cf. Matth. XIII. 22.*

sitate aliarum recencium doctrinarum hominum et librorum obnubilatum; (4) tum [f. 235[a]] quia multi pseudoprophetarum facta ipsorum excusant omnia et applaudunt, existentes de similibus studiis et ambicione seu in amicicia huius carnis. Et sic Vehemot dormit in secreto calami[a]) in locis humentibus et umbre protegunt umbram eius et circumdant eum salices torrentis[1]).

Cum itaque nunc, [ut][b]) iam sepe dictum est, ita viventes omnes quiete et dulciter in diviciis et honore secure expectant vitam eternam et credunt sic se bene deo suo conplacere cum amore huius vite, et illud[c]) universe ecclesie suggerunt et palam probant evidenti exemplo sue vite et sermone, non est modus possibilis vel cogitabilis, quo possit communitas ecclesie magis decipi et forcius persuaderi, posse salubriter cum pace huius mundi pacem Christi possidere, cum amore huius vite habere amorem eternorum, cum cupiditate vel libidine carnis[d]) retinere domini Jhesu caritatem ita, ut vere, nisi dominus nobis semen reliquisset, quasi Sodoma fuissemus et quasi Gomorra[e]) perissemus[2]). Hanc autem ipsam esse abhominacionem desolacionis est iam per plurima in superioribus declaratum eo, quod omnia a spiritu Jhesu crucifixi ob mixcionem talem et coniunccionem manent prorsus desolata, quia spiritus sanctus discipline effugiet fictum et auffert se a cogitacione, que est sine intellectu[3]).

[4] Sequitur in textu[4]): „Et Jeconias, filius Zaphan, stabat in medio eorum, stancium ante picturas, et unusquisque habebat turribulum in manu sua.“ Istud similiter ponitur ad exaggeracionem maxime abhominacionis, puta, quod summus et maxime proximus Christo Jhesu[f]) stat in medio, tamquam fons et origo omnis avaricie clericorum sacerdotum et „abhominacionum terre“[5]), existens positus in loco illo[g]), qui est locus dei summi, qui debebat esse fons et origo omnis boni et omnis contemptus huius seculi et ipsius glorie et diviciarum[h]), ita quod sic sit omne caput languidum

---

2) Nota bene totum *A ad calcem fol. super.*

a) thalami *ed.; ita et supra et infra.* b) *om. A et ed.* c) ideo *ed.* d) *ras. A.* e) *corr. A.* f) *ras. A.* g) suo *corr.* illo *A.* h) et amicus crucis Christi, factus est inimicus crucis Christi *add. ed.*

1) *Cf. Job XL. 16—17.* 2) *Cf. Isaiae I. 9.* 3) *Cf. Sap. I. 5.* 4) *Ezech. VIII. 11, l. c.* 5) *Cf. Apoc. XVII. 5.*

et omne cor merens, a planta pedis usque ad verticem non es in eo sanitas[1]).

„Stabat", inquit, „in medio stancium ante picturas", id es cultum, qui deo erat debitus, picturis exhibentes, videlicet corda sua cupiditati et vanitati et animam suam et principale propositum suum huic mundo offerentes, nichilominus deum honorantes precise labiis suis vel ore solo, confitentes se nosse Christum Jhesum, factis autem ipsum abnegantes, docentes strennue doctrinas et mandata hominum[2]). Et de eo[a]) scriptum est[3]): „Qui cum deum congnovissent, non sicut deum glorificaverunt, neque gracias egerunt, sed evanuerunt in cogitacionibus suis et obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Et mutaverunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem ymaginis corruptibilis hominis et volucrum et quadrupedum et serpencium."

Nota hic, quod per „Jeconiam, filium Zaphan", idem intelligitur, quod[b]) in Apocalypsi intelligitur per regem, quem habebant locuste, qui est angelus abyssi, habens nomen latine Exterminans[4]).

[5] Sequitur, ubi supra[5]): „Et vapor nebule de thure consurgebat." Similiter hic per „vaporem nebule" idem intellige, quod in Apocalypsi designatur per fumum, qui ascendit de puteo, sicut fumus fornacis magne, a quo fumo obscuratus [est] sol et aer et de ipso fumo putei exierunt locuste in terram et data est eis potestas, sicut habent scorpiones terre[6]). Et illud[c]) idem dominus in Job designavit per illud, quod ibidem dicitur[7]): „De naribus eius", supple Behemoth, „procedit fumus sicut olle accense atque ferventis." Et infra ibidem et[d]) ad idem[8]): „Fervescere faciet quasi ollam profundum mare, et ponet, quasi cum unguenta buliunt." Que omnia designant concupiscencias vel passiones infinitas et affecciones christianorum carnalium, et primum sacerdotum et clericorum[e]), que veniunt[f]) eis et emanant ex cupiditate ipsorum vel ex amore huius

---

10) Ro. I° *A.*

a) De hoc *ed.* b) quod *ed.;* quid *A.* c) ideo *ed.* d) *om. ed.* e) et clericorum *om. ed.* f) venient *ed.*

1) *Cf. Isaiae I. 5—6.* 2) *Cf. Matth. XV. 8—9.* 3) *Rom. I. 21—23.* 4) *Cf. Apoc. IX. 11.* 5) *Ezech. VIII. 11.* 6) *Cf. Apoc. IX. 2—3.* 7) *Job XLI. 11.* 8) *Job XLI. 22.*

mundi. Que tunc maxime incepit[a]), quando Antychristus posuit se ipsum super sedem suam „in excelso urbis loco“[1]) et incepit esse nimis potens in iniquitate et extulit se super omne, quod dicitur deus aut quod colitur deus[2]), dum fuit factus dominus omnium thesaurorum, honorum et omnis glorie in ecclesia et cum distribuebat illa omnia pro suo libito et divisit terram sanctorum gratuito[b])[3]), habens potestatem ignem mittere de celo in terram[4]) et[c]) de celo cauda sua ad terram detrahere[5]) et alia magna nova et mirabilia facere in conspectu omnium hominum[6]) in ecclesia, magnorum et parvorum, liberorum et servorum. Quando sic sagaciter ordinavit, quod nullus posset emere vel vendere, nisi qui haberet caracterem bestie in fronte vel in manu eius[d]) aut numerum [f. 235b] nominis eius[7]), tunc, inquam, maxime cupiditas christianorum, et primum clericorum et sacerdotum, in cordibus eorum efferbuit et vapor nebule secundum Ezechielem[8]) vel fumus de puteo abyssi secundum Joannem[e]) emanavit nimis late et nimium spisse, quod aerem et solem obtenebravit[9]).

Verumptamen, salvo iudicio meliori, ego puto coram domino dulcissimo meo[f]), Jhesu crucifixo, tunc illa omnia habuisse suum inicium, quando dominus apostolicus contraxit ad se omnia beneficia et officia ecclesie pro sua voluntate dispensanda[g]) et incepit dispensacione beneficiorum tocius ecclesie occupari, atque distribucione bonorum temporalium seipsum aggravare, et conferre multa privilegia et exempciones ab obediencia infinitis personis, multiplicatis et diffusis per totam ecclesiam et subditis ordinarie aliorum, puta ut essent sibi soli subiecti et[h]) a suis propriis episcopis et inmediatis sacerdotibus exempti et de ipsorum subieccione atque obediencia liberati, habentes potestatem super alienos[i]) subditos confes-

---

13) Nota bene totum *A ad calc. fol. super.*

a) incoeperunt *ed.* b) gratuite *ed.* c) *in cod. A. seq. locus albus pro una voce adinplenda.* d) sua *recte ed.* e) in Apocalypsi *ed.* f) *om. ed.* g) dispensando *ed.* h) et a suis immediatis praepositis exempti *ed.* i) terrenos *(sic) ed.*

1) *Cf. Proverb. IX. 14.* 2) *Cf. II. Thess. II. 4.* 3) *Cf. Daniel. XI. 39.* 4) *Cf. Lucae XII. 49:* „Ignem veni mittere in terram“; *voces* „mittere ignem“ *crebrius in biblia leguntur.* 5) *Cf. Apoc. XII. 4.* 6) *phrasis* in conspectu hominum *communiter in biblia occurrit.* 7) *Cf. Apoc. XIII. 17.* 8) *Cf. Ezech. VIII. 11, l. c.* 9) *Cf. Apoc. IX. 2, l. c.*

siones audiendi et auctoritatem predicandi[a]) et per consequens inpediendi dominos curatos et ordinem sanctissimum gerarchicum[b]) conturbandi[c]), sicut reverendissimi et fidelissimi doctores et magistri in theologia Parisiis[d]) ista dudum ante previderunt, predixerunt et limpide prescripserunt in duobus libris dignissimis[e]) et a spiritu Jhesu conpilatis[1]). Si quis eos cupiat habere, facile ipsos poterit in ecclesia Jhesu reperire[2]). Sicud namque hiidem[f]) viri doctissimi et probissimi et illius universitatis gloriosissime, in qua est multitudo sapientum, que est sanitas orbis terrarum[3]), descripserunt et previderunt ante annos CXXXVI[4]) tunc futura, sed in novissimis temporibus iam ad oculum hodie visa sunt omnia esse adinpleta et adhuc adinpleri.

Et tunc fuit secunda virga sublata de medio, que dicitur Funiculus, de qua Zacharias loquitur et de ea superius aliquid est contactum, ubi dicitur[5]): „Et precidi virgam meam secundam, que appellabatur Funiculus, ut dissolverem germanitatem inter Judam et Israel.“ Et tunc incepit tunica domini Jhesu inconsutilis, desuper contexta per totum[6]), a fimbris suis disrumpi per singula, usque dum scissura ad summum orificii perveniret[g]), et corpus ecclesie ab inferioribus membris dilaniari, habundancia[h]) iniquitatis et refrigescencia caritatis multa[i])[7]) dantibus[k]) scissure incrementa in amplius[l]), usque dum caput ipsum ecclesie vicarium[m]) scinderetur[n]), quoniam tunc, Christo Jhesu et spiritu eius, qui solum colligit[o]) in unum

16) Iqzi (?) *A alia manu.*

a) quae volunt *add. ed.* b) *om. ed.* c) alios ordines excogitando *add. ed.* d) Parisius *A;* Parisiis *ed.* e) dignissime *ed.* f) hi iidem *ed.* g) pervenietur *ed.* h) abundantiam *ed.* i) multe *A;* refrigescentiam charitatis multorum superabundare *ed.* k) ac dentibus *(sic) ed.* l) extendi *add. ed.* m) Vicarius *ed.* n) *corr. A.* o) colligat *ed.*

1) *vid. in (Guilelmi, recte Johannis de Sancto Amore) Collationibus catholicae et canonicae scripturae et in tractatu De periculis novissimorum temporum; de quibus scriptis v. vol. III., passim.* 2) *tractatus De periculis novissimorum temporum operi Matthiae de Janov insertus atque in vol. III, p. 252—314 editus est.* 3) *Cf. Sap. VI. 26.* 4) *scil. ante a. 1256, quando tractatus De periculis a papa Alexandro IV. damnatus est; ex annis 136 indicatis elucet, tractatum praesentem Mag. Matthiae de Janov circa a. 1392 scriptum esse (1256 + 136 = 1392). Cf. praefationem.* 5) *Zachar. XI. 14; cf. supra p. 120—121.* 6) *Cf. Joan. XIX. 23:* „Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum.“ 7) *Cf. Matth. XXIV. 12.*

suos christianos, sublato de medio, conpleta est desolacio. Et tunc ille, cuius maxime proprium est dispargere[a]) spiritus, Sathan videlicet, potenter christianos dilaceravit et divulsit multiplicavitque nimis vehementer suas pessimas facciones[b]) et efficaciter et collorate capciosas „in[c]) omni virtute et signis et prodigiis mendacibus“ [1]), tantam tribulacionem simul et errorem valde nimis verisimilem omnibus sanctis per totam ecclesiam faciendo, dulciterque et per universas species virtutum et pietatis seducendo de Christo ad Antychristum, de caritate ad cupiditatem, de amore eternorum ad amorem terrenorum, de rigida vita et arta via [2]) in Christo crucifixo[d]) ad amiciciam huius vite et late vie mundi, de ardua[e]) penitencia pro peccatis propriis et ceterorum fratrum ad comodosam vitam et quietam in hoc seculo, de artissima custodia a facie malignorum spirituum [3]) ad securam[f]) mansionem in hac carne et mundo, de bello difficili et gravi cottidie cum viciis et concupiscencis et cum dyabolo ad dissolutam et quietam mentem in pace mundi, de libertate sancti spiritus [4]) ad libertatem carnis, de veritate ad fabulas [5]), de iusticia, que est solum in Christo Jhesu [6]) in veritate cuilibet peccatori, ad iustificaciones hominum voluntarias[g]) et corporales. Ita, inquam, seduxit et abduxit christianos nimis suasibiliter, dulciter et colorate et vehementer, operte et sub speciebus boni[h]), qui aliter nequaquam in tantum nocere christianis, neque[i]) efficere suum propositum valuisset, divina vindicta sibi iuste hoc permittente, secundum quod apostolus determinavit[k]) II. [ad] Thessalonicenses[l]) [7]). Seduxit, dico, ab obediencia suorum superiorum[m]) et a[n]) mandatis tremendis[o]) ad doctrinas et mandata hominum, ab[p]) antiquis ad recencia, a sacramentis saluberrimis ad quedam ficta[q]) et inventicia, nimium

---

[a]) *ita A;* dispergere *ed.* [b]) et traditiones *add. ed.* [c]) et in *ed.* [d]) fundata *add. ed.* [e]) vera *ed.* [f]) *ras. A.* [g]) excogitatas *ed.* [h]) sanctitatis *ed.* [i]) nec *ed.* [k]) delineavit *ed.* [l]) 2. Thess. 2 *ed.* [m]) domini Jesu *ed.* [n]) *om. ed.* [o]) eius *ed.* [p]) ab — recencia *om. ed.* [q]) fictitia et inutilia saluti *ed.*

[1]) *Cf. II. Thess. II. 9.* [2]) *Cf. Matth. VII. 13—14* (spatiosa via — arcta via). [3]) *Cf. Lucae VIII. 2* (spiritus maligni). [4]) *Cf. II. Cor. III. 17* (Ubi spiritus domini, ibi libertas). [5]) *Cf. II. Tim. IV. 4* (a veritate — ad fabulas). [6]) *Cf. Philipp. III. 9* (iustitia, quae ex fide est Christi Jhesu). [7]) *Cf. II. Thess. I. 8:* „In flamma ignis dantis vindictam iis, qui non noverunt deum, et qui non obediunt evangelio domini nostri Jesu Christi.“

multiplicata[a]), et multitudine et densitate eorum obnubilavit quasi silva ea, que erant „viciniora saluti“ [1]), et fecit per illud homines christianos minus intentos circa ea, que omnino sunt utilia et neccessaria ad salutem, seduxit a divina sapiencia, plena salute et spiritu sancto, ad prudenciam et scienciam hominum et principum huius mundi, quam copiavit nimis vehementer et dilatavit et autenticavit[b]) et lucrosam diviciarum et honoris[c]) in hoc seculo effecit, ut ita divina sapiencia et sciencia esset neglecta [f. 236[a]] a christianis, inveterata et obducta et quasi vilis et inutilis ab eisdem reputata. Sic, inquam, multum miti modo et quasi racionabili induxit in christianos timorem et tremorem magnorum hominum, et doctorum[d]) et splendidorum[e]), licet expercium a virtutibus Jhesu[f]), secundum omnem similitudinem regum et dominorum gentilium, et ipsos nimis autenticavit et magne auctoritatis tremendeque sibi effecit[g]) et sic[h]) abduxit ab humilitate Jhesu crucifixi. Et attenuavit timorem et honorem solius auctoritatis et persone eiusdem Jhesu Christi, quatenus ita dominus Jhesus[i]) et ipsius humiles et simplices quasi mortuus[k]), et quasi non sint, reputarentur, et quod solum illud, quod altum est hominibus, gloriosum et sublime, reputaretur et timeretur et auctoritatis magne haberetur a populis christianis[l]), sed licet esset hec horrenda abhominacio aput Jhesum, et id, quod est humile et contemptum[m]) et spernens divicias et honores propter crucem et veritatem in Jhesu, quatenus illud a christianis nichili duceretur[n]). Sic, inquam, nimis subtiliter [Sathan] seduxit et abduxit christianos[o]) successive et efficaciter a primeva ipsorum dignitate et sanctitate in Christo Jhesu et sua propria gloria, que est crux ipsius passionis[p]) pro toto mundo, ad quandam mirabilem simulacionem et deo et sanctis[q]) eius abhominabilem conversa-

---

9) Nota bene totum *A ad calc. fol. super., sed obscisum.*

a) *corr. A.* b) *corr. A.* c) honorum *ed.* d) Antichristi *add. ed.* e) praelatorum *add. ed.* f) et veritatibus Christi Jesu *add. ed.;* expertorum *A et ed.* g) efficit *A.* h) Rursus *ed.* i) quasi mortuus reputetur *seq. in ed., cet. om.* k) mortuus *corr.* mortuos (?) *A.* l) a populo Christiano *ed.* m) in Christi crucem et veritatem Jesu *seq. in A, cet. om.* n) diceretur *ed.* o) sicut serpens Evam astutia sua *add. ed.* p) passiones *(sic) A.* q) et sanctis *om. ed.*

1) *Cf. Hebr. VI. 9.*

onem, conpositam ex viciis et speciebus sanctitatis, religionis virtutum, facietenus solum apparencium splendide et laudailes solum[a]) aput homines, sed nequaquam aput deum. Ita ico abduxit spiritualiter et successive a virtutibus pulcherrimis dulcissimis et a rigore ipsarum ad quandam laxitatem[b]) vite tepiditatem abhominabilem solum consuetudinum et rituum clesie[c]), similiter in facie bene apparencium, sed in veritate ei mortuorum et desolatorum a spiritu Jhesu crucifixi, ita ut mnia fere christianorum iam decora et honesta sint solum uasi pulchra ymago[d]) sine spiritu et vita, — sint quoque iusticia ominum propria, nimis remota et aliena a iusticia dei, que st solum in Jhesu crucifixo, — si[n]t sanctitas pulcherrima et rdinata aput homines, sed nequaquam intime et in veritate esu Christi. Seduxit, inquam, tali modo nimium spiritualiter facciose populum christianum, ut omnia turpia et omnia vicia, ue in primitivo populo tantum erant horribilia et abusiva, uod non solum non erat licitum ipsa cogitare vel concupiscere, ed eciam nec nominare vel inspicere secundum habundantem isticiam et perfectam legem domini Jhesu Christi, iam talia mnia in communitate christianorum ita esse usitata, ita exisata varie, ita communiter per omnes et ab omnibus frequenita, ut iam in intollerabilem iniuriam divine virtutis, dei veriitis et dei sapiencie et nimis horribilem abhominacionem Jhesu rucifixo illa in se turpia et omnia viciosa non tantum sint[e]) cita effecta et parva peccata vel venialia, sed iam quasi hoesta et expediencia vel necessaria vite huic christiane.

Ex quibus et per que tantum effecit spiritus nequissimus, uod sicut in primitiva honestate sancte ecclesie hristianorum ille, qui admittebat turpia aliqua vel talia ontraria virtuti Jhesu et veritati[f]), mox arguebatur ab omniius, mox reprehendebatur a singulis in tantum, quod non erat idem licitum inter christianos de cetero apparere, passus iuste ersecucionem sui sceleris et confusionem, secundum quod aparet ex epistolis apostoli in locis pluribus et in eo, quod dicit, [ad] Corinthios V[1]): „Scripsi vobis in epistola, ne[g]) com-

4) Nota hoc *A alia manu.*

a) *om. ed.* b) vanitatem *ed.* c) Romanae *add. ed.* d) exterius cta *add. ed.* e) sunt *A;* sicut *ed.* f) veritate *corr.* veritati *A.* g) Nec *ed.*

1) *I. Cor. V. 9.*

misceamini fornicariis“, ita per contrarium iam in moderı populo christiano comittentes talia omnia turpia et carna non tantum non sunt notabiles et non reprehenduntur neq corriguntur a ceteris, sed eciam non esse peccata talia neq turpia communiter estimantur. Et non solum hoc, sed ecia viceversa, qui alienant se strennue ab exercicio talium et a co tubernio propter domini Jhesu timorem et amorem, mox vulgo christiano huiusmodi conviciantur et confunduntur nota pessima singularitatum vel heres[i]um criminantur, prop quod tales homines devoti, qui similia vulgo prophano n agunt, beghardi vel turlpyny[a]) communiter iam nominantuı

Ista itaque abhominabilia et multo maiora alia nequis mus spiritus ac subtilissimus ad decipiendum successive et pa latim et semper sub colore bonarum apparenciarum introdu in sanctissimum populum christianum, tunc maxime et in gra summo invalescens[c]), quando publice et in summo in cleri et sacerdotibus amor huius mundi [f. 236[b]], id est amor di ciarum, honorum et deliciarum sibi potestatem in dei eccle usurpavit. Et hoc ipsum tunc ratus sum esse inpletum, quan sedes summa Romane ecclesie ad se ipsam univer beneficia et officia ecclesie Christi, ut paulo ante d tum est[1]), contraxit, et incepit delectari et gloriari in ipsor possessione et distribucione pro suo libito et complacencia[d]) ram mundo[e]), quoniam tunc incepit splendor et maxima gloria minorum cardinalium[f]) ex diviciis beneficiorum pinguium et p rimorum et ex promocione magnorum et parvorum ad benefi per ipsos obtinenda[g]). Et tunc virtus lumborum Leviathan per totum orbem dylatata et fortitudo umbilici ventris ince suas operas exercere[2]). Tunc cupiditas clericorum et sacerdot in summo gradu est inventa in tantum, ut ea, que pridem co

---

17) Nota bene totum *A ad calc. fol. super.*

a) *post. corr. A;* Bechardi et turspinii *(sic)* aut aliis nominibus b phemis *add. ed.* b) quod figuratum est in illis primis in Babylone, qui alia nomina imposuerunt quam habuerunt in terra Israel *add. ed.* c) *corr* d) in complacentia *ed.* e) et dotationem stultam Constantini Impe toris tenere *add. ed.; quae additio modo clarissimo spiritum editoris de a. 1 manifestat.* f) et ipsius Papae *add. ed.* g) excogitata et obtenta *ed.*

1) *v. supra p. 133.* 2) *Cf. Job XL. 10—11:* „Ecce, Behemoth, qu feci tecum, foenum quasi bos comedet. Fortitudo eius in lumbis, et vi illius in umbilico ventris eius.“

sa prodire in publicum erubuit[1]), id est petere beneficia et gnitates manifeste, tunc iam fronte meretricea subcon- rata inpudicissime se ingess[er]it, picturans seipsam omni appa- ncia et colore bonorum[a]) adulterino ad cicius[b]) et efficacius pitas[c]) dignitates[d]) et divicias assequendum. Et si[c][e]) tunc :tus est sermo, qui scriptus est in Isaia propheta[2]): „Dilexisti ·atum eorum manu aperta. Et ornasti te regio unguento multiplicasti pigmenta tua. Misisti legatos tuos procul [f]) humiliata es usque ad inferos", et cetera ibidem ad pro- situm[g]).

Item tunc omnis ars beneficia lucrandi et obtinendi que defendendi est conposita et inventa, multiplicata quoque nimium auctorisata et amplius quam sum[m]um[h]) dei ewan- lium acceptata. Inde siquidem incentiva multiplicium stu- orum exierunt et gloriosorum tytulorum in personis eccle- isticis ita, ut iam modicum quid putetur esse accolitum, sub- aconum[i]) vel presbiterum in ecclesia, quia non eque ad bene- ia habet ullam promocionem. Proinde sacerdotes dei tissimi nimis facti degeneres ob suam ambicionem, que ad vilissima eciam queque officia in curiis divitum et agnatorum descendentes, sub omni ligno frondoso, veluti mere- x inpudica sunt prostituti[3]), obliti sue superregalis sacerdocii[k]) gnitatis[4]).

Item tunc et perinde[l]) lites, iurgia et incessabiles :cupaciones circa iudicia in sacerdotibus et cle- cis inceperunt alterutrum pro beneficiis obtinendis, prout c[m]) omnia et singula sunt prophetata in Apocalypsi de lo- stis, ubi supra[5]), ubi inter alia multa, que maxime ad pro- situm dicuntur, et pro expressione licium et strepitus iudi- orum[6]): „Et habebant", inquit, „loricas sicut loricas ferreas. vox alarum earum sicut vox curruum equorum multorum

---

[a]) et speciebus sanctitatis *add. ed.* [b]) adulterino tamen oculo, citius *ed.* [c]) ad cupitas *ad.* [d]) honores *add. ed.* [e]) Et si — ad propositum *l. A in marg.* [f]) ut *ed.* [g]) quaere *add. ed.* [h]) summi *ed.* [i]) dia- num *add. ed.* [k]) *ita ed.;* sacerdotis *A in m.* [l]) tunc proinde *ed.* hic *ed.*

[1]) *Cf. Jerem. XV. 9* (confusa est et erubuit), *etc.* [2]) *Isaiae LVII. 8—9.* [3]) *Cf. Jerem. II. 20:* „In omni enim colle sublimi et sub omni ligno fron- so tu prosternebaris, meretrix." [4]) *Cf. I. Petri II. 9:* „Vos autem genus ctum, regale sacerdotium . . ." [5]) *Cf. Apoc. IX. 3—10; v. supra p. 106.* *Apoc. IX. 9.*

currencium ad bellum", et cetera, quorum claram exposicione habes supra in distinccione de Antychristo[a])[1]).

Et tunc eciam incepit negligencia et incuria i feriorum[b]) sacerdotum ad superiores aversioq superiorum atque prepositorum ad suos inferior clericos, et ita corda patrum a filiis sunt aversa et filii i obedientes parentibus[2]) perinde nimium sunt multiplicati p ecclesiam universam. Propter quod disciplina sancta cessa atque debita correccio et procuracio honestatis, et omnia m multiplicata sunt exinde super terram. Exempli gracia c curati vel prebendati vel aliter benefic[i]ati[c]), quomodolibet congnoscant esse se promotos[d]) ad beneficia[e]) non ab episco suo neque ab eo confirmatos, qui habet ipsorum curam ger et de ipsis ordinare[f]) inmediate et de propinquo, sed a domi papa in Roma, qui extat ab eis nimium remotus neque s aliquid de ipsorum personis et conversacione neque facile pot eos nosse, tunc per hoc minime canonici[g]) curant suum[h]) e scopum et[i]) curati plebium suum dyocesanum, ex quo id episcopus non habeat talibus neque possit aufferre benefi nec conferre, sed facile contempnunt eum et rebellant. Et si liter potest opinari de omnibus, qui[k]) sunt exempti a iuri[diccione suorum ordinariorum. Qui quidem magnis societatib adunatis et multiplicatis per ecclesiam et [in] fraternitatem qu dam segregatam et germanitatem colligati multipharie et qu scuta fusilia conpacti sunt, homines ob id amantes se ipsos et tantum sibi invicem adherentes, ut ullum spiraculum, sive c reccionis, sive informacionis alias ordinarie[l]), et[m]) via spiri sancti eosdem visitans nequeat ipsos penetrare et sibi propri opus in ipsis operari[3]).

---

[a]) habes alibi in tractatu de Antichristo *ed.* [b]) infimorum *ed.* [c]) alii beneficiati *ed.* [d]) se esse pronos *ed.* [e]) et officia *add. ed.* [f]) *ras. seq. in A.* [g]) inferiores sacerdotes *pro* canonici *(sic) ed.* [h]) periorem *add. ed.* [i]) et — rebellant *om. ed. (sic).* [k]) qui sunt aver veritate Jesu, summi episcopi, et a fraternitate Christi Jesu in lege fund ad alias privatas fraternitates nimium multiplicatas, qui quasi scuta fusilia protegunt et obfuscant, ne aliquod spiraculum *etc. ed.* [l]) alias ordin *om. ed.* [m]) et sic *ed.*

[1]) *v. in tractatu de Antichristo, dist. IX, c. 5, in vol. III, p. 155—*

[2]) *Cf. II. Tim. III. 2* (parentibus non obedientes). [3]) *Cf. Job XLI. 6-* „Corpus illius quasi scuta fusilia, compactum squamis se prementibus. Una coniungitur, et ne spiraculum quidem incedit per eas."

Qui insuper viribus et armis prevalidi[1]) sunt effecti et ad ella doctissimi[a]) admodum, acie quadam instructa[2]) in plebes hristianas irruperunt[b]) et ita ordinate ac splendide profectus uos et processus ordierunt suis tentoriis dilatatis et tabernaulis[c]) multiplicatis[3]) circumquaque per ecclesiam[d]), ut sic rite c suasibiliter valde se invicem adiuvent et adhortentur in[e]) id ɔsum. Nam veluti bos herbam [f. 237[a]] demolit[f])[4]) aut inexugnabilis locustarum multitudo virencia sata decarpit[g])[5]), sic ıcile isti ecclesiam et castra sanctorum obsederunt[6]) et suis ovis recentibusque[7]) adinvencionibus ac doctrinis variis et eregrinis[8]) repleverunt et subiecerunt[9]), omnem viam se inadendi miro modo firmiter precludentes et omnem modum se ɔsos inpugnandi preoccupantes et pro sua ipsius defensione[h]) endicantes, facti sunt, ut neminem timeant[10]), quoniam et imeratoriam potestatem et apostolicam auctoritatem ipsi sibi adınxerunt[i]) favoremque plebium atque applausum populorum ıecnon defensionem potentum et divitum huius seculi suis plendoribus variis et exquisitis attraxerunt et conpararunt. ʾropter quod neque[k]) iratus Moyses[l])[11]) ira dei neque zelus actus ipsius Phinees[12]) neque ignis Helye[13]) potuit[m]) tales ledere[n])

---

[a]) doctissimi, velut Babyloniorum elephantes acie ɔc. *ed.* [b]) irrumunt *ed.* [c]) ac templis *add. ed.* [d]) per ecclesiam *om. ed.* [e]) *om. ed.* [f]) demolitur Job 40. Quasi bos foenum, etc. et sicut inexpugnabilis ɔc. *d.* [g]) decerpit *ed.* [h]) |: (scilicet?) *seq. in A.* [i]) usurparunt *ed.*) nec *ed.* [l]) Moses *ed.* [m]) potest *ed.* [n]) nec flagellum domini Jesu e templo eicere, nec quidem *ed.*

[1]) *Cf. II. Reg. XIII. 14* (praevalens viribus) *et I. Machab. VI. 6* (invaıerunt armis et viribus). [2]) *Cf. ex. gr. II. Reg. X. 9* (instruxit aciem conra Syrum); *phrasis* „castrorum acies ordinata" *legitur in Cant. VI. 3.*) *Cf. Isaiae LIV. 2:* „Dilata locum tentorii tui, et pelles tabernaculorum uorum extende." [4]) *In Proverb. XIX. 12 legitur:* „Sicut ros super herbam, ta et hilaritas eius", *et Numer. XXII. 4:* „solet bos herbas usque ad radices arpere." [5]) *comparatio ex biblia non provenit; cf. tantum Apoc. IX. 4.*) *Cf. Apoc. XX. 8* (et circuierunt castra sanctorum et civitatem dilectam). [7]) *voces* „novi recentesque" *in Deut. XXXII. 17 leguntur.* [8]) *Cf. Hebr. XIII. 9:* „Doctrinis variis et peregrinis nolite abduci." [9]) *Cf. Genes. I. 28* replete terram et subjicite eam). [10]) *haec quoque est phrasis biblica, cf. ob XLI. 24* (factus est, ut nullum timeret). [11]) *Cf. Numer. XVI. 15, et ocis aliis.* [12]) *Cf. Numer. XXV. 11:* „Phinees . . . avertit iram meam a filiis srael, puta zelo meo commotus est contra eos" ɔc. [13]) *Cf. Eccli. XLVIII. 1:* ‚Et surrexit Elias propheta quasi ignis et verbum ipsius quasi faculum rdebat."

vel ullo modo expugnare, nec quidem[a]) iam sapiencia Pa apostoli neque auctoritas Petri neque industria et labor A brosii vel Augustini valent nunc[b]) eis obsistere vel eosd minorare. Sed omnia talia et similia sciunt et valent infirma ita sunt ex omni parte firmiter radicati. Unde isti sunt, quil primum et proprie congruit illud, quod de Behemoth in J scriptum est sub figura, ubi dicitur [1]): „Cum apprehenderit e gladius, subsistere non poterit neque hasta, nec torax. Rep tabit[c]) enim quasi paleas ferrum et quasi lignum putridum Non fugabit eum vir sagittarius, in stipulam versi sunt illi pides funde. Quasi stipulam estimabit malleum et deridebit brantem hastam. Sub ipso erunt radii solis et sternet sibi aur quasi lutum. Ferve[sce]re faciet quasi ollam profundum mare, ponet, quasi cum unguenta buliunt. Post eum lucebit semi estimabit abyssum quasi senescentem. Non est potestas sup terram, que conparetur ei, qui factus est, ut nullum timeret."

Ecce, hic parabolice[d]) per dei verbum omnia munime yppocritarum et maximus exercitus Gog et Magog [2]) varie scribuntur et multipliciter exprimuntur. Quorum exposicion invenies in isto tractatu [3]) et maxime illorum, qui, ut paulo a dictum est [p. 134], ordinem ecclesie sancte gerarchicum[e]) inf marunt et turbaverunt, primariam et essencialem ordinacion membrorum ecclesie et connexionem ipsorum ad invicem de tam discerpentes, et beatissimam[f]) obedienciam et concordi armonicam[g]) subiectorum ad suos proprios sacerdotes et[h]) p positos disturbantes. Qui in veritate scripture limpide[i]) Phares sunt figurati iusteque nomen phariseorum [4]) et scribar atque proprietatem et condicionem sibi vendicarunt. Nam sunt, quos propheta Amos notavit[k]), dicens [5]): „Hec dicit d minus: Super tribus sceleribus filiorum Amon et super quatu non convertam eum, eo quod dissecuerit pregnantes Galaad dilatandum terminum suum."

---

[a]) ut quod *A et editio.* [b]) *om. ed.* [c]) *ita biblia.* Reputavit *A et* [d]) parabola *ed.* [e]) hierarchicum *ed.* [f]) sanctissimam *ed.* [g]) union harmoniacam *ed.* [h]) proprios sacerdotes et *om. ed.* [i]) *om. ed.* [k]) r minavit *ed.*

[1]) *Job XLI. 17—24.* [2]) *Cf. Apoc. XX. 7* (gentes Gog et Magog). [3]) *v. infra c. 62.* [4]) *Cf. Numer. XXVI. 20:* „Phares, a quo familia Phare tarum." [5]) *Amos. I. 13.*

Capitulum trigesimum secundum[a]).

Tyrannice usurpat sibi collationem sacerdotiorum Romanus 'ontifex, et quod huiusmodi praelatorum insolentia causa est omnium malorum in populo dei][b]).

Ista vero omnia, que dicuntur, tunc primum et maxime ires suas et omnem potestatem sibi assumpserunt, quando, ut ictum est, sedes episcopatus Romani collegit ad se niversa beneficia et officia ecclesie per se ipsam[c]) istribuenda et dispensanda aggravavitque se ipsum per oc episcopus Romanus tali et tanto onere ipse solus et unicus, d quod portandum et bene ac legittime dispensandum et orinandum vix milia milium fidelium et sapientum servorum hristi sufficiunt per totam ecclesiam christianam et presencium rca singulas[d]) innumerabiles partes eius. In qua quidem beneciorum et officiorum ordinacione et dispensacione in ecclesia mnis pulcritudo et decor domus domini[1]) consistit et omnis isticia, honestas ac disciplina christiana.

Nulli etenim potest esse dubium, quodsi capita sana et olida eligantur et statuantur, quod tunc eciam universa memra bene et sancte stabunt gubernata, et quod tunc universis iorbis ex multitudine membrorum emergentibus bene occurtur et remedia iuste et conpendiose adhibentur. Quodsi per ppositum omne caput in dei populo languidum esse contingat er incuriam, de qua supra: „Omne cor merens" [2]), tunc necesirio erit consequens, quod „a planta pedis usque ad verticem" initas membrorum omnium[e]) destruetur.

Item non facile inficiari poterit[f]), quin si clavi[g]) et conages per universum [f. 237[b]] domus edificium[h]) integri et olidi[i]) eligantur et prudenter confirmentur, omnis structura omus erit solida sollicitaque unitatem spiritus in vinculo pacis onservare[3]), quodsi clavi conpaginum sint probabiles *(sic)* et utridi atque molles, inprudenter electi et non legittime confirlati, extimplo[k]) totam domum ruituram.

---

[a]) *ita A rubr.* [b]) *ita inscr. in editione.* [c]) ipsa *ed.* [d]) et *add. ed.* [e]) *om. ed.* [f]) potest *ed.* [g]) claves *ed.* [h]) officium *ed.* [i]) ingre et solide *ed.* [k]) extemplo *ed.*

[1]) *Cf. Psalm. XXV. 8:* „Domine, dilexi decorem domus tuae." [2]) *Isaiae I. 5—6; v. supra p. 132.* [3]) *Cf. Ephes. IV. 3.*

Item in cithara cordarum manifeste est videre, quod c nes corde si per suos clavos in iusta armonia[a] regu protendantur, tunc sonum dulcem et gratum sciunt bene nerare omnes corde. Quod si clavi per inconstanciam lu centur et relaxent armonie disciplinam[b]), tunc corde non a nisi molestum cacephaton poterunt resonare.

Et ecce, hic habes gratum exemplum contra illos, q a solo papa habentes beneficia et promocionem vel alias exe cionem a suis ordinariis proximis et cottidianis, tantum cu domino apostolico subesse et obedire. Nam corda quanto l vius[d]) inter clavos sibi proximos[e]) sit protelata[f]), tanto faci extenditur et dulcius acuciusque[g]) resonat et[h]) rigidius diuci que manet tenta. Et quanto longius protrahitur inter cla magis magisque a se[i]) invicem distantes, tanto difficilius dis ditur et raucius sonat magis magisque continue manet relax Et similiter[k]) est videre[l]) de funibus[m]), per quos papilio alias tabernacula castrorum distenduntur et confirmantur, q puta, nisi[n]) habeant[o]) in sua extensione clavos propinquos, quibus et per quos continue extendantur, manent laxati remissi.

Sic est et de rela[xa]cione[p]) obediencie et re minis[q]) in communitate populorum et in colli cione[r]) prepositorum ad[s]) subiectos. Quoniam subiec quanto habent suum prepositum[u]) in medio sui magis vicin et sibi adherentem, ad quem sunt racione obediencie et sub cionis alligati, tanto magis manet ipsorum expeditum regin prompcior obediencia et gracior disciplina. Et[v]) quanto l gius[w]) a se distantem habent prelatum et minus minusque

---

[a]) harmonia *ed.* [b]) harmoniae disciplinam *ed.* [c]) qui discor a lege Christi Jesu et traditionibus humanis inhaerent, non fixi in petra mobili. Nam chorda ɔc. *ed.* [d]) ad clavum capitis cytharae attrahitu extenditur, tunc diutius manet tenta et dulcius ɔc. *ed.* [e]) proximios *(si* [f]) *ita A;* protracta *ed.* [g]) ac mitius *ed.* [h]) et — tenta *om. ed.* [i]) a se — magisque *false om. ed.* [k]) simile *ed.* [l]) *om. ed.* [m]) de f bus, per quos tabernaculum castrorum distenditur et confirmatur ɔc. *ed.* [n]) non *ed.* [o]) funes *add. ed.* [p]) relaxatione *ed.* [q]) regimine Christi *ed.* [r]) dispositione *ed.* [s]) suos *add. ed.* [t]) subditi *ed.* *A scribitur false:* propositum; — praepositum adhaerentem Christo c qui in medio eorum conversatur honeste, tanto magis ɔc. *ed.* [v]) e trario *add. ed.* [w]) ipse distat ab obedientia Christi, tanto ɔc. *ed.*

ıspicientem, tanto mox laxior inest ipsis obediencia[a]) et negli- encius regimen remissiorque disciplina. Unde potest videri, ıam sit necessaria et utilis presencia et propinquitas preposi- ›rum ad subiectos et prelatorum residencia[b]) in locis ıis personalis et quam sit nociva ipsorum absentacio perso- ılis a subiectis. Et omne illud quam sit dispendiosum salutis : dampnosum, quod quovis modo ledit talem ordinacionem oximorum, colligacionem regiminis atque obedienciam vel inuit aut relaxat.

Et illud esse iuxta supradicta plane existimo [1] pro- ıissionem officiorum et beneficiorum ac persona- ıum per Romanum episcopum in universa Christi ec- esia et privilegia multiplicata exempcionis ab obediencia ıorum propriorum atque proximorum sacerdotum. Summa super illius[c]) relax[ac]ionis sancte obediencie et destruc- onis gerarchici[d]) ordinis regiminisque est [2] institucio ıfinitarum personarum et admissio ipsorum a la- ›re curatis sacerdotibus et propriis et ordinariis inme- atis[e]) cum equali fere auctoritate et inportuna[f]) gubernandi ›sdem subiectos, utpote in racione confessiones audiendi et ›cendi et alias spiritualia administrandi, sine subordinacione sine dependencia ipsorum adinvicem qualicumque per lati- ıdinem ecclesie universe, ut relucet in nimia multitudine fra- um mendicancium et sacerdotum plebis propriorum, et quo odo inter istos est perpetua contencio, lis continua, zelus et vidia inplacabilis, et distraccio hinc et inde[g]) populorum, di- isio[h]) plebium, et perinde contemptus propriorum sacerdotum subiectis, et remissio vigilancie prepositorum ad subditos, ob- issio obediencie, relaxacio regiminis, minoracio sancte disci- ine, multiplicacio viciorum et devastacio omnium virtutum, frigerium[i]) caritatis et habundancia cuiuslibet iniquitatis[1]) per clesiam universam.

Hec vero[k]) omnia et singula tunc potissimum vigere ince- ›runt secundum meum iudicium[l]), veluti[m]) paulo ante dictum

[a]) tanto relaxior est obedientia ipsorum ad eum et remissior disci- na *ed.* [b]) residentium *ed.* [c]) ipsius *ed.* [d]) Ierarchiae *ed.* [e]) multi- do fratrum mendicantium et sacerdotum *add. ed. (v. infra).* [f]) impor- ne *ed.* [g]) et inde *om. ed.* [h]) et discissio *ed.* [i]) refrigerativum *ed.* [k]) *om. ed.* [l]) secundum meum iudicium *om. ed.* [m]) ut *ed.*

[1]) *Cf. Matth. XXIV. 12.*

est[1]), cum[a]) ecclesia dei esse cepit pregravata per talem in merabilem multitudinem adventiciam et supervacaneam inp tunarum sacro sacerdocio Christi personarum, a latere or nariis prepositis admissam et adiunctam propriis sacerdotil plebium insubordinate et infeste. Et quamvis aliquando pristinis temporibus sancte ecclesie[2]), quando p sacerdotum in ecclesia erat paucitas, non usquequaque [f. 2 sufficiens ad multitudinem plebium Christi rite gubernand et administrandam, et quando adhuc in ecclesia Christi hab dabat caritas et tenebatur captiva iniquitas in monachis, religiosis[b]), sacerdotibus et in plebe, tunc forsitan erat tolle bilis et conpassibilis huiusmodi admissio talium personarum plebes[c]) administrandas et talis adiuncio religiosorum col teralis sacro sacerdocio in eisdem plebibus dirigendis quocu que modo vel disposicione. Tamen iam temporibus in is periculosis supra modum, cum iam[d]) in summum grad pessima yppocrisis est exaltata nec non dilatata, et cum mo nimium iam[e]) refriguit caritas et iniquitas habundavit[3]), p fata[f]) diversitas, ymmo sibi invicem contraria multiplicitas[g]) finitarum et inportunarum personarum facta nimium inuti et nociva plebibus christianis, ymmo ad magnum pericul ecclesie pervenit[h]) et in dispendium salutis animarum atque contemptum sacerdocii sancti et discipline christiane unive Dixi vero notanter „temporibus in istis“, quando scilicet a ricia prevaluit[i]) in utrisque istis, scilicet in sacerdotibus et ligiosis[k]), et utrique questus suos[l]) cupide inquirunt et av rapiunt summis studiis, populos ad se alliciendo[m]) et plebes strahendo. Sacrum tamen sacerdocium, quia est pars essenci

---

a) cum Ecclesia Romana dotatione Constantini est obfuscata *ita cet. om. usque ad vocem* infeste. b) monachis, in religiosis *om. ed.* (*ponens tantum:* in clericis, sacerdotibus et plebe ɔc. c) quales nunc mittuntur symoniaci, in fide erronei et seducti arrogantia a veritate Ch Jesu. Patet in Actis apostolorum et epistolis Pauli. Tamen ɔc. *seq. in ed.* d) *om. ed.* e) |: *seq. in A.* f) regularum *add. ed.* g) multipliciter *ed.* h) hoc evenit *ed.* i) et symonia dominatur *add. ed.* k) laicis *(sic) ed.* l) *om. ed.* m) alliciendo, hi ad offertoria, et illi ad tabernas et mercimo et monachi ad claustra, etc. *add. ed.*

1) *v. supra p. 145.* 2) *auctor hic probabiliter alludit temporibus s. choretarum Aegyptiacorum nec non ordini S. Benedicti saec. VI. p. Chr. n.* 3) *Cf. Matth. XXIV. 12.*

ordine sancte ecclesie et ad ipsum pertinet primarie regimen clesie et cura animarum, iuste zelare videtur iustamque quelam[a]) et murmura contra eos, qui tam inportune se ingerunt medium, infinita scismata et turbacionem[b]) in sacerdotibus propriatis et in plebibus ipsorum faciendo. Unde sacerdotum[c]) oprie[d]) vox est illa apostoli exclamantis[e]) et dicentis[1]): „Utim abscindantur, qui nos[f]) conturbant."

Capitulum trigesimum tercium[g]).

uid sit in scripturis: dicere deum vel deus dixit et audire strum. Et quod hodie vulgus sacerdotum non peccat ex norantia, sed ex obstinatissima malitia et quod deum vindicem non credunt][h]).

Nunc post hanc disgressionem assumo iterum textum proecie Ezechielis de abhominacione desolacionis conditum, qui cit, ubi supra[2]):

(versus 12) „Et dixit ad me dominus: Certe vides, lii hominis, que seniores domus Israel faciunt in nebris, unusquisque in abscondito cubilis sui."

[a] Advertendum[i]) hic, quod, licet dicere dei sit unum mper et uniforme ad homines, tamen audire nostrum ea, que us semel loquitur, est multiplex et diversum secundum diveratem audiencium[k]) et locorum et temporum ac circumstanrum et adieccionum. Idem igitur est dicere dei nunc ad precatorem, quod tunc fuit ad prophetam, quamvis alio modo, alio tempore et ob aliam occasionem. Dicere dei igitur nunc[l]) predicatorem est quedam renovacio et vivificacio in preditore, id est in spiritu[m] predicacionis illapso, et monicio inna singulari[s][m]) per illuminacionem sue veritatis, que convertit imum ad animadversionem scripture sancte prophetarum et ducit[n]) ad loquendum et scribendum.

---

[a]) in sanctaque querela et murmure *ed.* [b]) in populo christiano erunt *ed., cet. omissis.* [c]) Christi et sequacium apostolorum *add. ed.* *om. ed.* [e]) contra tales: Utinam *ed.* [f]) vos *ed. et biblia.* [g]) *ita rubr.* [h]) *ita add. ed.* [i]) Animadvertendum *ed.* [k]) auditionum *ed.* unc *ed.* [m]) illapsum et monicione i. singulari *A et ed.* [n]) inducit *ed.;* uxit *A.*

[1]) *Galat. V. 12:* „Utinam et abscindantur, qui vos conturbant."
Ezech. VIII. 12; cf. supra c. 31.

[b] Sequitur: „Certe vides, filii[a]) hominis.“ Hic[b]) „certe“ modus loquendi et confirmacionis et ponitur ad innuendu evidenciam visionis, ad quod exprimendum, scilicet certitudin similiter additur: „Vides, filii hominis“. Videre siquidem ha maiorem evidenciam et idcirco illo verbo prophete sunt usi maiore expressione certe evidencie in suis revelacionibus e dictis. Non enim spiritus sanctus admittit scribere aliquid[d]) utilitate suorum electorum, nisi visum certum et demonstrat quatenus inde veritas sacre scripture a figmentis hominum fabulis haberet differenciam et dignitatem.

[c] Quod autem ait: „Filii hominis“, etc.[e]), iste est ec modus loquendi in eodem propheta ad exprimendum altissim dignitatem eius, qui loquitur, scilicet dei, in conparacione e ad quem fit locucio, puta hominis vel prophete, ad contest dum auctoritatem eorum, que dicuntur, quia videlicet ea sunt ex carne et sanguine, sed ex spiritu dei. Unde, si pla eadem potest racio assignari illius, videlicet quod domi Jhesus seipsum filium hominis ut plurimum expressit pro in sermone, ad innuendum summam auctoritatem dei vel unici dei, qui erat in principio supra filium hominis, nunc tem, existens idem cum filio hominis, affirmat et loquitu filio hominis de filio dei et filio hominis, dicens[1]): „Cum ven filius hominis, putasne, inveniet fidem super terram?“

[d] Sequitur: „Certe vides, inquit, filii hominis, que seni domus Israel faciunt“[f]). Nota hic iuxta superius posita, q omnia, hic[g]) quecumque ponuntur, [f. 238[b]] illa ponuntur maiorem expressionem abhominacionis in desolacionem po in templo dei, quoniam in hoc, quod dicitur hic „seniore ubi virtus probata[2]) et sapiencia iam deberet esse et habund racione ordinis et etatis et promocio iuvenum adhortacioque meliora[h]), et ecce, iniquitatis[i]) inibi egressio et expungnacio v tatis et virtutis[k]). Et quod dicitur: „Seniores domus Isra

---

7) Nota bonum (!) *A*. 12) Nota *A alia manu*.

[a]) filii *A; fili ed.; ita et infra.* [b]) Hinc *scribitur in A.* [c]) m rem *ed.* [d]) aut loqui *ed.* [e]) et cetera *om. ed.* [f]) faciant *ed.* [g]) hic *A;* haec *ed.* [h]) maliora *scribitur in A.* [i]) -ti- *sup. lin. add. A.* [k]) sicut quondam principes sacerdotum et seniores populi concitaverunt pulum contra Christum occidendum, sed latronem liberandum *add. ed.*

[1]) *Lucae XVIII. 8* (libere allatum). [2]) *Cf. Sap. I. 3* (probata vir

est in id positi in christianitate et electi, ut mala prohiberent invigilarent virtutibus, et ecce, ipsimet[a]) faciunt in domo dei elera multa et nephanda „in tenebris", scilicet sue ignoncie vel oblivionis dei, illi, qui lumen debe[b]ant[b]) esse in ec-esia et ob id sunt super candelabrum constituti[1]), ipsi autem aebre effecti, in tenebris ambulant[2]), que omnia nimis abho-inacionem[c]) aggravant et desolacionem condensant in ecclesia crosancta, sicut scriptum est[3]): „Quodsi lumen, quod in te t, tenebre sint, ipse tenebre quante erunt?", id est, nimis ılde excessive et nocive.

[e] Sequitur: „Unusquisque in abscondito cubilis sui." Cum cit „unusquisque" universaliter et nullum excipit, in sacer-ɩtibus primum et clericis[d]), qui non apponere[n]t[e]) aliquid ad ultiplicacionem et abhominacionem, et illud eciam accedit ultum ad[f]) maioritatem horrende abhominacionis in ecclesia desolacionem, cum „omnes declinaverint[g]) et inutiles facti ıt, et non est, qui faciat bonum"[4]), et non reperiatur vir, qui libus malis se obiciat quasi murus pro domo dei[5]), nec sit eo, qui recogitet[6]) et corde intelligat et convertatur[7]) ad ɩminum deum suum, neque inveniatur quisquam, qui[h]) in-miscat fideliter, dolens super malis, que fiunt in Jerusalem[i])[8]), d „unusquisque in abscondito cubiculi[s] sui" abhomi-cionem[k]) conmiscet et victimat in domo dei.

Hinc trahitur duplex sensus, abhominacionem horridam gravans[l]). Primus, quod „seniores", id est presbyteri, mala domo dei faciunt non quidem ex ignorancia vel ruditate, ut ntingit in plebeis et simplicibus, sed ex certa sciencia; non infirmitate vel fragilitate et a casu, sed ex proposito et in-

---

[a]) *corr. A.* [b]) debeant *A.* [c]) abominatione *ed.* [d]) vel seniori-s laicis *add. ed.* [e]) qui apponerent *ed.* [f]) et ad *ed.* [g]) declina-unt — facti sunt *ed.* [h]) *sup. lin. A.* [i]) Hierusalem *ed.* [k]) abomi-ionibus se c. *ed.* [l]) horride aggravantium *ed.*

[1]) *Cf. Matth. V. 15:* „Neque accendunt lucernam et ponunt eam sub ɩdio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt." *phrasis* „ambulare in tenebris" *saepius in biblia occurrit; cf. Joan. XII. 35.* [3]) *Matth. VI. 23.* [4]) *Cf. Psalm. XIII. 3.* [5]) *Cf. Ezech. XIII. 5:* „Ne-e opposuistis murum pro domo Israel." [6]) *Cf. Isaiae LVII. 1:* „Justus rit et non est, qui recogitet in corde suo." [7]) *Cf. Isaiae VI. 10* (et corde intelligat et convertatur). [8]) *Cf. Ezech. IX. 4* (dolentium super cunctis ominationibus, quae fiunt in medio eius).

veterata malicia et effrenata[a]), sicut scriptum est[1]): „Prodi [quasi] ex adipe iniquitas eorum, transierunt in affectum cordis Et alibi dicitur[2]): „In corde et corde locuti sunt.“ Et hoc e dictum: „Unusquisque in abscondito cubilis sui.“ Secundu sensus est, quod omnia mala in ecclesia, que seniores faciur ea faciunt sub yppocrisi, id est sub speciebus pietatis et san titatis, lupi rapaces sub vestimentis ovium existentes[3]), que e duplex iniquitas, id est quod foris coram hominibus facta c genere bonorum faciunt, ut videantur ab hominibus et hon rentur et ditentur pro speciebus et condicione religionis, sed i abscondito sui cubiculis sine timore dei sunt, et sine verecund iniquitatem cogitant et operantur, respectu[m][b]) dei, qui renes corda scrutatur[4]), minime advertentes.

[f] Propter quod sequitur[5]): „Dicunt enim: Non vid nos dominus.“ Dicunt, etsi non ore in publico, ne inven antur reprehensibiles tamquam ille insipiens, qui dixit in cor suo: Non est deus[6]), tamen facto hoc ostendunt vel factis su hoc[c]) locuntur, puta quod dominus eos non videt, — iux illud, quod dicit apostolus[7]): „Confitentur se nosse deum, fact autem negant.“

Habet siquidem hoc per malum pessima yppocrisi quod dum homo effunditur ad carnem et ad hunc mu dum[d]), volens ea lucrifacere, mox egreditur a facie dei sui[8]) venit in ignoranciam et oblivionem domini dei sui. Et post h in maius malum dilabitur homo yppocrita huiusmodi, quo credat deum peccata hominum disimulare et faciliter pe transire. Et inde fit, quod dei inmensam misericordiam ad pecc tores convertit sibi in favorem malorum, id est acsi deus ip sit fautor malorum, et dei longanimem pacienciam adducit a dissimulacionem et negligenciam ulcionis peccatorum, et perinc et[e]) iniquitates yppocrite parvipendunt. Que obceca cio[f]) est exacerbacio dei et domini Jhesu crudelissima et acc leracio ire eius, sicut scriptum est[9]): „Propter quid inpius ir

---

26) Nota *A alia manu.*

[a]) *corr. A.* [b]) respectum *ed.* [c]) haec *ed.* [d]) modum *ed.* [e]) *om. ed.* [f]) excaecatio *ed.*

[1]) *Psalm. LXXII. 7.* [2]) *Psalm. XI. 3.* [3]) *Cf. Matth. VII. 15.* [4]) *Cf. Psalm. VII. 10* (scrutans corda et renes deus). [5]) *Ezech. VIII. 1* [6]) *Cf. Psalm. XIII. 1.* [7]) *Tit. I. 16.* [8]) *Cf. Genes. IV. 16:* „Egress Cain a facie domini“, *etc.* [9]) *Psalm. X. 13.*

vit deum? Dixit enim in corde: Non requiret." Et iterum ia scriptura dicit, loquens ad iudices aliorum, id est sacer- otes, [ad] Romanos II[1]): „Existimas autem hoc, o homo, qui dicas eos, qui talia agunt, et facis ea, quia tu effugies iudi- um dei? An divicias bonitatis eius [et] paciencie et longani- itatis contempnis?" Et magis ad propositum[2]): „Ignoras, quo- am benignitas dei ad penitenciam te adducit? Tu autem se- indum duriciam tuam et inpenitens cor tuum thesaurisas tibi am in die ire et revelacionis [f. 239[a]] iusti iudicii dei." Inde iam provenit, quod yppocrite in se ipsis et in aliis isciplinam et virtutes sanctas relaxant meritaque rtutum non valde[a]) expectant premiari. Et idcirco dictum[b]) t[3]): „Dicunt enim: Non videt dominus meus[c]), dereliquit do- inus terram."

Ex hoc insuper in pessimum vicium ingratitudinis di- buntur et maxime efficiuntur domino Jhesu crucifixo [in- ati] et ipsius laboribus ac doloribus infinitis per hoc, quod mnia dona dei et carismata et omnis sapiencia et verbum dei talibus yppocritis et coram ipsis sunt inveterata longo usu ex magna dei donorum habundancia, ita, quod[d]) nec ipsa igne iam appreciant, nec per ea digne opus domini Jhesu, id t salutem animarum operantur, sed magis per ea et in eis ciunt[e]) suam[f]) voluntatem cecam et[g]) per ea, que sunt do- ini Jhesu, querunt, que sua sunt[h])[4]), scilicet divicias et ho- ores, delicatum[i]) comodum huius vite. Et ista est eorum ini- iitas maxima super terram et negacio[k]) contra omnipotentem xta decretum[l]) scripture in[m]) Job[5]) et divine veritatis[6]). Hii int, quibus dominus Jhesus est tamquam mortuus a corde. li sunt insuper servi nequam, qui dicunt in corde suo: „Mo- im facit dominus venire"[7]). Et ita incipiunt esse crudeles suis[n]) onservis et negligentes in sua administracione, non timent nunc

---

9) Nota bene totum *A ad calcem folii super.*

[a]) |. *seq. in A.* [b]) scriptum *ed.* [c]) nos dominus *ed.* [d]) Itaque *ed.* [e]) exercent *ed.* [f]) cupiditatem et *add. ed.* [g]) tunc *add. ed.* [h]) non ae Jesu crucifixi *ed.* [i]) et d. *ed.* [k]) negociatio *ed.* [l]) dictum *ed.* [m]) *om. ed.* [n]) scilicet (?) *seq. in A.*

[1]) *Rom. II. 3—4.* [2]) *Rom. II. 4—5.* [3]) *Ezech. VIII. 12, l. c.* Cf. *Philipp. II. 21.* [5]) *Cf. Job XXXI. 28* (negatio contra deum altis- num). [6]) *Cf. Matth. XV. 8* (cor autem eorum longe est a me). *Matth. XXIV. 48.*

comedere et bibere cum ebriosis[1]. Isti sunt sacerdotes[a]) am tores huius vite et pacis et delicate vite secutores, ceci et duc cecorum[2]. Illi sunt moderni rectores et clerici, in quibus e fides Jhesu crucifixi mortua, dileccio tepida et spes ficta, signu huius habentes, quoniam nec inquirunt virtutem et sapiencia operari tota die, nec magnipendunt virtutes[b]), neque in ipsis co delectantur, sed solum in libitis carnis et in pace et amicic huius mundi. Hii sunt sacerdotes et rectores plebium, a qu bus dulcedo et suavitas spiritus Jhesu crucifixi recessit[3]), sicq manent a spiritu vivificante[4]) desolati, tantum consuetudin ecclesie adhuc exequentes ex usu antiquato, que est altera n tura in eis. Et in eo sibimet alludunt et blandiuntur aliis[c]), dictum est, spiritum Jhesu crucifixi non habentes vivificante neque scientes eum, neque, si spiritus Jhesu est, animadvertent Isti sunt, qui adinvenciones, mandata et doctrinas hominum omnia opera atque industrias humanitus condita et multip cata[d]) magnificant, sanctificant et coram eis tremunt et per satagunt et dominum deum suum valde colere et venerari cu hoc, opera domini Jhesu crucifixi non digne perpendentes mandata dei et domini Jhesu et ipsius verba indigne ex quentes, et omnia, que graviora sunt legis, misericordiam iusticiam, negligenter obmittentes, sicut scriptum est[5]): „V vobis, scribe et pharisei yppocrite, qui decimatis mentum anetum [et cyminum] et dereli[n]quitis[e]), que graviora sunt leg misericordiam [et fidem] et iudicium, colantes[f]) culicem, cam lum autem[g]) glucientes“[h]). Et iterum[6]): „Yppocrite, bene pr phetavit de vobis Ysaias. Populus hic labiis me honorat, c autem eorum longe est a me. Frustra[i]) autem colunt me, d centes mandata et doctrinas hominum.“ Quia namque hii tal spiritum Jhesu sunt non habentes, necesse habent, ut ope et adinvenciones hominum timeant et magnipendant, et, nece sitate sola consuetudinaria vel alias[k]) obligacione conventic et mercenaria universa, que sunt legis et condicionis christiar

---

a) *om. ed.* b) theologicas neque morales, neque *add. ed.* c) alias d) multiplicatas *ed.* e) dereliquitis *A;* reliquistis *biblia.* f) *corr.* excolantes *biblia.* g) *om. ed.* h) deglutientes *ed.* i) Sine causa *bibl* k) alia *ed.*

1) *Cf. Matth. XXIV. 49.* 2) *Cf. Matth. XV. 14* (caeci sunt et duc caecorum). 3) *Cf. II. Cor. VI. 6* (in suavitate, in spiritu sancto). 4) *phr sis biblica communis.* 5) *Matth. XXIII. 23—24.* 6) *Matth. XV. 8—9.*

agittati, operentur, et nullo modo ex Christi Jhesu crucifixi amore et proximorum dileccione, facti „quasi equus et mulus, in quibus non est intellectus“ [1]), qui trahunt redam loris astricti [2]) et ex usu inducti et infrenati [a]). Ita isti yppocrite, clerici moderni et sacerdotes, quia facti sunt quasi „vitula Effraym docta[b]) diligere trituram“ secundum propheciam [c]) [3]), ideoque sive sponte, sive coacti faciunt omne, quod faciunt, quia non ex fide viva et spiritu Jhesu crucifixi [d]), seu non ex dileccione pura id faciunt, abhominacio sunt pessima et gravissima Jhesu Christo secundum scripturam, que dicit [4]): „Nonne ideo, quia deus suus vendidit eos et dominus conclusit illos. Non enim est deus noster ut [e]) dii eorum et inimici nostri sunt iudices.“ Sequitur ad propositum [5]): „De vinea Sodomorum vinum eorum et de suburbanis Gomorre: uva eorum uva fellis, et botrus amarissimus. Fel draconum vinum eorum, [et] venenum aspidum insanabile. Nonne hec condita sunt apud me et signata in thesauris meis?“ Tales sunt victime yppocritarum et omnis administracio eorum, qui hunc mundum diligentes, post carnem suam dominum Jhesum locaverunt [f]).

Capitulum trigesimum quartum [g]).

[Idolum Adonidis quale fuerit et quod sacerdotes papae illi sunt, qui per hoc idolum significantur et per suam hypocrisim duobus dominis serviunt, mundo et Christo, Belial et rebus sacris, nihil non fingentes, ut simplicibus imponant, et tamen non sunt, quales se simulant] [h]).

[f. 239[b]] Sequitur [6]):

(versus 13) „Et dixit dominus ad me: Adhuc conversus, videbis abhominaciones maiores, quas isti faciunt. *(versus 14)* Et introduxit me per hostium porte domus domini, quod respiciebat ad aquilonem. Et

---

a) et hypocrisi excaecati velut alter Samson in mola asinaria astrictus operabatur *add. ed.* b) *sup. lin. A manu alia.* c) prophetam *ed.* d) edocti *add. ed.* e) sicut *ed.* f) Dominus autem dicit [Matth. 7]: Nunquid colligunt de spinis uvas? et caetera *add. ed.* g) Cap.[m] XXXIIII. *A colore rubro.* h) *ita inscribitur in ed.*

1) *Cf. Psalm. XXXI. 9.* 2) *Cf. Act. apost. XXII. 25* (et cum astrinxissent eum loris). 3) *Cf. Oseae X. 11.* 4) *Deuter. XXXII. 30—31.* 5) *Deuter. XXXII. 32—34.* 6) *Ezech. VIII. 13—14.*

ecce, ibi mulieres sedebant, plangentes Adonidem. *(versus 15)* Et dixit ad me: Certe vidisti, filii hominis[a]).“

[a] Advertendum hic, quod „dicere istud dei ad me“, est commonicio predicatoris intima a spiritu Jhesu crucifixi et illuminacio intelligencie ad considerandum mala horrenda, que ab yppocritis et sub yppocrisi fiunt a sacerdotibus primum et clericis in populo christiano[b]), et que fiunt abhominaciones a plebibus christianis. Venit enim in predicatorem quedam visitacio notabilis[c]) quandoque et cum igne sensibili et incenso in corde et toto pectore.

Et[d]) ego, quandocumque ista scripsi et quamdiu ista scripsi, michi semper affuit ille ignis, captivans quodam modo me ipsum et perurgens ad scribendum, hic que ponuntur. Et de isto igne, feci iam alias mencionem[1]). Quandocumque enim oro fideliter, stren[n]ue et cum attencione, mox adest michi, et adurit cor et totum pectus meum valde admodum suaviter, et iocundum me facit mox ac devotum repletumque et potentem ad meditandum, docendum et orandum atque conscribendum, ac vivacem facit in memoria mea et intelligencia[m] prophetarum. Et tunc omnia, que lego in lege et prophetis, omni sua interpretacione alludunt limpide et apropriate huic tempori et figure qualitatique huius temporis atque elucidant singulas ipsius condiciones. Cum hoc tamen nolo me existimare esse aliquid, sed humiliter me subicio iudicio et decrecioni[e]) ecclesie Christi sacrosancte.

[b] Hoc autem, quod sequitur[2]): „Adhuc conversus, videbis

---

9) De igne *A alia manu.*

a) *haec phrasis sequitur in ed.:* In Hebraeis habetur, plangentes Thammutz. Et ut dicunt: Idolum erat concavum, et fiebat ignis intra, cuius calor sursum ascendens, faciebat liquefieri oculos idoli, qui erant plumbei, et tunc videbatur plorare: quod videntes mulieres, flebant in eius cultu. b) in populis christianis *ed.* c) nobilis *ed.* d) *Verba sequentia plane alterata in editione leguntur hunc in modum inpersonalem:* De quo igne Salvator dicit: Ignem veni mittere, etc. Quandocunque ergo venit iste ignis ad fideliter orantem vel meditantem sive audientem verba Jesu Christi, mox adurit cor quadam suavi dulcedine et iocunda replet devotione: tunc vivacem facit memoriam ipsius Jesu et dat intelligentiam scripturarum sacrarum et interpretationes et successus alludunt limpide et appropriate tempori praesenti et figurae figuratae qualitatique illius temporis atque elucidant singulas ipsius conditiones. Hoc autem, quod sequitur, *etc.* e) *ita A et ed.*

1) *v. supra c. 23.* 2) *Cf. Joan. VII. 24:* „Nolite iudicare secundum faciem.“

abhominaciones maiores", adhortacionem significat spiritus Jhesu Christi interpollatam et[a]) crebram spiritus predicantis ad animadvertendum habundanciam iniquitatis per yppocrysim, id est per species et condiciones bonorum, cooperte et inde confortate et dilatate. Propter quod non potest[b]) bene videri vel iudicari[c]) neque discooperi[ri] malicia[d]) et pericula capitosa, nisi[e]) cum elevacione illuminati intellectus a spiritu Jhesu Christi et cum forti animadversione et strennua discussione cunctorum nunc, que fiunt in ecclesia, et originis ipsorum vel radicis, ex quibus veniunt talia et aguntur, non secundum faciem iudicando exteriorem neque secundum ea, que vident et commendant homines, sed intrinsecus in homine novo spirituali et intimo, que debent esse propria christiani[f]), qui non est in carne, sed in spiritu[1]), sincere contemplando et ponderando, si ea, que fiunt per christianos et primum sacerdotes, fiant ex sincera fide, spe et caritate non ficta[g])[2]), an pocius ex admixcione cupiditatis carnis et ex induccione[h]) amoris diviciarum et honoris atque pacis huius vite. Nam admixcio istorum per prius et predominans in homine christiano ad fidem, spem et caritatem ipsam[i]) facit abhominacionem pessimam, de qua sermo[k]).

Unde notandum hic, quod abhominacio designat non iniquitatem apertam simpliciter vel nudam maliciam, sed conposicionem quandam ymaginariam et volitam in yppocritis, qua nituntur commiscere iniquitatem cum equitate, cupiditatem cum caritate, amorem Jhesu Christi cum amore huius mundi, voluntatem suam cum voluntate dei, conversacionem spiritualem cum[l]) carnali, celestem cum terrena, christianam vitam cum vita seculari[m]) et gentili, conversacionem vanam et lubricam cum fide et dileccione Christi[n]), pietatem cum crudelitate[3]), vanitatem cum spiritu sancto, mendacium[o]) cum veritate Christi Jhesu[p]) et reliqua

---

17) Nota *A alia manu.* 22) Nota bene *A.*

[a]) et *ed.;* sed *A.* [b]) possunt *ed.* [c]) indicari *ed.* [d]) malitiae *ed.* [e]) vel *ed.* [f]) christianae vitae, quae *ed.* [g]) et si proximi sunt Christi vel apostolorum *add. ed.* [h]) in — *sup. lin. A.* [i]) ipsa *ed.* [k]) ad praesens, etc. *add. ed.* [l]) conversatione *add. ed.* [m]) huius saeculi *ed.* [n]) Jesu Christi *ed.* [o]) Antichristi m. *ed.* [p]) praecepta Christi cum traditionibus humanis, frivolis et caetera *ita ed.*

[1]) *Cf. Rom. VIII. 9:* „Vos autem in carne non estis, sed in spiritu."
[2]) *Cf. II. Cor. VI. 6* (in charitate non ficta). [3]) *Cf. Esther XVI. 10.*

huius modi. Et perinde ita omnes actus ipsorum, verba et cogitaciones die tota formant et parturiunt omnia inquinata et conmixta sanguine, et per consequens omnia abhominabilia, eciam[a]) iusticie ipsorum, si que sunt, quasi pannus menstruate[1]), et in omnibus claudicant ad utramque partem, centenarii pueri semper fluctuantes[2]), iam nimium radicati et firmati in esse tepidi, supra modum graves et abhominabiles dei virtuti et dei sapiencie Jhesu Christo. Ad quos ex magna passione dictum est et quasi intollerabili mansit affeccione[3]): „Utinam esses calidus vel [f. 240[a]] frigidus. Sed quia tepidus es, incipiam te evomere de ore meo.“

Quid enim posset esse despeccius, quid horribiliter abhominabilius, quam eandem mentem et animum modo deo mancipare, et mox, modica se occasione ingerente, eandem malignis spiritibus subdere ad peccandum. Et membra eadem facere instrumenta virtutis, et post pusillum per ea vicia et nephanda admittere et operari. Et cum eodem ore nunc deum benedicere, nunc maledicere proximum. De mane psallere laudes dei, post[b]) prandium et de vespere tota die loqui vana verba hominum. Cum eodem ore loqui veritatem, simul et mentiri. Cum eisdem manibus nunc dare pie elemosinas, et iterum pugno percutere proximos inpie, et ita de aliis infinitis. Que simulati christiani, conmiscentes tota vita sua et intollerabilem Jhesu crucifixo abhominacionem facientes, cum hoc sibi ipsis blandiuntur, opinanturque se bene stare, ac si grate deo deservirent. Ipsi infelices yppocrite corde excecati et auribus aggravati, ut videntes non videant et audientes non intelligant[4]), quam[c]) sint graves domino Jhesu crucifixo, et quam horrendum ve et perpetuum ipsos expectat, iam dudum preparatum et expressum, iuxta quod scriptum est Ysaie V°[5]): „Ve, qui dicitis malum bonum et bonum malum, ponentes lucem tenebras et tenebras lucem, ponentes[d]) amarum in dulce et dulce in amarum. Ve, qui sapientes estis in oculis vestris et coram vobismet ipsis prudentes. Ve, qui potentes estis ad bibendum vinum et viri fortes ad miscendam ebrietatem.“

---

10) Nota bene totum *A ad calcem fol. super.*

[a]) Et *ed.* [b]) et post tota die *ed.* [c]) qualiter *ed.* [d]) dicentes *ed.*, in *om.*

[1]) *Cf. Isaiae LXIV. 6.* [2]) *Cf. Ephes. IV. 14:* „Ut iam non simus parvuli fluctuantes.“ [3]) *Apoc. III. 15—16.* [4]) *Cf. Isaiae VI. 10.* [5]) *Cf. Isaiae V. 20—22.*

Et Mathei XXIII[a])[1]): „Ve, vobis, scribe et pharisei[b]) yppocrite, qui tulistis claves regni celorum, et nec ipsi intratis et ipsos[c]), qui volunt, non sinitis introire[d]). Ve, vobis, scribe et pharisei yppocrite.“ Et reliqua omnia ve ibidem, que secuntur[2]), que iam incurrerunt moderni, sacerdotes primum et clerici, yppocrite ob suam funestam et abhominabilem huius modi conposicionem inconponibilium in se ipsis contra ordinem et naturam tocius universi.

Quapropter composicionem istorum nimis contrariorum et inimicorum ad invicem dixi merito ymaginariam, id est apparentem et non existentem vel non realem, quia talis composicio et talium esse[e]) in rerum natura [non] potest ullo modo secundum scripturam, que dicit[3]): „Non potestis deo servire et mamone“. Et apostolus[4]): „Non potestis bibere calicem Christi et calicem demoniorum.“ Et alibi dicit[5]): „Que convencio lucis ad tenebras aut que societas[f]) Christi ad Belyal?“ Et dominus in Yeremia[g])[6]): „Quid paleis ad triticum, dicit dominus[h])?“

Dixi eciam illam conmixcionem sic tantum ymaginariam esse volitam, scilicet[i]) ab yppocritis, quoniam yppocrite, clerici primum et sacerdotes, quia amant hunc mundum et vitam pacatam et suavem sue carnis, divicias et honores ob amorem sui ambientes, et cum hoc nituntur deo conplacere et satagunt promereri vitam eternam, similiter suavem et gaudiosam, ideo eligunt et volunt istam conmixcionem supradictam facere et talia in se ipsis contraria et incompassibilia *(sic)* conbinare. Et quia, ut dictum est, illud in rebus et existencia facere nequeunt, prout volunt, ideo ipsimet talis abhominabilis conmixcio efficiuntur in propria eorum voluntate et animo suo monstruoso et chimerino. Propter quod ipsi facti sunt abhominacio desolacionis in loco sancto collocata nimis gravis et detestabilis domino nostro Jhesu Christo. Et ex hoc racio trahitur, quare Johanes in Apokalipsy sua modernam multitudinem yppocritarum ubique describit per monstruosas beluas et facies chi-

---

a) *num. posterius add. A.* b) *om. ed.* c) ipsi *A.* d) quas maledictiones iam incurrerunt moderni sacerdotes hypocritae *seq. in ed., ceteris omissis.* e) *corr. A.* f) que societas *om. ed.* g) Et Hieremias *ed.* h) dicit dominus *om. ed.* i) *om. ed.*

1) *Matth. XXIII. 13—14 (libere allatum).* 2) *Cf. Matth. XXIII. 15 usque ad finem.* 3) *Lucae XVI. 13.* 4) *I. Cor. X. 20.* 5) *II. Cor. VI. 14—15.* 6) *Jerem. XXIII. 28.*

merinas, que nec sunt neque fuerunt umquam rerum in natura neque[a]) more nature possunt esse, ut patet in descripcione locustarum Apocalypsis IX capitulo[b]) [1]) et in descripcione bestie de mari ascendentis eiusdem XIII° c. [2]) et in expressione meretricis et bestie, super quam sedet, coccinee, XIIII° capitulo [3]) et cetera[c]) de multis aliis locis, in quibus forma abhominabilis yppocritarum et monstruosa est descripta, eorum hominem interiorem exprimens et declarans. Sequitur[d]):

Capitulum trigesimum quintum[e]).

[Sancti tametsi sint peccatores, tamen non imputatur eis peccatum, hypocritis vero imputatur. Omnis autem hypocrita abominatio est deo suo et habitaculum omnis spiritus immundi. Comparatio lepida sanctorum et hypocritarum][f]).

Quodsi[g]) quispiam obiciat, dicens, quod ex hiis sequeretur, quod eciam quique[h]) sancti sunt abhominacio et faciunt abhominacionem contra Jhesum, quamdiu[i]) sunt in hac vita, quoniam adhuc in omnibus ipsis est peccatum et habent continue adhuc secum suas proprias infirmitates turpes, que bonis factis et sanctis ipsorum virtutibus admiscentur et componuntur redduntque ipsas abhominabiles divine puritati, — unde dictum est a propheta[4]) [f. 240b]: „Omnes iusticie nostre sunt quasi pannus menstruate.“ Et[k]) iterum [5]): „Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est, qui faciat bonum.“ Et iterum [6]): „Anima nostra repleta obprobrium habundantibus et despeccione.“ Et Joannes[7]): „Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus.“ Et apostolus [8]): „Scio, quod in me, id est in carne mea non habitat bonum, sed malum“, et cetera. Et in Apokalypsi [9]): „Utinam esses calidus vel[l]) frigidus. Sed quia tepidus es, incipiam te evomere de ore meo“, subaudis[m]) iuxta

---

a) neque — esse *om. ed.* b) capite *ed.* c) sic *ed.* d) *om. ed.* e) Cap.m XXXIIII *A rubr.* f) *ita inscribitur in ed.* g) Si vero *ed.* h) qui *ed.* i) quoniam diu *ed.* k) Et — bonum *om. ed.* l) aut *ed.* m) subaudi *ed.*

1) *vide Apoc. IX. 3—10.* 2) *vide Apoc. XIII. 1 sq.* 3) *recte Apoc. XVII. 3 sq.* 4) *Isaiae LXIV. 6.* 5) *Rom. III. 12.* 6) *Psalm. CXXII. 4* (et despectio superbis). 7) *I. Joan. I. 8.* 8) *Rom. VII. 18.* 9) *Apoc. III. 15—16.*

predicta, quia es mihi sic intolerabilis abhominacio: — hoc autem esse verum non videtur, quod puta omnes sancti dei sunt domino abhominabiles, vel quod, bona eciam[a]) faciendo et virtutes, faciant abhominacionem. Nam scriptum est[1]): „Nichil est dampnacionis amplius hiis, qui sunt in Christo Jhesu" —:

Ad hoc dicitur, quod sancti dei, quamvis habeant peccatum in se ipsis et infirmitates[b]) contrarias[c]) spiritui sancto inhabitanti, tamen non sunt abhominacio Christo Jhesu intolerabilis, sed tol[l]erabilis ad tempora prefinita[2]) iuxta dispensacionem spiritus dei in ipsis[d]). Sed yppocrite christiani sunt abhominacio Jhesu crucifixo intol[l]erabilis et ipsi faciunt abhominacionem intol[l]erabilem deo in domo dei, id est in ecclesia sanctorum. Propter quod notanter dicti sunt „abhominacio in desolacionem"[3]), quia ob intol[l]eranciam spiritus sancti [in] ipsis, propter ipsorum simulacionem et fictam huius modi composicionem supradictam, desolantur a spiritu sancto seu manent desolati, id est misera solitudo[e]) effecti a deo suo et domino Jhesu Christo; et per consequens omnia in eisdem, que erant christianitatis, moriuntur, ut est fides et spes[f]) et alie consuetudines et adinvenciones sive[g]) cerimonie[h]) legis christiane, sed arida et mortificata legis[i]) christiane, necnon verba dei et precepta. Et ita ea sola remanent in eis, que sunt extrinseca religionis et sanctitatis catholice fidei, quamvis adhuc virencia et apparencia et splendencia, sed prorsus inania et sine fructu, veluti pictura sine vita christianitatis et ymago vel statua mortua alias homini vivo similima in figura et colore. Et ista ipsis ideo, ut dictum, contingunt, quia iuxta superius posita abhominacionem, intollerabilem spiritui sancto, admittunt[k]) et conmiscent in se ipsis, propter quod a spiritu Jhesu vivificante manent desolati.

Enimvero[l]) non ita est in sanctis dei in hac vita, quoniam ipsi tale[m]) in se ipsis non faciunt, sed forte[n]) graviter

---

[a]) *om. ed.* [b]) infirmitatis *A et ed.* [c]) contrarium *ed.* [d]) patet ante *add. ed.* [e]) solitudo *ed.*; solicitudo *A.* [f]) fides, spes et charitas *ed.* [g]) traditiones et *add. ed.* [h]) ceremoniae *ed.* [i]) legis — et ita *om. ed.* [k]) admittuntur *A.* [l]) Exemplum vero *ed.* [m]) talem *A et ed.* [n]) *om. ed.*

[1]) *Rom. VIII. 1.* [2]) *phrasis* „tempora praefinita" *biblica esse probatur*; *item phrasis* „domus dei.." [3]) *recte* „abominatio desolationis", *cf. Matth. XXIV. 15.*

paciuntur, et pro eo semper in hac vita displicent sibi ipsis et incessabiliter ingemiscunt, dicentes ut apostolus[1]: „Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?“, et illud Job[2]: „Quare me posuisti contrarium tibi et factus sum michimet ipsi gravis?“ Non enim sancti dei prefatam mixcionem in se ipsis, puta boni cum malis et lucis cum tenebris, volunt, sed horrent, ut dictum est, ex eo, quod ex spiritu Jhesu horrent mendacium et secuntur veritatem et ex animo odiunt vicia et diligunt virtuosa, sicut scriptum est[3]: „Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem. Propterea unxit te deus, deus[a]) tuus“, neque faciunt talem conposicionem et talium contrariorum et indignorum se invicem, sed magis ponunt in se talium magnam discrecionem per operacionem spiritus divini in ipsis seu per inhabitans verbum Christi in ipsis habundanter. Per quod omne malum arguitur et bonum amplexatur, sicut scriptum est[b])[4]: „Omnia, que arguuntur, a lumine arguuntur“[c]), et ad Hebreos[5]: „Vivus est sermo dei et efficax, [et] penetrabilior omni gladio ancipite, conpagum quoque et medularum scrutator et discretor cogitacionum, pertingens usque ad divisionem anime et spiritus.“ Ecce, quo modo sancti dei non faciunt in se ipsis talem conposicionem abhominabilem, sed magis sagaciter dividunt per lumen verbi Christi Jhesu et per[d]) spiritum dei inhabitantem[e]) ea, que sua sunt, puta vana, infirma et iniqua, ab illis, que in eis exstant Jhesu Christi et spiritus eius; omnia, inquam, et singula in se dividunt usque ad novissimas cogitaciones et intimos motus et usque ad divisionem anime, id est eorum, que in eis sunt ab anima propria et spiritus, id est ab illis, que in ipsis fiunt a spiritu Jhesu Christi. Propterea scriptum est[6]: „Si separaveris preciosum a vili, quasi os meum eris“, id est quasi verbum meum, quod talia scit et potest dividere. Et apostolus[7]: „Nobis autem revelavit deus per spiritum suum: spiritus omnia scrutatur, eciam profunda dei. Quis enim [hominum] scit, que sunt hominum[f]), nisi spiritus hominis, qui in ipso est? Ita et que dei sunt, nemo congnoscit[g]) nisi spiritus dei. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spi-

---

[a]) *om. ed.* [b]) manifestantur *biblia et ed.* [c]) *lac. seq. in A.* [d]) *sup. lin. A; om. ed.* [e]) in — *sup. lin. A.* [f]) hominis *biblia.* [g]) cognovit *biblia.*

[1]) *Rom. VII. 24.* [2]) *Job VII. 20.* [3]) *Psalm. XLIV. 8.* [4]) *Ephes. V. 13.* [5]) *Hebr. IV. 12.* [6]) *Jerem. XV. 19.* [7]) *I. Cor. II. 10—12.*

ritum huius[a]), qui ex deo est." Tunc sequitur valde ad propositum[1]): „Ut sciamus, que a deo donata sunt nobis, que et loquimur non in doctis humane sapiencie verbis, sed in doctrina spiritus, spiritualibus spiritualia conparantes. Animalis autem homo non percipit ea, que [f. 241[a]] spiritus dei sunt, stulticia enim est illi et non potest intelligere, quia[b]) spiritualiter examinatur." Et talis est omnis yppocrita vel christianus amator huius vite presentis. Sequitur[c])[2]): „Spiritualis autem omnia iudicat et [ipse] a nemine iudicatur."

Ex istis sequitur, quod hii[d]), qui in Christo sunt, quamvis[e]) peccatum in se ipsis habitans contineant vel motus et qualitates contrarias spiritui sancto, tamen non sunt abhominacio deo suo neque faciunt abhominacionem desolacionis[f]), quia spiritus Jhesu crucifixi in eis, caritas dei, sustinet in eisdem et conpatitur ipsorum infirmitates et mala[g]) et tegit peccata ipsorum et non eis peccatum inputat, sicut scriptum est[3]): „Beati, quorum remisse sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata. Beatus vir, cui non inputavit dominus peccatum." Hoc vero fit totum idcirco, quoniam ipsimet congnoscunt sua mala et propriam vanitatem, et displicent pro eo valde sibi ipsis, et dolent[h]) se ipsos in hac carne. Nuper autem dictum est: et valde congnoscunt in se domini[i]) Jhesu Christi bona[k]), sibi per labores eius et passiones comparata et gratis simpliciter donata; adeo[l]) et dividunt ipsa a propriis vanitatibus et[m]) vanitatibus huius mundi et non conponunt ea, sed continue gemunt et sunt in semetipsis gravati[n])[4]). Et ita ambulant in veritate dei[5]), donec liberentur a veritate ab omni corrupcione vanitatis, sicut scriptum est[6]): „Si vos in sermone meo[o]) manseritis, tunc vere discipuli[p]) mei eritis et congnoscetis veritatem, et veritas liberabit vos."

---

10) Nota *A alia manu.*

[a]) *om. ed.* [b]) qua *biblia.* [c]) sequutor *(sic) ed.* [d]) ii *ed.* [e]) quatenus *ed.* [f]) in desolacionem *A ante corr.* [g]) infirmitatibus et malis *ed.* [h]) dolent, seipsos humiliando, ut ante dictum est *ed.* [i]) *corr. A;* donum *false ed.* [k]) bonum *ed.* [l]) donata a deo *ed.* [m]) et a *ed.* [n]) ea — gravati *A in m.* [o]) *add. A in m.* [p]) etc. *ed., vocibus* mei — veritatem *omissis.*

[1]) *I. Cor. II. 12—14.* [2]) *I. Cor. II. 15.* [3]) *Psalm. XXXI. 1—2.* [4]) *Cf. II. Cor. V. 5* (ingemiscimus gravati). [5]) „ambulare in veritate" *communis phrasis biblica est; cf. II. Joan. 4.* [6]) *Joan. VIII. 31—32.*

Omnis autem yppocrita, quia non novit[a]) istam, ut di
tum est, veritatem[b]) et non facit veritatem sinceritatis, id
facit abhominacionem et ipse est abhominacio in domo dei co
locata[1]), id est in ecclesia Jhesu Christi, quia in tenebris an
bulans[2]), non dividit preciosum a vili, neque ea, que sua[c]) su
ab illis, que dei[d]) sunt, sed continue unum pro reliquo accipit
commiscet, et vel per ea, que dei sunt, perficit suam propria
voluntatem, vel per ea, que sua sunt propria, que in semet i
sis sunt abhominabilia, vult[e]) deo suo et credit[f]) conplacere
servire, non habens spiritum Jhesu Christi[g]). Facit vero[h]) omn
yppocrita in serviciis divinis abhominacionem desolacionis vel
desolacionem[i]), id est intol[l]erabilem abhominacionem et inco
passibilem in semet Jhesu Christo et spiritu[i] eius. Propter qu
derelinquitur a spiritu sancto et extimplo efficitur habitac
omnis spiritus inmundi vel habitacio septem spirituum nequi
rum[3]), qui post perdicionem prime gracie redierunt. Hec aute
omnia contingunt yppocritis, quia conplacent sibi ipsis in h
vita et in pace huius vite. Idcirco placent eis sua propria bo
et ea, que sunt hominum, et multum ea appreciant et secunt
Et quia non displicent ipsis[k]) mala propria, quoniam ea ve
non vident vel dissimulant videre eo, quod veritatem carita
non susceperunt digne et grate[4]), id est Jhesum crucifixum
filium Marie virginis, et ipsum humilimum et abiectum ab h
mundo[n]), unde[o]) yppocrite omnes magis eligunt esse divit
pacifici et gloriosi in hoc mundo cum hoc, quod[p]) sint ipsi abh
minacio in desolacionem aput Christum Jhesum et hunc cruci
xum, quam quod essent obprobrium et abhominacio in hoc mun
et amatoribus huius mundi, et quod cum hoc essent divites in fide
et virtute Jhesu Christi, futuram gloriam filiorum dei expectand

Enimvero[r]) sancti dei magis eligunt esse abiecti i
domo dei[5]), obprobrium hominum[6]) et despeccio superbis[s])

---

[a]) *om. ed.* [b]) intrat veritatem *(sic) ed.* [c]) dei *ed.* [d]) sua
[e]) vivit *(sic) ed.* [f]) recedit *ed.* [g]) nec advertens proximum eius *add. ed.*
[h]) ergo *rectius ed.* [i]) in seipso Jesu Christo *seq. in ed.* [k]) errores nec s
in ed. [l]) ea vel *om. ed.* [m]) cum actibus suis humilibus et abiectis ab hoc mun
seq. in ed. [n]) Ideo traditi sunt in reprobum sensum *seq. in ed.* [o]) Nam
[p]) ut *ed.* [q]) veritate *add. ed.* [r]) Quoniam vero *ed.* [s]) plebis *(sic)*

[1]) *Cf. Matth. XXIV. 15.* [2]) *Cf. I. Joan. II. 11.* [3]) *sententicie* „spi
tus immundus“ *et* „spiritus nequiores“ *crebrius in biblia occurrunt.* [4]) (
II. Thess. II. 10. [5]) *Cf. Psalm. LXXXIII. 11.* [6]) *Cf. Psalm. XXI. 7.*
[7]) *Cf. Psalm. CXXII. 4.*

bhominacioque in hoc mundo quasi purgamenta eius et omnium erypsyma[1], quam gloriose et splendide[a] habitare in taberaculis peccatorum[2], quinymmo[b] continue festinant post ıesum crucifixum extra castra exire, inproperium[c] eius porındo[3], sputa et flagella, quam in domibus regum mollibus estiri[4] et in diebus hominis gloriari. Sicut igitur in sanctis deictis[d] amor huius vite presentis et honoris eius atque diviiarum cupiditas et sequela faciunt[e] ipsos esse amicos huius ıundi et istum mundum e contrario honorabilem sibi et amiım, et hoc[f] facit ipsos abhominacionem esse in desolacionem ı ecclesia domini Jhesu Christi[g] et ipsorum omnia servicia deo t victimas, que sunt splendida et alta aput homines, facit esse bhominabilia Christo Jhesu in conspectu: ita similiter in veriıte Jhesu in sanctificatis amor[h] Christi Jhesu et passionum t contemptus eius et talium insectacio virilis contemptusque iviciarum et glorie seculi presentis[i] facit apparere eos abhoıinacionem coram mundi amatoribus et expurgat ipsos ab[k] abominacione coram deo et omnia opera ipsorum accepta facit coım veritate Jhesu Christi[l]. Tunc sequitur in propheta[5]: [f. 241[b]]

Capitulum trigesimum sextum[m].

Prophetae quomodo in specie et in aenigmate viderunt visiones, t quomodo hodie praedicatores sancti cognoscunt lumen veriıtis. De regno aquilonis, id est Antichristi, vel sacerdotum et teratorum. Diabolus quam potenter in Antichristo assimilat Christo et regno eius et quod nullus est alius Antichristus in mundo neque venturus quam sacerdotes][n].

(versus 14) „Et introduxit me per hostium domus omini, quod respiciebat ad aquilonem.“

---

20) Nota bene totum *A ad calcem fol. super.*

[a]) cum divite epulone *add. ed.* [b]) Quinimo *ed.* [c]) in populum *ed.* praedictis *ed.* [e]) facit *ed.* [f]) per hoc *A.* [g]) crucifixi *ed.* [h]) amore *A.* [i]) cum Christo, qui noluit esse Rex *add. ed.* [k]) *om. ed.* [l]) etc. *add. l., cet. om.* [m]) Capi.[m] XXXV. *A colore rubro.* [n]) *ita inscr. in editione.*

[1]) *Cf. I. Cor. IV. 13* (quasi purgamenta huius mundi facti sumus, omum peripsema usque adhuc). [2]) *Cf. Psalm. LXXXIII. 11:* „Elegi abiectus se in domo dei magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum.“ *Cf. Hebr. XIII. 13:* „Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium us portantes.“ [4]) *Cf. Lucae VII. 25.* [5]) *Ezech. VIII. 14.*

[a] Primum hic advertendum, quod ista visio et simi facte sunt sanctis prophetis in specie et in enigmate cum i telligencia figurate veritatis, predicatori vero presenti[a]) vel dis pulo Jhesu Christi fit eidem designata intelligencia[b]) ve tatis sine talibus speciebus et sine enigmate, maxime illis, que concernunt statum presentem ecclesie et eius mor Coaptatur tamen et alludit eadem intelligencia, indita[c]) pre catori, visioni sancti prophete figurative et in speciebus, qu suo signo proprio et adequato. Unde „introduccio“ hic c signat manuduccionem predicatoris presentis a spiritu Jhesu congnicionem[d]) veritatis utilis et ad rem pertinentis de morit et factis ecclesie presentis, que veritas[e]) fuit dudum visa a p phetis[f]) et abscondita in figuris et conscripta[g]). Unde hic pensandus [1] status[h]) ecclesie Christi in presenti et induc in congnicionem intelligencie prophetarum, quam locuti su sub enigmatibus et figuris, et [2] conportacio[i]) applicacioq propria istorum ad invicem. Que omnia operatur unus atq idem spiritus Jhesu crucifixi.

[b] „Hostium hic domus domini, quod respicit ad aq lonem“, significat[k]) illam partem sancte scripture, que ape populo dei scelera eius et domini Jacob peccata eorum[1]). N „regio aquilonis“ significat regnum[l]) huius mundi vel regim Antychristi et yppocritarum ipsius. Quod regnum congrega ex filiis superbie[2]) et omnibus, qui in nomine suo[3]), id est q rentes, que sua sunt, veniunt ad regimen seu cathedras[m]) clesie, ducente ipsos avaricia et ambicione. Et illi sunt om christiani[n]), qui sunt amici huius mundi et qui diligunt ea, q in mundo sunt[4]), scilicet delicias, divicias et honores. Et i sunt Antychristi[o]) et multitudo ipsorum et constipata ni colleccio sunt corpus[p]) Antychristi et regnum synagogaque S

---

a) veritatis *add. ed.* b) intelligentiae *ed.* c) indita *A et ed.* d) ag tionem *ed.* e) variis *ed.* f) sanctis *add. ed.* g) et a malis abscondita h) pensandus status *ed.;* pensanda seu status *false A.* i) comparatio k) est illa pars *ed.* l) regnum *ed.;* regimen *A.* m) cathedram n) primum sacerdotes et literati *add. ed. (sic).* o) Joannes in Canon dudum multos nominavit venisse: et sic multitudo ɔc. *ed.* p) chorus *e*

1) *Cf. Michaeae III. 8* (ut annuntiem Jacob scelus suum et Israel p catum suum). 2) *Cf. Job XLI. 25* (super universos filiae superbiae). 3) *Cf. Philipp. II. 21.* 4) *Cf. I. Joan. II. 15:* „Nolite diligere mund neque ea, quae in mundo sunt.“

ıane[1]), quia „ipse est rex super omnes filios superbie“[2]), qui ixit[3]): „Ponam sedem meam ad aquilonem[a]) et ero similis .tissimo.“ Hic nota, quod dyabolus in suo Antychristo et ipsius ppocritis secundum omnem suum conatum et astuciam et seındum omnem conposicionem splendidam et apparentem facit ; ipsum similimum domino Jhesu Christo ecclesiamque suam ıalignam ecclesie[b]) Jhesu Christi. Et ista sentencia est superius iffuse deducta et infra deducenda[4]). — „Introduci igitur per ostium domini[c]), quod respicit ad aquilonem“, et cetera[d]), est ccipere a spiritu Jhesu Christi scienciam et intelligenciam sararum scripturarum, que limpide aperiunt et declarant vaniıtem[e]) huius mundi.

Et eciam est contemplari in veritate, quo modo in preenti seculo[f]), vigente regno yppocritarum vel regno Antyhristi, per multitudinem amicorum huius vite et christianorum iligencium ea, que sunt in hoc mundo[5]), omne malum inravit in dei ecclesiam et de quo scriptura dicit[6]): „Ab quilone pandetur omne malum.“

Et primum sacerdotes et clerici, sapientes et docores carnales et amatores huius vite, ipsi sunt „hostium, quod espicit ad aquilonem“, quoniam ipsi sunt, qui „respiciunt“ ad ıundum, inquirentes delicias et divicias ac honores[g]) a magnas et amatoribus huius vite[h]). Et ipsi idem[i]) sunt, per quos mnis habundancia iniquitatis et refrigerium[k]) caritatis[7]) irruerunt[l]) in populum christianum. Et ipsi sunt omnes pseudohristi et pseudoprophete[8]), qui in nomine Christi Jhesu crucixi[m]) veniunt[n]), quoniam confitentur se esse Christi et veros hristianos, et[o]) factis suis eum[p]) negant[9]) et tota die clamant d Jhesum crucifixum: Domine, domine, ore suo, sed in veri-

---

[a]) id est, super amatores huius mundi *add. ed.* [b]) consimilat *add. ed.* [c]) domus domini *ed.* [d]) et cetera *om. ed.* [e]) errorem et v. *ed.* evangelio *(sic) ed.* [g]) divitias, delitias et honores *ed.* [h]) mundi *ed.* iidem *ed.* [k]) refrigescentia *ed.* [l]) irriperunt *corr.* irruperunt *A.*) *om. ed.* [n]) sed non missi ab eo *add. ed.* [o]) sed *ed.* [p]) *om. ed.*

[1]) *Cf. Apoc. II. 9* (synagoga Satanae). [2]) *Cf. Job XLI. 25.* [3]) *Cf. saiae XIV. 13—14:* „Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. dscendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo.“ [4]) *v. „supra“ ı tractatu de Antichristo, dist. 7, c. 4, in vol. III. p. 98, et „infra“ c. 60 sq.* [5]) *Cf. I. Joan. II. 15.* [6]) *Jerem. I. 14.* [7]) *Cf. Matth. XXIV. 12.*) *phrasis communis bibliae N. T.; cf. ex. gr. Matth. XXIV. 24* (surgent enim seudochristi et pseudoprophetae). [9]) *Cf. Tit. I. 16.*

tate cor ipsorum longe est a Christo Jhesu[1]), quia est ips
solum tamquam mortuus a corde[a])[2]). Et ita dominus crucifix
est prope ab ore ipsorum per aridam confessionem, se
longe a renibus ipsorum[3]) per omnimodam absenciam cond
lectacionis[b]) in Jhesu crucifixo et gaudii in spiritu sancto. Su
enim inimici crucis Christi[4]) in tota vita[c]) sua pro eo
in eo, quod amant suam vitam et pacem[d]), divicias[e]) ac gloria
huius mundi. Et isti sunt, qui colorate nimis sub nomine Chris
debel[l]ant[5]) Christum[f]). Et sub vestimentis Jhesu[g]) et app
rencia solvunt Jhesum, quia destruunt eius fidelitatem, dile
cionem[h]) atque confidenciam[i]) et omnem virtutem dei et sapie
ciam[k]) in conchristianis, propter quod scriptum est[6]): „Omnis sp
ritus, qui solvit Jhesum, ex deo non est; et hic est Antychrist
de quo audistis, quoniam veniet et nunc in mundo est.“ Et stati
post[l])[7]): „Ipsi de mundo sunt. Ideo de mundo locuntur
mundus eos audit. Nos ex deo sumus. Qui novit deum, au
nos. Qui[m]) autem non est ex deo, non audit nos.“

Maxime autem isti pseudochristi et pseudoli[n]) [f. 24
prophete, qui et Antychristi solvunt Jhesum, sunt „inimici cru
Christi“[8]), id est inimici conversacioni[s] et vite christiane d
signate et condite[o]), atque per crucem Christi in hoc mun
debellant[p]) virtutem Christi in ecclesia per hoc et in eo, quo
cum sint amici huius vite et amatores[q]) sue carnis et cu
perinde sequantur[r]) vitam suavem et pacificam, divicias e
honores, et dehinc dominum Jhesum[t]) crucifixum post carne
suam posuerunt, habentes caracterem bestie in fontibus suis

19) Nota totum diligenter *A ad calc. fol. sup.*

[a]) et vas perditum *add. ed.* [b]) delectationis *ed.* [c]) quia eor
gloria est in confusione. Nam tota vita eorum in eo et pro eo ɔc. *ed.*
[d]) mundi *add. ed.* [e]) divitias, delicias ac honorem huius mundi *ed.*
[f]) virtutem eius *ed.* [g]) eius, id est simulata sanctitate apparente *ed.*
[h]) eius charitatem ditissimam, paupertatem *ed.* [i]) in eo *add. ed.* [k]) Chri
Jesu, quam ipse docuit et exercuit in christianis *ed.* [l]) dicit *add. ed.*
[m]) Qui — nos *om. ed.* [n]) pseudoprophetae et Antichristi, qui *ed.* [o])
Christo conditae *ed.* [p]) ficte debellant *ed.* [q]) *om. ed.* [r]) investigant
[s]) ac *ed.* [t]) Jesum Christum *ed.*

[1]) *Cf. Matth. XV. 8.* [2]) *Cf. Psalm. XXX. 13.* [3]) *Cf. Jerem. XII.*
(prope es tu ori eorum et longe a renibus eorum). [4]) *Cf. Philipp. III.*
[5]) *vox biblica, sed phrasis* „debellare Christum“ *in biblia non legitur.*
[6]) *I. Joan. IV. 3.* [7]) *I. Joan. IV. 5—6.* [8]) *Cf. Philipp. III. 18.*

n dextris suis signatum et expressum[1]), id est sequelam primo[a]) t principaliter sue proprie voluntatis et cupiditatis infrenate, t cum sint tales, cum eo nichilominus ad cathedras et ubernacula ecclesie se ipsos ingesserunt et quovis nodo promoverunt. Et sunt multi nimis effecti et fortes[b]) [et][c]) abent cum hoc figuram in se religionis christiane et speciem anctitatis. Scripturamque[d]) divinam et sacramenta ecclesie habent ibi commendata et sunt per ea et in illis prepotentes[e]) omniue sapiencia et sciencia[f]) atque auctoritate prepollentes. Et sti sunt, qui iuxta sua propria, id est secundum spiritum huius nundi, quo habundant, omni sua conposicione et vita, rebus t facto detrahunt ecclesiam [a via Christi][g]) ad imitandum se ipos, id est ad amandum hunc mundum, ad sequendum com[m]olum et suavem pacem sue carnis, ad faciendum libita proprie vountatis et ad cupiendum delicias, divicias et honores, ad beatiandum illos et honorandum, qui istis talibus[h]) habundant[i]), que nundus diligit vel que gentes inquirunt[2]), et adherendum et trenendum eos, qui ad talia habent posse, quos voluerint[k]), pronovere, et qui possunt et quibus, in talibus nocere. Isti, inuam, sunt, qui rebus et facto et ex tota vita sua clamant in cclesia dei et ostendunt, quo modo paupertas[l]) sit odibilis et mnibus[m]) studiis fugienda, qualiter mititas sit contemptibilis t sui ipsius strennua defensio de iure et de facto sit licita et cceptabilis[n]), qualiter lugubris vita sit despecta et sponte evianda, vita autem letabunda et splendida sit valde imitabilis[o]), t ita de omnibus aliis similibus[p]).

Itaque tali modo et via isti, de quibus sermo, ambulando t per contrarium vie crucis Christi Jhesu et modo opposito c inimico[q]) Christi Jhesu ewangelio[r]) vehementer nimis solvunt Jhesum et[s]) debellant Christum[t]), dei virtutem et lei sapienciam[3]). In christianitate[u]) destruunt nempe sic beati-

20) Nota bene *A alia manu*.

[a]) proprie *ed.* [b]) velut Golias contra David *add. ed.* [c]) *om. A et ed.* [d]) S. quoque *ed.* [e]) potentes *ed.* [f]) huius mundi *add. ed.* [g]) a via Christi *add. ed.* [h]) qui talibus temporibus *ed.* [i]) honorant *corr.* habundant *A.* [k]) volunt in talibus nocere *ed., cet. om.* [l]) evangelica paupertas *ed.* [m]) ex omnibus *A.* [n]) *om. ed.* [o]) gratanter amplectenda *ed.* [p]) et ideo omnia faciunt studia, ut haec evitent, et illa consequantur *ed.* [q]) inimici *ed.* [r]) evangelii *ed.* [s]) ac *ed.* [t]) id est *add. ed.* [u]) sap. in chr. Destruunt *ed.*

[1]) *Cf. Apoc. XIII. 16* (habere characterem in dextera manu sua aut in fructibus suis). [2]) *Cf. Matth. VI. 32.* [3]) *voces singulae utique biblicae.*

tudines christianorum[a] et instituunt ac clarificant beatitudines gencium et amatorum huius vite, et inducunt eciam omnia, que in mundo sunt, acsi essent licita christianis et amabilia iuste, que alias sunt prohibita amari[b] et sequi a christianis, et contraria Christo Jhesu et ipsius ewangelio. Hoc autem est supra modum horrendum, valde ingemiscendum et summa attencione evitandum, quod illa omnia yppocrite faciunt sub nomine Christi Jhesu et auctoritate ipsius et in loco ipsius, et per consequens valde colorate et suasibiliter, quia omnia sub figura et similitudine bonitatis[c]. Propter hoc enim facta sunt tempora presencia nimium periculosa et tanta et[d] talis tribulacio sanctis dei intus et foris, in consciencia et in conversacione, quod si fieri posset, eciam electi in errorem inducantur[1], et tanta et[e] talis tribulacio, quod hii[f], qui sunt proprie Antychristi, sanctos christ[ian]os[g] persequentes, et carnales christiani, amici huius mundi, electos dei et sanctos[h] lacerantes, infamantes et trucidantes, per hoc gloriam et stipendia a communitate ecclesie accipiunt, acsi obsequium deo in hoc gratum facerent, sic et non aliter aput se arbitrantur.

Scit namque et bene potest Sathan sic formare suum Antichristum in ecclesia cum[i] sua multiplicata comitiva super numerum, „cuius adventus est secundum operacionem[k] Sathane“[2], secundum omnem virtutem eius et omni specie[l] decepcionis. Scit, inquam, et potest ita[m]) assimilare suum Antychristum ipsi Christo et filios iniquitatis filiis dei[n]) et collocare eum[o] cum eis „in aquilone“, in templo dei, elevareque ipsum in animo et de facto super omne, quod dicitur deus, aut quod collitur[3]. Sed ista omnia Sathan non quidem modo facit palam et via communi sua et antiqua, ut fecit in Symone[p] aput Neronem cesarem et in Juliano Apostata aput Romam et in Machomet aput Arabes et alias aput Saracenos[q]. Non ita, inquam, nunc operatur talia aput christianos patulo[r] et grosse

a) a Christo institutas *ed.* b) diligi *ed.* c) et pietatis *add. ed.* d) ac *ed.* e) ac *ed.* f) ii *ed.* g) christianos *ed.;* Christos *A.* h) e[t] sanctos *om. ed.* i) cum — est *om. ed.* k) suam op. *ed.* l) omnem speciem *ed.* m) *om. ed.* n) cuius adventus est in omni specie deceptionis et sic *add. ed.* o) ante fideles Christi vel *add. ed.* p) mago *add. ed.* q) Saracenes *(sic) A.* r) patule *ed.*

1) *Cf. Matth. XXIV. 24.* 2) *Cf. II. Thess. II. 9.* 3) *Cf. II. Thess. II. 4.*

ed nimium subtiliter nimiumque facciose et occulte et, ut dicum est[1]), secundum novissimam ipsius astuciam et conatum, uia intendit maxime populum sanctum et electos dei decipere, opulum, inquam, valde occulatum et ex omni parte commuitum contra spiritualia nequicie[2]), in celestibus, ibi[a]) satagit educere. Et idcirco scit et potest maxime in illis rebus tendiulas suas et laqueos abscondere[3]), ad quas maxime electi festiant et quibus innituntur et in quibus maxime suam salutem quirunt. Et illa sunt religionis christiane adinvenciones et octrine et species iusticie publice et private et figura sanctitis et in locis magnificis et in primariis et in rebus [f. 242[b]] t[b]) personis, que multum ab electis appreciantur et auctorintur. In talibus, inquam, et per illa astutissimus Sathan et in[c]) ilibus exercitatissimus spiritus semper et a principio studuit depere dei preciosos et[d]) electos. Et nunc heu, heu, domino hesu[e]) irato et iusticia divina exigente, nimium profecit[f]), ut indicentur hii[g]) secundum apostolum[4]), qui caritatem veritatis on susceperunt, et conparavit[h]) conflavitque contra electos ei talem et tantam tribulacionem et errorem ita involutum, a multiplicatum et dilatatum, qualis numquam[i]) ab origine preessit nec umquam post est futurus, suffragantibus eidem innitis gentibus Gog et Magog[5]) per latitudinem ecclesie diffusis, l est yppocritis et carnalibus christianis et singulariter falsiraphis Christis et[k]) pseudolis prophetis, assimilatis Christo et enientibus[l]) in nomine Christi, qui, ut dictum est, omnes amici arnis sue et amici[m]) huius mundi, positi [sunt] nichilominus in emplo dei et in loco Jhesu Christi.

Et ipsi sunt lumbi Leviathan perplexi, quos rigidos facit ıalignus spiritus et stringit quasi cedrum[6]). Ipsi insuper sunt auda draconis, quoniam princeps ipse est caput, id est Anty-

---

11) Nota bene totum *A ad calc. fol. sup.*

[a]) *om. ed.* [b]) in *add. ed.* [c]) in — semper *om. ed.* [d]) preciosos t *om. ed.* [e]) Christo *add. ed.* [f]) profert *ed.* [g]) ii *ed.* [h]) et c. *om. ed.* [i]) inquam non fuit ab origine mundi *ed.* [k]) *om. ed.* [l]) ficte *add. ed.* [m]) *om. ed.*

[1]) *v. supra p. 135.* [2]) *Cf. Ephes. VI. 12* (spiritualia nequitiae).) *Cf. Proverb. I. 11* (abscondamus tendiculas) *et Psalm. LXIII. 6* (ut absconerent laqueos). [4]) *Cf. II. Thess. II. 10.* [5]) *Cf. Apoc. XX. 7.* [6]) *Cf. ob XL. 12:* „Stringit (*scil.* Behemoth) caudam suam quasi cedrum, nervi esticulorum eius perplexi sunt.“

christus[a]), propheta vero[b]) ipse est cauda secundum[c]) proph tiam. Cauda dico illa ipsi sunt, puteum ac fontem cupiditat huius vite[d]) continentes, per quam draco traxit de celo tercia partem stellarum in terram ad regnum suum de[e]) regno cel rum[1]), scilicet Jhesu Christi. Illi insuper sunt illa magna muli fornicaria inaurata, margaritis et lapidibus preciosis ornata, q sedet super coccineam et nimis monstruosam bestiam, misce in poculo aureo ac propinans populis et regnis[f]) abhomin ciones fornicacionum suarum[2]). Et ipsa est mater omnium fo nicacionum et abhominacionum terre[3]), de qua[g]) infra per lo gum est sermo adaptatus[4]). Ipsi idem eciam sunt iste mulier de quibus sermo divinus subsequitur, dicens[5]):

Capitulum trigesimum sextum [bis][h]).

[De mollicie et effoeminatione sacerdotum suaviter acquiesce tium bonis temporalibus, neglecta cruce Christi][i]).

(versus 14, cont.) „Et ecce, ibi mulieres sedeba plangentes Adonidem."

Hic tria sunt notata[k]) ad expressionem maiorem horren abhominacionis, que statuta est in populo nunc christiano.

[1] Et primum hoc, quod dicitur: „Et ecce[l]), mulieres Modus quidem iste loquendi in proposito venit ex furore d et in condempnacionem. Nam simile est, acsi diceretur inpr perative et in malediccione[m]): Ego istos elegi et posui, ut e sent viri et agerent viriliter in meo populo et ut virtute s valerent irrumpere iniquitates[6]), et ecce, ipsi facti[n]) sunt m lieres et effeminati dominantes[7]). Mulieres itaque in hoc lo sonat non sexum, sed abhominabilem perversitatem animoru et effeminacionem turpissimam prelatorum in eccl sia, que est iniquitas pessima et nocentissima in dei popul

---

[a]) caput in Antichristo *ed.* [b]) docens mendacium *add. ed.* [c]) s cundum — ipsi sunt *om. ed.* [d]) ipsi sunt continentes *add. ed.* [e]) et de f) regibus terrae *ed.* [g]) de qua infra patebit: imo ipsi sunt &c. *ed.* [h]) Capi.[m] XXXVI. *(sic) A rubr.* [i]) *ita inscr. in ed.* [k]) notanda, qu dicuntur *ed.* [l]) ibi *add. ed.* [m]) maledictionem *ed.* [n]) *om. ed.*

[1]) *Cf. Apoc. XII. 4.* [2]) *Cf. Apoc. XVII. 3—4.* [3]) *Cf. Apoc. XVII.* [4]) *v. infra c. 80 sq.* [5]) *Ezech. VIII. 14.* [6]) *Cf. Eccli. VII. 6* (r valeas virtute irrumpere iniquitates). [7]) *Cf. Isaiae III. 4* (effeminati d minabuntur).

cilicet prelati vel illi, qui sunt in loco[a] dei positi, dum sunt nolles effecti[b]) et tepidi ut mulieres[c]).

[2] Secundum abhominabile in „senioribus", id est sacerlotibus et clericis, quod non tantum sunt mulieres maledicte ffecti per dissolucionem et molliciem animorum, sed quod ad ioc[d]) se ipsos posuerunt, ut delicatam vitam deduant et succumbant universis passionibus molliciei, quasi in oco suarum fornicacionum quiescentes, credentes, quod ita deeat esse et non alliud, et quod ideo sunt[e]) ipsis beneficia et ›fficia in dei ecclesia tradita et inpinguata, quod ipsi sic ducant itam suavem et pacatam[f]). Ad magnum igitur vituperium taium pusillanimorum sacerdotum et mollium[g]) dicitur hic: „Et cce, mulieres", tunc ad propositum inquit, „sedebant". id est n[h]) hoc quiescentes et firmati, ut agant effeminate et tepide, lummodo ipsi pace mundi fruantur et sufficiencia[i]) rerum. Et sti sunt, qui tali modo faciunt de cathedra Moysi illuninativa et sanativa populorum multorum, secundum scrituram, que dicit[1]): „Multitudo sapientum", subaudis[k]) in cahedris et in regimine populorum locatorum in ecclesia, „sanias est orbis terrarum", de tali, inquam, cathedra sanativa illi lelicati et molles prelati faciunt cathedram pestiferam[l]) t offensivam multorum[m]) parvulorum, de qua simili-

---

4) Nota *A alia manu.*

a) regimine *ed.* b) effoeminati *ed.* c) Zachariae 5: „Et ecce mulier edens in medio amphorae.". Quia impietas talium est in mente ipsorum, cet ad extra multa faciant sub specie pietatis et sanctitatis, intus tamen a haritate Christi vacui sunt, et vera doctrina salubrique informatione. Pro erbio(rum) 11: „Mulier pulchra, sed fatua." Quia talium haereticorum sermo, rnatus et pulcher ad extra, sed intus in fide decipit et errorem inducit, et leo dicitur „garrula", Proverbio(rum) 7 *add. ed.* d) adhuc *ed.* e) et uod sint *ed.* f) non advertentes dictum Petri, qui dicit: „Christo in carne asso, et vos eadem cogitatione armemini" *add. ed.* g) delicatorum *ed.*) in *sup. lin. A.;* in hoc quiescebant delicati *ed.* i) abundantia *ed.*) subaudi *ed. (ita semper scribitur);* in *sequens in A sup. lin.* l) et ipsi unt ille mons pestifer, de quo Hieremiae 51: „Ecce, ego ad te, mons pestier, ait dominus, qui corrumpis universam terram. Extendam manum meam uper te, et evellam te de petris, id est gloria, de fortaliciis tuis, in quibus onfidis." De quo Ecclesiastici 11, quod debemus iam omnes cavere. Attende ibi a pestifero, fabricat enim mala. Et Salvator facit cavere a doctrina vel a ermento eorum, quia est pestifera et offensiva cc. *add. ed.* m) et speciaiter *add. ed.*

1) *Sap. VI. 26.*

ter[a]) dicitur[1]): „Beatus vir, qui non abiit in consilio[b]) inpiorur et in via peccatorum non stetit.“ Tunc ad propositum: „Et i cathedra pestilencie non sedit.“

Ad designacionem eciam istorum carnalium clericorum dictum est de supradicta muliere fornicaria, quod, puta, ips visa est sedere super bestiam coccineam[2]). Et de hoc infra et de sensione ista multa adhuc apponentur[3]). Istam eciar maledictam quietem „seniorum domus Israel“[4]), id est sacer dotum huius modi in delicata vita eorum et splendida, alia scri ptura notificat, scilicet Apocalypsis II[5]): „Permittis“, inquit, mu lierem Gezabel[e]), que se dicit prophetare[f]) et docere gente et seducere servos meos, fornicari et manducare de ydolititi Et dedi illi tempus, ut penitenciam ageret, et non vult[g]) pen tere a fornicacione sua.“ Tunc ad propositum[6]): „Et ecce, eg mittam eam in lectum et, qui mechantur cum ea, in tribulacion maxima[h]) erunt, nisi penitenciam egerint [f. 243[a]] ab operibu suis.“ Ecce, quo modo delicata quies sacerdotum[i]) in ipsorur diviciis et honore vel in eorum prebendis et officiis pinguibu est condempnacio ipsorum et[k]) pena pro inpenitencia[l]) et pec catis, dum in pace mundi vivunt molliter et suaviter[m]) qua mulieres fornicarie, alias ob id positi assumptique ad loca, u laborarent et pugnarent, veluti viros decet in acie[n]) castrorur collocatos[o])[7]).

[3] Tercium est in eisdem sacerdotibus et clericis sic ab hominabiliter deviratis et qui se ipsos ad id posuerunt, ut du cant vitam hanc suaviter sine sudoribus et labore, quod pu propter hoc facti subiecti potentibus et magnatis d vitibusque in hoc mundo, eisque non nisi blandiri studen adulari et servire[p]) eo, quod possunt ipsis pacem huius vi delicatam, quam ipsi cupiunt et secuntur, conferre et auferr

---

16) Nota bene totum *A ad calc. fol. sup.*

a) ipse David loquitur Psal. 1 *ed.* b) etc. et tunc ɔc. *ed.* c) sacerdotum *add. ed.* d) dicetur *add. ed., cet. om.* e) mulieri Jezabel *e* f) prophetem docere et seducere *biblia et ed.* g) voluit *ed.* h) m gna *ed.* i) et consentaneorum *add. ed.* k) et eorum consentaneis, q cum eis in pace ɔc. *ed.* l) in — *sup. lin. A.* m) cum divite epulone *add. ed.* n) aciem *ed.* o) dirigere *ed.* p) missando et aliis servitiis, s non deo eoque possunt ɔc. *ed.*

1) *Psalm. I. 1.* 2) *Cf. Apoc. XVII. 3.* 3) *v. infra c. 54.* 4) *C Ezech. VIII. 11.* 5) *Apoc. II. 20—21.* 6) *Apoc. II. 22.* 7) *phrasis ulti biblica V. T. esse probatur.*

confirmare[a]) et turbare, divicias et honores conferre et auferre id[b]) beneficia et pingues prebendas expectant a talibus[c]) magnatis promoveri vel timent removeri. Sacerdotes etenim huius modi carnales et clerici, quia sunt ob abhominacionem sepedictam a spiritu Jhesu desolati, propterea totum suum respectum ad d e o s h u i u s s e c u l i[1]) converterunt et firmaverunt, id est ad divites et dominatores in hoc mundo. Idcirco, ut dictum est, dulciter eisdem subiciuntur, et in eis[d]) et in splendore et gloria ipsorum atque in sapiencia delectantur. Et de hac sentencia multa infra per totum invenies assumpta et declarata[2]). Ex quibus est illud unum, scilicet, quod mulier fornicacionum[e]) dicta est sedere super bestiam coccineam[3]), id est huius modi multitudo sacerdotum carnalium et mollium q u i e s c i t s u p e r b r a c c h i u m e t p o t e s t a t e m e t d i v i c i a s s e c u l a r i u m p r i n c i p u m e t m a g n a t o r u m, et bestia coccinea portat mulierem, id est huius modi divites et rectores mundi[f]) supportant in diviciis, deliciis et honore huius modi[g]) multitudinem clericorum sepedictam, de quo infra[4]).

Hic autem hec sentencia intelligitur in eo, quod dicitur[5]): „Et ecce, mulieres sedebant.“ Et sequitur ad propositum: „plangentes Adonidem“, id est tali ritu et modo servientes illi ydolo, quod fabricatum fuit a mulieribus meretricibus vel pro talibus amatricibus luxuriosis in errore gentilium[h]), que tali servicio et circa tale ydolum amorem et profectum suorum amatorum adolescentulorum et virorum iuvenum et potencium ad coitum credebant promereri et adipisci. Et propterea hec figura exprimit proprie (1) illos clericos et sacerdotes, qui, ambientes divicias et honores beneficiaque et prebendas in ecclesia, diligenter se subiciunt et colunt potentes et magnates, quia habent magna virilia mistice et potestatem coeundi cum multis spiritualiter inpregnandique per huius modi collacionem[i]) et promocionem officiorum, beneficiorum et prebendarum prostitutas, et (2) ambiciosas mulieres, id est clericos[k]) muliebres et deviratos, id

---

[a]) confirmare — auferre *om. ed.* [b]) honores vel beneficia expectant *ed.* [c]) ideo etc. *seq. in ed., cet. om.* [d]) et in eis *om. ed.* [e]) fornicaria *ed.* [f]) *om. ed.* [g]) mundi *ed.* [h]) gentili *ed.* [i]) *om. ed.* [k]) et sacerdotes *add. ed.*

[1]) *Cf. II. Cor. IV. 4* (deus huius saeculi). [2]) *v. infra c. 44, 50, etc.* [3]) *Cf. Apoc. XVII. 3.* [4]) *v. infra c. 54.* [5]) *Ezech. VIII. 14, l. c.*

est desolatos a spiritu Jhesu et denudatos a virtute Christi veritate. Isti sentencie simile habes supra longe lateque discu sum et de ydolo Pryapi [1], quod nunc mistice per huius mo mulieres in loco sancto colitur et adoratur [2].

Est adhuc et aliud et [a]) abhominabile in ista scriptura pr gnante designatum, ubi dicitur: „Et ecce, ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem.“ „Et ecce“, hic ponitur nota admiracion vel mirabilitatis [c]), scilicet super eo, quod sacerdotes et cler in dei ecclesia, tam intelligens et doctus populus et electus milibus et dives iam in omni verbo et doctrina [3]) est ita infat atus communiter et effectus pussilanimis et mollis quasi mulier destitute et maledicte, et maxime in eo ipso infatuatus, quo cum deberet ingredi per corporalia ad spiritualia, per bo temporalia ad beatifica et eterna, utrorum [d]) bonorumque ia habens copiam et dispensacionem per Christum Jhesum si donatam et sanctificatam habundanter, et ecce, facti mulier meretrices, sedebant ibi in porta aquilonari [4]), id est in bo temporalibus, et maxime et principaliter se posuerunt, tamqua in fine suo ultimato quietati, neglecto et contempto Chris Jhesu et eius diviciis beatificis et eternis, id est graciis, donis virtutibus gratuitis et divinis.

„Plangentes Adonidem“, iuvenem [e]) et pulchrum, id e dolentes in eo et de eo [f]). Si ipsos tales dominus Jhesus pie corrigat et affligat, scilicet in diminucione et abstra cione ab eis bonorum temporalium et vanitatum que ipsi siccine diligunt et in quibus posuerunt se quiescere delectari, tunc, inquam, dolent et sunt inpacientes et deteri runtur a correccione destruunturque ab emendacione Jhe Christi. Hii sunt, qui [i]) super perdicione bonorum [k]) multu lugent, sed super destruccione virtutum [l]) in populis non i gemiscunt. Tristantur etenim, si splendor mundi et felicit huius vite deperit, sed super multitudine malorum [m]), que fiu in Jerusalem [n]), et super [o]) habundancia iniquitatis in populo d

---

[a]) *om. ed.* [b]) sedebant plangendo *ed.* [c]) vel m. *om. ed.* [d]) ver rum honorumque iam ɔc. *ed.;* bonorumque *A corr.* [e]) idolum pulchrum [f]) de eo *om. ed.* [g]) illic *(sic)* ed. [h]) et honorum *add. ed.* [i]) *m. A.* [k]) *in m. A.* [l]) veritatum et v. *ed.* [m]) iniquitatum *ed.* [n]) Hi rusalem *ed.* [o]) super — iniquitatis *om. ed.*

[1]) *Cf. II. Par. XV. 16.* [2]) *v. supra c. 12, 17 et 18.* [3]) *Cf. De IV. 6, Cant. V. 10 (electus ex milibus), etc.* [4]) *Cf. Ezech. VIII. 5.*

're nesciunt neque curant. Pro dampnis rerum et successibus ıis adversis pleni fiunt[a]) amaritudine, sed pro dampnis anime ıe et proximorum suorum et pro peccatis nolunt plangere et ı parvipendunt. Unde ex istis sunt[b]), quibus [si] amicus[c]) ne-ɛssarius vel aliquis magnificus seculi[d]), a quo[e]) expectabant itari et prebendas, scilicet rex vel papa[f]) moritur, tunc super ɔ [f. 243[b]] inconsolabiliter lamentantur. Sed Jhesu crucifixi[g]) ınt obliti nec super perdicione eius gracie et caritatis in se ›sis et abscessione eius[h]) vel aversione digne dolent vel in-ɛmiscunt iste maledicte mulieres, que dereliquerunt ducem ubertatis sue et pacti dei sui oblite[i]) sunt[1]), sed ibi „sedent, langentes Adonidem“[k]).

Capitulum trigesimum septimum [l]).

Sacerdotes papae, in quibus assimilantur mulieribus plangen-bus Adonidem, et quomodo praedicantes eis veritatem refellunt. Prophetia eiusdem de reformatione ecclesiae][m]).

[4] Tantigur[n]) in hiis verbis et alia abhominacio in christianis, uta detestabilis oblivio et ingratitudo domino no-tro Jhesu Christo in familiis universis et plebibus hristianis, que[o]) per „mulieres, que sedent“, quam[p]) proprie ınt intellecte, super faciem terre inmersi ad terrena de [numero] ɔrum, qui de mundo sunt et de mundo loquuntur, quibus fac-ıs est Jhesus dominus crucifixus[q]) mortuus a corde[r]). Ideo ɛlectabiliter[s]) omnes gloriosos suos et inclitos amatores mundi : secutores suarum cupiditatum et, quamvis in nomine suo ɛniant, colunt, congaudentes ipsis et conplangentes, atque rompte suscipiunt, et grate talibus se subiciunt, quamvis sint

17) Nota bene totum *A*.

[a]) sunt *ed.* [b]) Unde isti sunt *ed.* [c]) amicus n. vel *om. ed.* [d]) ut ɔminus vel rex *add. ed.* [e]) a quo ipsi ditati sunt, moritur, tunc ab eis-ɛm magnificatur et canonisatur et laudatur, imo tristantur et lamentantur, centes, quod fuerit amicus ecclesiae sanctae *add. ed.* [f]) si *seq. in A su-rflue.* [g]) qui plantavit ecclesiam, mundavit sanguine, dotavit spiritualibus ɔnis *add. ed.* [h]) spiritus Jesu ab eis nec dolent nec ɔc. *ed.* [i]) obliti *ed.* [k]) ut supra dictum est *add. ed.* [l]) XXXVII.[m] Ca.[m] *A rubr.* [m]) *ita in-ribitur in ed.* [n]) adhuc *add. ed.* [o]) qui *ed.* [p]) quoniam *ed.* *om. ed.* [r]) crucifixus et sepultus *add. ed.* [s]) amant *add. ed.*

[1]) *Cf. Prov. II. 17—18.*

inimici crucis Jhesu Christi, quorum deus venter est et glo
in confusionem, qui[a]) terrema sapiunt[1]), sive isti veniant a
christianos istos et familias, ut ipsis dominentur, ut sunt
minantes in clero[2]) superbi, sive ut ipsos doceant, ut sint[c])
pocrite, doctores splendidos et magnificos se ostentantes[d]), s
ut de ipsis suos questus faciant, mercando ab ipsis et de i
divicias et honores, ut sint lupi rapaces induti vestitis[e]) oviu
et speciebus religionis et sanctitatis omnis[f]).

Tale iste mulieres maledicte suscipiunt et omnibus
prostituunt, dum modo in ipsis videant et inveniant sua
conplacencias et iuxta sua desideria in eis et cum eis delectent
verbi gracia in talium splendida gloria, potencia et diviciis,
pulcritudine persone, strennuitate eius[h]) et eloquencia ac
piencia carnis[4]) ipsorum, vel in splendore sermonis[i]) ipsor
et fastuoso apparatu, vel in iactancia sanctitatis et magne relig
nis, aut in generositate et splendido habitu[k]), vel multa sapien
et doctrina[l]) et cum magnis titulis insignitis, et cetera plurim
huius modi, que apparent magna et gloriosa coram homin
carnalium oculis in conspectu huius mundi, quibus se ips
valde vestit et comit adulter[n]) Antychristus. Ad istos ita
tales questores cupidos et splendidos, se ipsos ostentantes,
ipsos efferentes, letabunde convertunt[o]) se plebes et fam
christianorum et totum suum respectum ad ipsos confirm
coluntque quasi deos et venerantur[p]).

Sed si quis in nomine domini Jhesu veniat ad eos[q])
humilitate[r]) et mititate, omnem faciem superbie et instan
detestando, et[s]) in simplicitate sermonis et in caritate verita
contemptor omnium morum carnalium et contrarius operi
huius mundi, refutans mandare vel[t]) ostentare seu loqui p

[a]) quia *A; qui ed.* [b]) ad tales christianos effoeminatos *ed.* [c]) sunt
[d]) doctores splendidi et magnifice graduati *ed.* [e]) vestimentis *ed.*
[f]) Omnes tales *ed.* [g]) libidinosas *add. ed.* [h]) habitu et strenuitate *ed.*, et
[i]) rhetorici *add. ed.* [k]) et splendido habitu *om. ed.* [l]) philosop
add. ed. [m]) plura *ed.* [n]) et *seq. in ed.* [o]) seipsos tales effoemi
christiani, totum ɔc. *ed.* [p]) Patet de talibus Ezechielis 16 et Hieremia
de meretricio cultu eorum *add. ed.* [q]) ad tales effoeminatos in doct
sua et praeceptis Christi et apostolorum eius *add. ed.* [r]) non ficta
charitate *add. ed.* [s]) non in subliminitate, sed ɔc. *ed.* [t]) vel ostentare *om.*

[1]) *Cf. Philipp. III. 19.* [2]) *Cf. I. Petri V. 3* (dominantes in cleris).
[3]) *Cf. Matth. VII. 15.* [4]) *Cf. II. Cor. I. 12* (in sapientia carnali).

:ncia hominibus[a]), sed summe inquirens, ut omnes placeant ›mino Jhesu, sive[b]) sit eorum dominus vel episcopus aut ple- inus, sive ipsorum predicator et director, hunc talem huius odi maledicte mulieres illico parvipendunt, irrident et con- mpnunt, persecuntur et expellunt de sui medio[c]), et inci- unt „plangere Adonidem“, id est suos splendidos et inclitos[d]) ntychristos, dicentes: ‚Scimus, quia Moysi locutus est deus, ınc nescimus, unde sit. Quem te ipsum facis‘? ‚Ille, inquiunt, :at doctor, ille homo personatus et eloquens, ille erat[e]) gene- ›sus[f]) et sciebat cum hominibus conversari, ille usus est multa pulchra comitiva et fuit magnificus et splendidus[g]) in panibus magna pollens in vestium honestate, ex quo habuimus ubi- ıe gloriam et honorem. Iste autem, qui contempnit omnia lia et pudorem nobis ingerit, ad quid valet[h]) nisi ad esse mo- ıchum vel heremitam? Unde nolumus hunc regnare super nos, ›que[i]), ut nos doceat aut inter nos teneat locum principalem‘ [1]).

Indeque fit, quod is, qui venit ad tales familias seu plebes ›lum[k]) in nomine Jhesu crucifixi[l]), ostentans[m]) in omnibus hristum Jhesum et hunc crucifixum, et fideliter et precise glo- am querens et fructum Jhesu Christi, non suscipitur vel in- gne suscipitur a christianis[n]). Sed qui modo ex se et[o]) in ›mine suo venit[p]) in apparatu splendido et gloria humana ıerensque manifeste, que sua sunt[2]), illi[q]) occurritur cum pre- ›niis, illi obeditur cum promptitudine et ab universis dignus .oria et honore acclamatur. Propter hoc dixit Christus Jhesus[3]): Ego veni in nomine patris mei, et non suscepistis me. Alius[r]) i] in nomine suo veniet, illum vos suscipietis.“ Unde[s]) plu-

---

[a]) carnalibus *add. ed.* [b]) sive — director, hunc *om. ed.* [c]) pellunt : civitate in civitatem *ed.* [d]) splendidos idololatras et *ed.* [e]) *om. ed.* [f]) ille habuit multam comitivam ›c. *seq. in ed.* [g]) in gloria et honore *q. in ed.* [h]) valet nobis? Nolumus *ed.* [i]) neque — principalem *om. ed.* [k]) ad tales effoeminatos *ed.* [l]) *om. ed.* [m]) ostentans — Christi *om. ed.* [n]) ab eis *ed.* [o]) modo ex se et *om. ed.* [p]) gloriam propriam quae- ns et quae sua sunt *seq. in ed.* [q]) ille a talibus suscipitur cum gloria et ›nore. Ideo Salvator dicit *seq. in ed.* [r]) alius venit, etc. *ed.* [s]) Unde *que ad voces* non digne acceptare *om. ed.*

[1]) *hisce verbis auctor alludit probabiliter archiepiscopo Pragensi Johanni de nstein, qui ab a. 1380 ita totaliter mente mutatus est, ut duas personas supra stinctas repraesentaret. Capitulum Pragense ab archiepiscopo suo recessit a. 1393, ensibus Martio seu Aprili. Cf. Palacký, Dějiny národu českého, lib. X, art. 1.*
[2]) *Cf. Philipp. II. 21.* [3]) *Joan. V. 43* (accipitis).

rimos humiles servos Christi et prudentes, qui sunt prompti huius modi familias et plebes, licet cum displicencia sua, opor eos uti habitu et cuncto apparatu splendido et admodum por patico ac seculari solum propter tales carnales et infirmos su iectos, qui nesciunt aliter nisi secundum apparenciam iudicai secularem puta et carnalem, et qui alias propter extrinsecu habitum simplicem et humilem parati sunt eciam virtutem ve tatemque Christi contempnere et non digne acceptare.

Ex istis collige, quam proprie sit dictum[a]) in verbo d quod mulieres sedentes „plangunt Adonidem", et quomodo m lieres[b]) molles et fornicarie inquirunt et amplexantur adulter et mechos, cum quibus secundum cupita sua[c]) delectari fes nant, magis quam suum sponsum fidelem et unicum, dominu Salvatorem, qui non wult modo[d]) nisi fructuose delectari et s lam inquirit honestam caritatem laboriosumque et in tribul cionibus honorabile connubium ac thorum immaculatum.

Ex hiis ulterius videre [f. 244[a]] poteris, quam incongrue difficulter caput[e]) Jhesu Christi corpori et membris An christi[f]) valet coaptari seu ap[p]licari, et e contrario corpus membra Christi non nisi caput sui Christi habere cupiunt et veh menter abhorrent caput Antychristi vel Antychristum. Item, qua iuste et sancte corpus et membra Christi festinant ad suu caput, ubicumque fuerit, congregari[g]), et e contrario membra Antychristi, id est christiani[i]) amatores huius vite et[k]) cup eorum, que sunt in mundo, festinant gracius subici suo cap similiter amatori deliciarum, diviciarum et glorie vite presen magis quam omnium talium contemptori. Et tunc recordabe quando illud inplebitur et quomodo, quod dixit Christus Jhes dicens[l])[1]): „Ubicunque fuerit corpus, [illic] congregabuntur [aquile"; et in propheta[2]): „Quilibet, inquit, ad suum populu adiungetur", et[m]) quam iuste deus propter peccata populi p mittit regnare yppocritam, quale exhibet se ipsum corpus, t sibi caput adaptando[n]), ut sic durus et crudelis populus[o]) gen

29) N(ota) *A alia manu.*

a) dictum verbum prophetae *ed.* b) tales mulieres *ed.* c) cupi tatem suam *ed.* d) *om. ed.* e) caput, id est Christus Jhesus *ed.* f) Antichristi *add. ed.* g) fuerint congregati *ed.* h) corpus et membra i) *om. ed.* k) id est *ed.* l) Christus Jesus *ed.* m) Et — yppo tam *om. ed.* n) adaptat *ed.* o) populo (!) *ed.*

1) *Matth. XXIV. 28.* 2) *Isaiae XIII. 14:* „Unusquisque ad popul suum convertetur."

o crudeli et inpio tyran[n]o, et amantes mundum et avari chri-tiani et[a]) habeant similiter amicos mundi et avaros prelatos et erdotes. Neque ex avaro populo et carnali facile valet alius, i avarus sacerdos vel clericus[b]) assumi aut[c]) inveniri[d]). Quem-modum si esset contemptor mundi christianus populus et plectens propter Christum Jhesum seculi paupertatem, simi-liter prelatum suum, [non] nisi[e]) humilem et pauperem con-nptorem vane[f]) glorie, quereret, amaret et digne revereretur.

Ex[g]) istis ulterius adverte incidentaliter, quod dei eccle-a nequit ad pristinam suam dignitatem reduci vel formari, nisi prius omnia fiant nova[h]), puta sicud erici et sacerdotes, ita populus et plebes[i]), vel nisi us omnes hii[k]), qui modo student avaricie, a minimo usque maximum convertantur et renoventur, tam populus, quam rici et sacerdotes.

Ego tamen pro nunc[l]) credo magis primum isto-m, id est quod iam iamque[m]) surget novus populus cundum novum[n]) hominem formatus, qui secundum um creatus est, ex quo[o]) novi clerici et novi sacer-tes provenient et assumentur, qui omnes odient avari-m et gloriam huius vite, ad conversacionem celestem festinando.

Hec tamen puto agi successive et in temporibus a o pro eo[p]) dispensatis. Hoc autem facit atque faciet deus opter suam misericordiam et bonitatem diviciasque longani-tatis sue et paciencie, dans locum penitencie peccatoribus in-teratis fugiendique a facie furoris domini [1]), donec similiter cienter[q]) et successive populus carnalis et sacerdotes et clerici fluent et quasi a tinea consumentur [2]).

Verum tamen dominus piissimus Jhesus[r]) hoc opus, ita innovacionis ecclesie sue, iam in nostris tem-

16) Nota *A alia manu.*

[a]) ut *ed.* [b]) vel clericus *om. ed.* [c]) vel *om.* [d]) Patet de Micha. lic. 19 E contrario, si esset christianus populus contemptor mundi ɔc. *ed. add.* [e]) non nisi *ed.* [f]) avaritiae et vanae gloriae *ed.* [g]) *verba sequentia in typis maioribus expressa sunt et in marg. haec nota adiungitur:* „Prophetia n. Hus de nostris temporibus." [h]) Patet de templo Salomonis *add. ed.* [i]) plebs *ed.* [k]) ii *ed.* [l]) *paululum corr. in A.* [m]) p (?) *seq. in A, del.* [n]) *sup. lin. add. A.* [o]) iam tunc *ed.* [p]) et pro eo *ed.* patientur *(sic) ed.* [r]) Christus *add. ed.*

[1]) *Cf. Isaiae LI. 13* (a facie furoris eius). [2]) *Cf. Job IV. 19* (con-nentur a tinea); *item vox* „defluere" *in biblia legitur.*

poribus, id est a quinquaginta vel LXX annis ce valde accelerare, exercens sua iudicia manifesta in c stianis per orbem universum. Et inde ceperunt nimie et v crebre pestillencie bellaque et strages per totam ecclesiam horrende societates, per que infinita milia christianorum s occisa. Inde eciam[a]) fames multe et alie plage. Inde scism et singulariter illud magnum[b]), in quo facta est discess in ecclesia a moribus[c]) et a fidelitate atque obediencia s Romane[d]), quatenus ita populus, simul et clerus[e]) avarus et in teratus in malis, cupidus et superbus cicius tolleretur de med daretque locum [sanctis] dei per spiritum Jhesu innovatis quatenus illi dies pessimi siccine cicius sint breviati[3]), tem raque periculosa tribulacio[que][f]) sanctorum contagiosissima rent[g]) finem, sicut scriptum est[3]): „Nisi breviati essent dies non fieret salva omnis caro. Breviabuntur autem dies illi p pter electos.“

Capitulum tricesimum octavum[h]).

[De atrio domus domini interiore, quid significet, et de sterio 25 seniorum et abominatione eorundem][i]).

(versus 15) „Et dixit ad me: Certe vidisti, filii minis. Adhuc conversus, videbis abhominacio maiores [his]. *(versus 16)* Et introduxit me in atri domus domini interius“[4]).

Corroboracio est per hec verba sentencie prioris, si et continuacio ad posteriora.

[a] Et ideo dicitur: „Adhuc conversus“[k]), et cetera. hoc eciam excitatur predicator[l]) ad animadvertendum dilige et cum labore mala, que fiunt a primis personis in ecclesi magis intimis domino Jhesu Christo ac familiaribus, que multo maior iniquitas et abhominacio in templo iuxta scri

---

a) et *ed.* b) videlicet abominatio desolationis locata in loco sa per Danielem praedicta. Ex quo facta est dissensio et discessio 9c. *ed.* c) ab amore *ed.* d) Christi Jhesu et sedis apostolicae beatorum apo lorum (!!) *ed.* e) ita clerus simul et populus *ed.* f) tribulacio *A* g) daret *ed.* h) 3VIII Cap.m *A rubr. in marg.* i) *inscrib. in ed.* k) vi *add. ed.* l) peccator *ed.*

1) *Cf. II. Thess. II. 3.* 2) *Cf. I. Cor. V. 2.* 3) *Cf. Matth. XXIV* 4) *Ezech. VIII. 15—16.*

n, que dicit[1]): „Si inimicus maledixisset[a]) michi", et cetera; quitur[2]): „Tu vero homo unanimis, dux meus et notus meus, i simul mecum dulces capiebas cibos; in domo dei ambulanus cum consensu." Et idcirco addit, dicens[b]): „Videbis hominaciones maiores hiis."

[b] Sequitur: „Et introduxit me"[c]) — expone sicut prius[3]) „in atrium interius", et cetera. Atrium interius domus mini est locus sublimior sacerdotum, utpote cathedre episcorum, et gradus sanctitatis et perfeccionis maioris, ut est locus ctorum et prophetarum. Dominus namque Jhesus est in me- sue ecclesie, et omnes, qui sunt proximiores Christo in orne ecclesie, sunt interiores, et alii, qui sunt quoad ordinaciom eandem remociores, dicti sunt hic exteriores. Apostolus tem in ordinacione sancte ecclesie ponit primum postolos", id est episcopos, secundo „prophetas et doctores", cetera. Unde dicit[4]): „Et quosdam quidem posuit deus in clesia, primum apostolos, secundo prophetas, tercio doctores, inde virtutes, exinde gracias curacionum, opitulaciones, guberciones, genera linguarum, interpretaciones sermonum." Ecce, ostoli et prophete ac doctores [f. 244[b]] ponuntur primi et inni in dei ecclesia, qui sunt cor corporis Christi, id est ecesie.

[c] Sequitur[5]): „Ecce, in ostio[d]) templi domini inter estibulum et altare". Iste est locus proprie sacerdotum, ctorum seu iudicum[e]) ecclesie, qui habent curam gerere inmeate populorum, purgare eos et illuminare, purgare, inquam, ccata ipsorum deplorando et pro eisdem ostias et sacrificia ferendo. Unde in[f]) alio propheta scriptum est[6]): „Inter vestilum et altare plorabunt[g]) sacerdotes [ministri] domini, dicens: Parce, domine, parce populo tuo et ne des hereditatem am in contaminacionem". Illuminare vero habent easdem ebes per verbum dei et doctrinam. Unde propheta[7]): „Labia cerdotis custodiunt scienciam et legem ex ore eius requint, quia angelus domini exercituum est."

---

a) maledixerit *ed.* b) dominus *ed.* c) etc. *add. ed.* d) h - *sup.* *add. A alia manu* (= hostio). e) *ras. A.* f) et in *ed.* g) plorant *ed.*

1) *Psalm. LIV. 13:* „Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sunuissem utique." 2) *Psalm. LIV. 14—15.* 3) *v. supra c. 36.* 4) *I. Cor. II. 28.* 5) *Ezech. VIII. 16.* 6) *Joel II. 17.* 7) *Malach. II. 7.*

[d] Sequitur[1]). „[Quasi] XXV viri." Nota, quod isto num merito sunt designati omnes pseudoapostoli et pseudoproph et doctores, quia XXV est numerus inpar et transcendens, quia in XXIIII sunt omnes littere elementares conprehense similiter in totidem libris scripture canonice. Ad eundem eci numerum, puta XXIIII, sunt seniores in Apocalypsi conpu et ipsi idem sunt sancti apostoli et prophete. Quapropter me transgressores istorum atque abhominabiles viciatores, scili pseudoapostoli et pseudochristi, in numero XXV sunt concl quoniam XXV primum et inmediate recedit a XXIIII et tra grediens illum numerum conmutat in aliam speciem nume rum et contrariam, conmutat enim parem in inparem[a]).

[e] Sequitur[2]): „Viri dorsa habentes contra templ domini." Hic „viri" ponuntur in malo, id est quod poten sunt facti ad faciendum malum; „habentes[b]) dorsa", et cete designatur per hoc negligencia et contemptus, quem isti pseu habent „contra templum domini", id est sanctam plebem sa torum simplicium, pauperumque sue fidei commissor „Et facies ad orientem", et cetera: hoc[c]) ponitur sig ficans[d]), quod huius[modi] yppocrite, episcopi et doctores, positi sunt ad gloriam et splendorem huius mundi inquirend et pensandum. „Et adorabant ad ortum solis", id subiecti sunt[e]) paci et solicitudini huius vite vel subduntur c bus fortune et secundum ipsos immutantur, puta quod t laudant[f]) deum, dum ipsis prospere succedit in hac vita, tunc tenent legem et verbum dei, dum inde sorciuntur glori et honorem et quamdiu pro veritate eos contingit nichil p Sed quando[g]) cito adversitas ipsos invenit, tunc mox infirman et destituuntur. Et cum eos ob verbum Christi pati contige illico tunc retrocedunt et proiciunt verbum in temp temptacionis convertunturque in arcum pravum[3]). Et nota quod „ortus solis" idem significat, quemadmodum alias dies minis, de quo Jeremias[4]): „Et diem hominis non desideravi,

---

1) Viri *A alia manu.*

a) imparem *ed.* b) Et h. *ed.* c) Hic *ed.* d) significanter *ed.* e) Antichristo et honori eius, vel subiecti sunt paci huius mundi et sollici dini huius vitae 2c. *seq. in ed.;* solicitati *(sic) seq. in A.* f) laudabant laudant *ed.* g) quoniam *ed.*

1) *Ezech. VIII. 16.* 2) *Ezech. VIII. 16.* 3) *Cf. Psalm. LXXVII.* 4) *Jerem. XVII. 16.*

:is", et est idem, quod pax et felicitas in hoc mundo et prepue gloria secularis et honores. Nam in Job pro eo sic diciır[1]): „Si letatus sum super diviciis meis multis et[a]) quia pluma reperit manus mea. Si vidi solem, cum fulgeret, et lunam ıcedentem clare: et letatum est[b]) in abscondito cor meum et sculatus sum manum meam ore meo. Que est iniquitas maima et negacio contra deum altissimum."

Advertendum ergo est hic, quod omnia, que hic exprimuntur[c]), et singula omnia ponuntur ad ostensionem maxime et orrende abhominacionis in desolacionem, quam episcopi[d]) et octores yppocrite faciunt et diffundunt longe lateque in poulum christianum.

[f] Ideo sequitur[2]): *(versus 17)* „Numquid leve est hoc omui Juda, ut facerent abhominaciones istas, quas ecerunt hic[e]), quia replentes terram iniquitate, conersi sunt ad irritandum me." Hoc autem horrendum ıalum accumulant sue dampnacioni omnes[f]) tales, puta cum ıiis omnibus factis suis perversis et iniquis adhuc conplacent ibi[g]) ipsis et vel dissimulant sua mala vel estimant ea aput eum non displicere vel non tantum aggravare.

[g] Ideo sequitur[3]): „Et ecce, applicant ramum ad nares uas", id est quiescunt in eo et gratulantur in statu suo et ondicione sic deteriorata, quasi essent in delectabilissimo viriario vel in paradiso dei. Per quod nimis deum irritant ad vinlictam, sicud scriptum est[4]): „Propter quid inpius irritavit leum? Dixit enim in corde suo: Non considerat." Et tantum alet dictum: „Et ecce, applicant ramum ad nares", et cetera, uantum illud, quod superius positum est, videlicet[5]): „Non videt lominus nos, dominus dereliquit terram". Quod [vel] [est] idem, uod securitatem sibi ipsis proponere vel non advertere timoem dei et ipsius vindictam subitam; vel est idem, quod blandiri[h]) sibi ipsis[i]) in peccatis suis vel in statu suo tali, quamvis ontrario domino deo suo[k]), sicud alias scriptum est[6]): „Homo,

---

[a]) *om. ed.* [b]) laetum esse *ed.* [c]) hoc exprimunt *A.* [d]) sacerlotes *ed.* (!) [e]) hi *ed., sequitur* „qui" *in biblia.* [f]) omnis domus Juda, id est confitens vel noscens legem, puta quod ɔc. *ed.* [g]) *ras. seq. in A.* [h]) *om. ed.* [i]) in errore vel *add. ed.* [k]) placere *add. ed.*

[1]) *Job XXXI. 25—28.* [2]) *Ezech. VIII. 17:* „Et dixit ad me: Certe idisti, fili hominis. Numquid" ɔc. [3]) *Ezech. VIII. 17.* [4]) *Psalm. X. 13.* [5]) *Ezech. VIII. 12, cf. supra p. 151.* [6]) *Psalm. XLVIII. 21.*

cum in honore esset, non intellexit“, et cetera. Et sequitur[1] „Hec via illorum scandalum ipsis. Et postea in ore[a]) suo co placebunt“, id est dissimulant et adulantur sibi ipsis; vel it rum [est] illud, quod alia scriptura dicit[2]): „Letantur, cum ma fecerint, et exultant in rebus pessimis.“ Propter quod istorum t lium hominum plaga est insanabilis[3]) et iniquitas irremediabil

[h] Ideo[b]) sequitur[4]): *(versus 18)* „Ergo[c]) et ego facia in furore meo, non parcet oculus meus nec miser bor, et cum clamaverint ad aures meas voce magna non exaudiam eos“[e]). *(caput IX, versus 1)* „Et clamav in auribus meis voce magna, dicens: Apropinqu verunt visitaciones urbis et unusquisque vas [f. 24 interfeccionis habet in manu sua.“

Capitulum tricesimum nonum[f]).

[Recapitulatio capitis Ezechielis octavi de abominatione][g]).

Advertendum est hic per recapitulacionem, quod isto capitulo dominus Jhesus crucifixus quadripharie div dit abhominaciones in desolacionem, per gradus, s cundum[h]) maius et minus, et idcirco hic in capitulo post oste sionem abhominacionis primarie et communis ponitur ter „Adhuc conversus, videbis abhominaciones maiores“. Qua vero[i]) dicantur[k]) abhominaciones maiores secundum hos gr dus, puta maiores in secundo gradu quam in primo, et c tera[l]), cause illius multe possunt ex littera assignari et colli ex supradictis; secundum quod eciam multe circumstancie po sunt esse et assignari, facientes maioritatem in peccatis[m]). Tr tamen singulariter cause relucent, gradus aggravacionis prefat abhominacionum facientes, videlicet [1] persone, [2] locus [3] sciencia. Ista tamen se hic mutuo con[co]mitantur. Desc

---

27) Mal (?) *A alia manu.*

[a]) *sup. lin. A manu alia.* [b]) Ideoque *ed.* [c]) *corr. A., om. ed.* [d]) mea *(sic) A.* [e]) cap. 8. Ad idem sequitur et cap. 9 *add. ed.* [f]) Cap XXXIX. *A rubr.* [g]) *ita inscr. in ed.;* recapitulatio *corr. ab editore ex* plicatio. [h]) scilicet per *rectius ed.* [i]) *in marg. A manu auct.* [k]) non *A; om. ed.* [l]) et sic *ed.* [m]) malis *add. A in m. manu auct.; om. ed.*

[1]) *Psalm. XLVIII. 14.* [2]) *Proverb. II. 14.* [3]) *Cf. Isaiae XIV.* (plaga insanabilis). [4]) *Ezech. VIII. 18 et IX. 1.* [5]) *Ezech. VIII. 6, 13 et*

ıuntur namque hic abhominaciones [primo], quas facit vulgus ılebium; secundo, quas faciunt communiter clerici et sacerdotes; ercio, quas faciunt rectores minores ecclecie; quarto descriıuntur abhominaciones, quas faciunt pontifices et principes saerdotum, id est episcopi et doctores.

[1] Et ita in primo gradu describuntur abhominaciones, ıuas facit passim commune vulgus. De quo[a]) dicitur[1]): Et elevavi[b]) oculos", scilicet intellectuales, „ad viam aquilonis", 1 est ad viam latam, que ducit ad interitum, et multi sunt, qui ıer eam transeunt[2]), vel „ad viam aquilonis", id est ad primum ngressum in mundum in annis iuvenilibus. „Et ecce, ab aquione porte altaris[c]), ydolum zeli in ipso introitu"[3]), id est in ngressu in ecclesiam dei in principio iuventutis statim amor ıuius mundi et voluntas propria conversa ad mundum et ad morem sue carnis communiter in vulgo christiano. Et hoc est ydolum zeli", id est ire dei, ubi primicie statim ydolis et non leo offeruntur. Et ipsum est caracter bestie et ymaginis bestie[d]) n fronte[4]), id est inicio vel in prima intencione christiani, puta ivere sibipsi et huic mundo, et non domino Jhesu Christo, ıisi post carnem et mundum et ex sola consuetudine et a iuentute usitata. Sequitur[5]): „Et dixit ad me: Filii hominis, puasne, vides tu, quid isti faciunt, abhominaciones magnas, quas lomus Israel facit hic, ut procul recedam[e]) a sanctuario meo?"

[2] In secundo gradu, multo peiores[f]) quam prime abhoninaciones et magis horrende exprimuntur, quas faciunt ommunes sacerdotes et clerici yppocrite. Qui ex vulgo ommuni[g]) sic, ut dictum est, amatore huius mundi, venientes, nterius ecclesiam dei intraverunt, vel ad Christum Jhesum proıinquaverunt, per professionem graduum ecclesie ascendentes[h]). it illi, existentes insigniti[i]) nomine Christi et honore fungenes [et] dignitate, sunt cum hoc repleti vanitate universa huius nundi, ferventes cupiditate eorum, que sunt in mundo. Et idirco[k]) isti faciunt multo maiora mala quam primi. Ideo se-

17) Nota bene *A*.

a) qua *A*. b) levavi *ed.* c) porta alta *ed.* d) eius *ed.* e) reedant *ed.* f) maiores *corr.* peiores *A in m. alia manu.* g) quasi *ed.*) ascendentes *ed.* i) signati *ed.* k) Et idcirco *om. ed.*

1) *Ezech. VIII. 5.* 2) *Cf. Matth. VII. 13.* 3) *Ezech. VIII. 5.*) *Cf. Apoc. XIV. 9.* 5) *Ezech. VIII. 6.*

quitur pro talibus[1]): „Adhuc conversus, videbis abhominacion maiores. Et introduxit me ad ostium atrii“, id est post oste sionem iniquitatis populi communis introduxit eum ad con deracionem iniquitatis clericorum et communium sacerdotu Ideo sequitur[2]): „Ingredere et videbis abominaciones[a]) pessim quas isti faciunt hic“, id est in ecclesia et familia dei et domi tremendi et inmense magiestatis Jhesu crucifixi. „Et ingress vidi, et ecce, omnis similitudo reptilium et animalium, abh minacio universa“[3]), et cetera; exposicionem istorum ad pr positum require superius[4]). Sequitur[5]): „Et LXX viri de seni ribus domus Israel“[b]). Ecce, hic clare satis exprimitur comm nitas carnalium sacerdotum et clericorum, nam LXX [est] n merus ubique designans universitatem secundum superius d clarata[6]).

[3] In tercio gradu ponuntur abhominaciones adh multo maiores et detestabiliores, quas faciunt singularit sacerdotes promoti iam ad regimina ecclesie et cura animarum et quod essent iudices populi, sua virtute cunct iniquitates abiudicantes[c]) in populo et expugnantes: et ecc ipsi per divicias et honores conversacionemque pacificam suavem resoluti, pusillanimes et molles effecti, in mulieres m sticas maledictas sunt conversi; subiecti passionibus carnis, co lentes et mirantes magnates et divites huius seculi propt amorem et delectacionem animalem huius vite, obliti Jhes crucifixi, vel ipsum ponentes post suam carnem. Et isti faciu abhominaciones in Christi ecclesia multo maiores et interior quam primi, id est vulgus plebium, et quam secundi, id e com[m]unes clerici et presbyteri animales. Ideo de ipsis[d]) qua proprie sequitur[7]): „Et dixit dominus ad me[e]): Adhuc co versus, videbis abhominaciones maiores, quas isti faciunt. introduxit [me] per hostium porte[f]) domus domini“, et ceter Sequitur[8]): „Et ecce, ibi mulieres [sedebant], plangentes Ad nidem.“

---

15) Pessimi *A alia manu.*

a) *in m. add. A alia manu.* b) etc. *add. ed.* c) adiudicantes *ed.* d) istis *ed.* e) ad me *om. ed.* f) *om. ed.*

1) *Ezech. VIII. 6—7.* 2) *Ezech. VIII. 9.* 3) *Ezech. VIII. 10.* 4) *v. supra c. 25.* 5) *Ezech. VIII. 11.* 6) *v. supra c. 30.* 7) *Ezech. VII 13—14.* 8) *Ezech. VIII. 14.*

[4] In quarto gradu ponuntur abhominaciones adhuc multo magis intollerabiles[a]) et intimiores in ecclesia vel proximiores ante conspectum Jhesu Christi, quas faciunt pseudoapostoli et pseudoprophete[b]), id est episcopi et doctores, huius seculi amatores. Qui postquam sunt in id et ad id[c]) positi in dei ecclesia, quatenus ipsi uniti ad invicem[d]), et uniti atque inmediati Jhesu Christo, et perinde[e]) corroborati atque solidi in virtute, quasi lapides electi angulares, totum templum familie Christi tenerent, sustentarent[f]) et firmarent, non sui ipsius solliciti, sed de templo, non, que sua sunt, inquirentes, sed que Jhesu Christi[1]): et ecce, ipsi[g]) aversi a templo dei, id est a familia Christi Jhesu [f. 245[b]], in procuracione salutis animarum, similiter ut primi et secundi ac tercii post carnem suam abierunt[2]), pacem huius mundi et dies suos humanos insequentes, subditi felicitati casibusque fortuitis huius vite. Et ideo, isti quia maiores et gradu ecclesie interioresque ad Christum, ymmo primi et maioris sciencie quam ceteri, maiores sunt eorum abhominaciones in conspectu dei et omnis ecclesie sanctorum. Idcirco pro ipsis sequitur in textu[3]): „Adhuc conversus videbis abhominaciones maiores hiis. Et introduxit me in atrium domus domini interius. Et ecce, in hostio templi domus domini inter vestibulum et altare quasi XXV viri, dorsa habentes contra templum domini."

Unde advertendum, quod hic omnia ponuntur[h]) ad exaggeracionem abhominacionis ipsorum, quam faciunt, ponuntur in dei ecclesia et contraria ipsi spiritui sancto et exprimuntur ad ostensionem gravioris ipsorum dampnacionis, quemadmodum paulo ante est deductum[4]). Verbi gracia primo illud, quod ponitur: „Et introduxit me in atrium domus domini interius": per quod notatur, quod ipsi sunt primi et intimi domino Jhesu Christo, et tamen nichilominus offendunt et destruunt ipsius sapienciam et virtutem et faciunt conposicionem in se ipsis nimis abhominabilem et horrendam superius notatam et descriptam[5]). Et secundo illud, quod faciunt eandem mixturam bo-

1) Suprapessimi *A alia manu*. 27) Nota bene *A alia manu*.

a) intolerabiliores *ed.* b) falsi prophetae *ed.* c) in illud et ad illud *ed.* d) et adinvicem positi *ed.* e) perinde *ed.* f) et sustentarent *ed.* g) episcopi *(sic) A;* ipsi *ed.* h) quae ponuntur *ed.*

1) *Cf. Philipp. II. 21.* 2) *Cf. Judae 7* (abeuntes post carnem). 3) *Ezech. VIII. 15—16.* 4) *v. supra c. 28.* 5) *v. superius c. 34.*

norum Christi[a]) cum malis suis in hostio domus domini, id est manifeste et sine verecundia. Et tercio[b]), quod admittunt scelera „inter vestibulum et altare", id est in loco sancto statuentes suas abhominaciones „in desolacionem", id est propter quod spiritus Jhesu longe recedit a sanctuario suo. Et quarto eciam illud, quod ponuntur[c]) in XXV in tanto et tali numero; per quod datur intelligi[d]), quod sunt transgressores legis dei scripte[1]) et viciatores et adulteratores verbi dei. Et quinto illud, quod dicuntur „viri", ponitur hic ad exprimendum, quia sunt fortes et potentes ad faciendum mala in dei populo. Et sexto illud, quod describuntur „dorsa habere contra templum domini", id est quod sunt non curantes, ymmo contempnentes domini Jhesu ecclesiam[e]) vel[f]) populum sanctum[g]) christianum. Et septimo hoc, quod dicti sunt „facies suas habere ad orientem", id est quod ad hoc se ipsos posuerunt, quod ducant vitam splendidam et delicatam secundum libitum sue carnis. Et octavo, quod „adorant ad ortum solis", id est valde inquirunt felicitatem et gloriam huius mundi. Et nono illud, quod sunt „replentes terram iniquitate". Illud decimo quoque[h]), quod „irritant" dominum Jhesum, sibi[i]psis in hoc blandientes et adulantes, acsi fecissent opera iustorum.

Hec[i]) igitur singula, quamvis sint gravia nimis domui Juda[2]), id est ecclesie Jhesu Christi et maxime ipsismet sacerdotibus et doctoribus, tamen super omnia illud est grave et dampnosum presentibus sacerdotibus huiusmodi et doctoribus, puta quod „dorsa sua a templo domini converterunt"[k]), id est quod averterunt corda sua ab inquisicione sollicita salutis animarum sibi commissarum, et procuracionem virtutum et discipline domini in populo christiano obmiserunt, et quia hoc[l]) fecerunt maxime propter[m]) occupacionem et promissionem terrenorum negociorum civilium et secularium. Que ipsis dyabolus scit et potest multiplicare[n]) cottidie et inportune ipsis ingerere, et facit de

---

[a]) cum Antichristi malitia et sua perfidia, et hoc in ostio oc. *ed.* [b]) *in m. A.* [c]) ponunt *ed.* [d]) intelligere *ed.* [e]) sponsam eius veram *add. ed.* [f]) id est *ed.* [g]) verum *ed.* [h]) Et decimo illud *ed.* [i]) Hoc A, Haec *ed.* [k]) averterunt *ed.* [l]) haec *ed.* [m]) per *ed.* [n]) astute m. *ed.*

[1]) *Cf. Jacobi II. 11* (factus es transgressor legis). [2]) *phrasis biblica communis.*

facto, ut ipsos sacerdotes prepediat et occupet sicque eos [abducat] a principali et saluberrimo opere, ad quod ipsi valde nimis tenentur obligati, scilicet salus et cura animarum sanguine Christi redemptarum[a]). Nullus etenim iam dubitat, quod nichil est in mandatis sacerdotum et doctorum tam principale et precipuum, tam necessarium et saluberrimum tamque debitum et deo vero[b]) gratissimum quam pascere oves Jhesu Christi et procurare salutem animarum in hoc tempore oportuno. Propterea etenim in exordio sacerdocii nove legis valde expresse, valde notanter[c]) et multum rigide Petrus ex sacerdotibus[d]) et pastoribus hominum primitivus fuit ter requisitus[1]): „Petre, amas me?“, et ter ipso respondente, quia amaret, ter fuerunt sibi oves ad pascendum commendate, dicendo: „Pasce oves meas“, ad ostendendum[e]), quod nullus deberet se ingerere ad sacerdocium, nisi prius, se ipsum examinans, inveniat, quod amat valde, valde, valde[f]) Jhesum et hunc crucifixum, et quod propter ipsius amorem[g]) valde, valde, valde pascat oves ipsius[h]), id est animas, quas suo sanguine et[i]) pro sua anima laboriose in morte crucis redemit et sibi conparavit[k]).

Cum igitur sic[l]) nichil sit magis necessarium et salubre magnis et parvis sacerdotibus, quam opus et cura salutis animarum, tamen heu, heu, ve, hodie[m]) ita „dorsa nostra contra templum domini sumus habentes ad ortumque solis adoramus“ modo, quo superius dictum est[2]), quod iam non est videre virum, qui se ipsum convertat et offerat ad operandum fideliter salutem proximorum, fere inter cunctos[n]) infinitos sacerdotes. Sed singuli ad inquirendum delicias, divicias et honores „facies“ erectas habemus. Propter quod principaliter curamus habere strennue officia, beneficia et prebendas ita, ut iam non curam animarum videamur assumere, sed magis curam decimarum et censuum, curam diviciarum et libertatum. Pro hiis etenim laboramus, litigamus et sollicitamur, sed

---

4) Nota *A alia manu.*

[a]) ut doceant fideliter viam Christi Jesu *add. ed.* [b]) domino et deo *ed.* [c]) clare *ed.* [d]) Christi primitivus ɔc. *ed.* [e]) *corr. in m. A manu auct. (?).* [f]) quod amat praemaxime *ed.* [g]) relinquat sua, suos et seipsum, et sic pascat ɔc. *ita ed.* [h]) suas *ed.* [i]) et — anima *om. ed.* [k]) copulavit *ed.* [l]) *om. ed.* [m]) ve, ve *ed.* [n]) *om. ed.*

[1]) *Cf. Joan. XXI. 15—17.* [2]) *v. supra c. 38.*

cura animarum est[a]) vel posterior aput nos vel novissima vel forte nulla. Verumptamen nos, infausti sacerdotes, ad illam opinionem sumus delapsi, quod, dum nos horas, ut vulgo dicitur, canonicas nostras summo mane rite et plenius legittime observantes, nostras cerimonias circa hoc et rubricas interminatas et distractas[b]) et cum hoc vigilias defunctorum et missas nostras cantamus[c]) et psallimus et singula perficimus[d]) huiusmodi ordinate, iam contenti bene stamus in consciencia videmurque nobis totum, quod debuimus[e]) facere, perfecisse, nullam interim curam salutis proximorum habentes de facto, neque ad hoc[f]) assurgentes, neque in eo laborantes sic digne et sollicite, quatenus cot[t]idie edificemus salutem animarum nostre fidei[g]) a tremendo iudice commissarum, sed pocius, depost nostrarum insulsarum horarum[h]) huiusmodi conplecionem, tota die circa vanitates nostras vel hospita[lita]tem[i]) domus nostre solliciti et circa ordinacionem lucraque temporalium inmoramur secure, quasi hoc sit nostrum officium principale et non cura animarum et edificacio nostrorum proximorum.

O, perversitas[k]) ordinis et animorum, o iniuria magna domino Jhesu Christo a nobis sacerdotibus! Et o, perdicio ob nostram negligenciam infinitarum animarum, de quibus durissimam reddemus racionem, secundum omnes scripturas[1]), principaliter et proprius[l]) quam de mandatis et doctrinis hominum vel[m]) quam de nostris huiusmodi cerimoniis multiplicibus, que sunt adinvente et date nobis solum dumtaxat propter curam et salutem animarum: igitur tantum sunt utiles et tenende, in quantum promovent vel faciunt inmediate opus salutis animarum et[n]) edificacionem virtutum. Sed in quantum ista forte inpedirent quovis modo[o]) opus illud, tunc sunt postponende, et opus utile salutis animarum omnino prius est exercendum et exsequendum.

Sed heu, heu, quia in nobis primo et principaliter residet

---

1) Nota *A manu alia.*

[a]) est posterior et novissima vel forte nulla apud nos *ed.* [b]) districtas *ed.* [c]) cantammus *(sic) A.* [d]) perfecimus *A.* [e]) debemus et debuimus *ed.* [f]) nec adhuc *ed.* [g]) rectae fidei fundamento *ed.* [h]) et missarum *add. ed.* [i]) curam *ed.* [k]) O, infida perversitas *ed.* [l]) proprius *ed.;* prius *A.* [m]) *om. ed.* [n]) et ad *ed.* [o]) et *seq. in A.*

[1]) *Cf. ex. gr. Hebr. XIII. 17:* „Obedite praepositis vestris et subjacete eis. Ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri.“

ımor huius vite presentis et cupiditas huius mundi, ideoque ales nos in omnibus exhibemus. Quapropter quia propter ›ona temporalia ad beneficia curata, id est onerata cura ınimarum pervenimus[a]), ideoque primo et principaliter bona emporalia eciam querimus et procuramus. Et quia sic efficimur minus][b]) ydonei et indigni[c]) operari salutem animarum et non st nobis hoc in affectu et ipsam non exercemus, idcirco pro eneficiis et vita nostra suavi in diviciis et honore volumus leo satisfacere, persolvendo rite, ut dictum est, nostras horas anonicas et cetera officia nobis a superioribus instituta[d]), semer nichilominus regnante cum hoc in nobis cupiditate rerum resencium[e]) et nostra propria voluntate[f]) secundum apostoum[1]): „Modicum fermenti[g]) totam massam corrumpit.“ Quale rit consequens, ubi non iam modicum fermenti in talibus, videlicet[h]) presbyteris, est admixtum, sed illico in fronte vel adice principalis propositi plenitudo fermenti occupavit?

Capitulum quadragesimum[i]).

Quod totus clericorum cultus servit avaritiae eorum, et quod psi sunt Tyrus, Babylon, Locustae, Meretrix coccinea, de quibus scriptum est in prophetis et in Apocalypsi][k]).

Quidcumque igitur depost sequitur, ut puta multe psalnodie, multe misse, multe cantilene pro modulo vocum aures lelectancium, multi labores in predicando[l]), multa observancia erimoniarum et doctrinarum hominum, quomodo possent esse Christo Jhesu non amarissima, cum primo ex radice omnium nalorum, cupiditate videlicet[2]), surrexerunt? Hoc notavit scritura veritatis, que dicit[3]): „Populus hic labiis me honorat, cor utem eorum longe est a me. Frustra autem[m]) colunt me, doentes doctrinas et mandata hominum.“

---

[a]) pervenimus *ed.* [b]) *add. ab editore.* [c]) habiles *ed.* [d]) et exogitata *ed.* [e]) rerum, honorum et delitiarum praesentis vitae *ed.* [f]) *in ol. 245*[b] *textus exaratus est usque ad folii calcem inferiorem et capitulum finem abet iam post voces* nostra propria voluntate; *divisio superior facta est ab litore.* [g]) fermentum *biblia et ed.* [h]) videlicet *ed.;* vel (!) *A.* [i]) *ita A lia manu ad calcem f. 245*[b]*:* C.[m] XL. [k]) *ita inscr. in ed.* [l]) *ita ed.;* mulplicando *(sic) A.* [m]) *om. ed.*

[1]) *I. Cor. V. 6.* [2]) *Cf. I. Tim. VI. 10:* „Radix enim omnium maorum est cupiditas.“ [3]) *Matth. XV. 8—9.*

Propterea bene est de talibus superius allegatum, ubi dic tur[1]): „Uva eorum uva fellis et botrus amarus. Fel dracon vinum eorum, [et] venenum aspidum insanabile. Nonne h condita sunt aput me et signata in thesauris meis?“ Notemu clerici moderni et sacerdotes, illud canticum Moysi per singu et intelligemus, quam proprie et quam per dirrectum[a]) nos ips indicant illa verba. Ponitur namque in Deuteronomio I. in le secunda de plano legem ewangelii exprimente, ponitur quoq in fine libri capitulo[b]) penultimo[2]), hec novissima tempora, in q locuste coronate[3]) vel yppocrite regnum sancte ecclesie obsid runt[c]), denotando[d]), advocantur celi et terra ad verba iudicii d vini audienda, in quo[e]) iam forma[f]) universalis iudicii[g]) inminere et esse in ianuis demonstratur. Verumtamen ista solum an logice sunt conparata. Sed respiciamus propinquius ipsum ca ticum apprehendamusque ipsum summo studio, ipsum quoq sicut in horis nostris pro evasione solum et mercede iteramu ita ipsum ex animo pro correccione et medela nostrarum an marum frequentemus[i]), si forte detur nobis iuxta[k]) canticu hoc sapere et intelligere et nobis ipsis de novissimis provider Et tunc implebitur sermo, qui scriptus est Ysaie XXIII[4] „Post LXX autem annos erit Tyro quasi canticum meretric Sume[l]) citharam, circui[m]) civitatem, meretrix[n]) oblivioni tradit Bene cane, frequenta canticum, ut memoria sit tui. Et e post LXX annos: visitabit dominus Tyrum et reducet eam mercedes suas. Et rursum erit, cum fornicabitur cum univers regnis terre super faciem terre. Et erunt negociaciones eius mercedes eius[o]) sanctificate domino: non condentur, neque r ponentur, quia hiis, qui habita[veri]nt coram domino, erit[p]) n gociacio eius, ut manducent in saturitatem[q]) et vestiantur u que ad vetustatem.“

Intelligite ergo, queso, hec[r]), o clerici et sacerdotes, q obliviscimini Jhesum crucifixum, quibus factus est tamqua

---

a) *primum -r- sup. lin. in A.* b) capite *ed.* c) obsederunt *recte ed.* d) et devovendo *ed.* e) e quo *ed.* f) formata *ed.* g) *om. ed.* h) i nuere *ed.* i) frequentes *ed.* k) iuxta — intelligere et *om. ed.* l) Sum *scribitur in A;* tibi *add. ed.* m) circumi *ed.* n) meretricis *corr.* meretrix o) et m. eius *om. ed.* p) et *(sic) A.* q) in saturitate *ed.* r) hic

1) *Deuter. XXXII. 32—34, cf. supra p. 153.* 2) *recte in capitulo an penultimo XXXII.; ultimum est cap. XXXIV.* 3) *Cf. Apoc. IX. 7.* 4) *Isaiae XXIII. 15—18.*

ortuus a corde. Nos siquidem pro facto[a]), o sacerdotes et erici, sumus Tyrus, civitas sita supra mare, cui mare et ne- ›ciacio eius, id est multus populus, et exercicium salutis et cri animarum est subiectum, qui itidem alias piscatores maris mus expressi in scripturis[1]), qui iam in nostra conver- ıcione et conposicione morum nostrorum sumus ɜu, heu infra communem populum, quibus presu- us, destituti. Propter quod dicitur ad nos alibi[2]): „Erubesce, ʼdon, ayt [enim] mare.“ Quod gloriosus doctor Gregorius nsuit esse de nobis clericis exponendum[3]).

Nos quoque sumus iam „meretrix oblivioni tradita“ a tre- endo et piissimo Jhesu Christo secundum dictum propheta- m[4]), eo quod abalienati sumus retrorsum[5]) iterum ad amo- m vite huius mundi, et [per] consequens facti sumus extranei[6]) esu Christo, dei virtuti et dei sapiencie[7]), et nichilominus po- ɜa in ore nostro nobis conplacemus[8]). Et ita secundum Salo- onem mollimus[b]) sermones nostros super oleum[9]), utpote ɜretrix, que reliquit ducem pubertatis sue, Jhesum Nazarenum, pacti dei sui oblita est[10]), mulier stulta et clamosa, nichil om- no sciens, sedens in foribus domus sue in excelso urbis loco[11]).

Nos, inquam, o sacerdotes, sumus illa mulier in de- rto, quam vidit Johanes[12]) in spiritu „sedentem super be- am coccineam plenam nominibus blasphemie, habentem capita ptem et cornua decem. Et mulier erat circumdata purpura et ccino, et inaurata auro et lapide precioso et margaritis, ha- ns poculum aureum in manu sua plenum abhominacione et nundicia fornicacionis eius. Et in fronte eius nomen scriptum: sterium, Babylon magna, mater fornicacionum terre et ab- minacionum.“ „Et vidi, inquit[13]), mulierem ebriam de sanguine ıctorum et de sanguine martyrum Jhesu. Et miratus sum,

---

22) Mulier *A alia manu.*

a) profecto *ed.* b) mollimur *A;* mollimus *recte ed.*

1) *Cf. Matth. IV. 19:* „Et ait illis: Venite post me, et faciam etiam i piscatores hominum.“ 2) *Isaiae XXIII. 4.* 3) *Cf. S. Gregorii Magni stor., pars III, c. XXVIII, apud Migne, P. L., t. 77, col. 107.* 4) *Cf. Isaiae III. 16.* 5) *Cf. Isaiae I. 4* (abalienati sunt retrorsum). 6) *Cf. Psalm. VIII. 9* (extraneus factus sum fratribus meis). 7) *Cf. I. Cor. I. 24.* *Cf. Psalm. XLVIII. 14* (in ore suo complacebunt). 9) *Cf. Psalm. LIV. 22.* 10) *Cf. Proverb. II. 17—18.* 11) *Cf. Proverb. IX. 13—14.* 12) *Cf. oc. XVII. 3—5.* 13) *Apoc. XVII. 6.*

cum vidissem illam, admiracione magna." Nos itaque mul esse secundum interiorem hominem a veritate spiritus Jh descripti, eo quod nullus vir in nobis[a]), qui opponeret se ips murum pro domo dei[1]), secundum quod scriptum est[2]): „A poriatus est dominus eo, quod non habet virum." Sed „e minati dominantur eis" secundum alium locum scriptur Mulier quoque esse iudicamur merito [f. 246[b]] a veritate. N cum totum, quod natum est ex deo in Christo, deberet e in nobis virile, quia indutum virtute ex alto[4]), ut apostoli mini, et totum masculinum[b]), quia dominum Jhesum Christ omnes sumus induti masculum[c]), ecce, e contrario: totum, qu quid[d]) in nobis modo fuerit ponderatum ab eo, qui spiritu est ponderator[5]), muliebre reperitur et fere nichil masculinun veluti mens levis, cogitacio vaga, inconstancia animi, amor lectabilis in quiete vite, sequela vane laudis et honoris, mollic victus et habitus, splendor et preciositas eorum[f]), cura ca et ornamentorum corporalium, verecundia in bonis, inpudic in delectacionibus, pussillanimitas in accionibus; erubescen coram hominibus, quibus placere videtur nobis magnum[g]) num, timor a facie hominum, terror coram tyrannis, facilis missio veritatis; in omnibus excusacio a peccatis et allegacio c tinua proprie infirmitatis, ne quid solidum virtutis[h]) appreh damus; aleviacio quedam omnium nostrorum defectuum, an terrenorum, iactancia diviciarum, vestium, equorum[i]), eloqu ciarum, scienciarum, titulorum insignium; negleccio celesti incuria eternorum, continua quasi inquisicio et sequela eor que nostris votis alludunt, que nostros sensus delectant, nobis pacem corporis conparant, que amiciciam multor quamvis carnalium et amicorum huius seculi, copulavit et c firmavit[k]). Et breviter, si in omnibus fideliter contemplen non nisi quid molle et inconstans ac femineum in animis e positum, admiremur[l]).

---

[a]) est *add. ed.* [b]) masculum *corr.* masculinum *A in m.* [c]) et tem *add. ed.* [d]) quanquam *ed.* [e]) *corr. A.* [f]) earum *A;* apparatus [g]) magis *ed.* [h]) *om. ed.* [i]) officiorum *ed.* [k]) copulant et firmant *recte ed.* [l]) et nihil vel parum virile inveniemus *add. ed.*

[1]) *Cf. Ezech. XIII. 5.* [2]) *Cf. Isaiae LIX. 16:* „Et vidit, quia non vir, et aporiatus est, quia non est, qui occurrat." [3]) *Cf. Isaiae III. 4* minabuntur). [4]) *Cf. Lucae XXIV. 49* (induamini virtute ex alto). [5]) *Proverb. XVI. 2.*

Capitulum quadragesimum primum[a]).

ropter quam causam sacerdotes Antichristi in scripturis conparantur mulieribus et scortis][b]).

Non enim hec scriptura iam allegata de corporibus hoinum et figura eorum curat facere mencionem neque satagit qui de illis, qui omnino extra ecclesiam sunt, et qui sunt chil, ut sunt Judei et gentiles[1]). Sed ista visio Johannis, facta spiritu, solum et maxime nostros spiritus animosque intuetur metitur et[c]) secundum hoc nobis nomina largitur, inflexibili dicio veritatis id dictante. Propter quod dictum est, quod erito homines molles animo et inconstantes, mulieres vel ıam mulierem veritas nuncupavit. Precipue[d]) tamen nos ıcerdotes mulierem dici veritas iudicavit. Nam quia c mulier sonat in vicium et perversitatem, ut notum est, chil enim ordinis vel nature subauditur in hoc contextu, d id[e]) solum, quod ab iniquitate et destitucione nomen acpit. Quia autem secundum ordinem et veritatem scripture ıcerdotes dicti sunt viri in populo, ut de pluribus ripture locis id relucet[f])[2]), et hoc multis ex causis: (1) tum ıia debent viribus et virtute animi ceteris omnibus, quibus esunt, prevalere; (2) tum quia habundancius ceteris virtute alto sunt induti[3]); (3) tum quia tenent unius viri omnium, esu Christi, locum et personam ipsumque pre participibus is induuntur; (4) tum[g]) quia habent regiminis gubernacula cius vite subditorum in se conprehendere et ut caput suis embris rite preesse; (5) tum quia sponsa agni Jhesu Christi, cruce occisi a Judeis, ipsis sacerdotibus nuptim est copulata, ıatenus semen ex ea et celestem spiritualemque sobolem suo ıtri occiso suscitarent[4]): cum itaque hec ita secundum veri-

---

4) De mollicie sacerdotum *A alia manu.* 18) Nota *A alia manu.*

[a]) *ita A in m.:* Cap. XLI *(duabus manibus).* [b]) *ita inscribitur in ed.* [c]) quod *seq. in A.* [d]) et praecipue *ed.* [e]) illud *ed.* [f]) *post hanc em in cod. A una et media linea alba sequitur; in editione duo signa * * uuntur et in marg. annotatur:* Hic in exemplari videbatur aliquid deesse. *l nihil deesse videtur.* [g]) *om. ed.*

[1]) *Cf. I. Cor. V. 12.* [2]) *in s. script., quantum scimus, sacerdotes* viri populo *non dicuntur; saepius tamen appellantur* seniores, principes, filii, *etc.* [3]) *Cf. Lucae XXIV. 49.* [4]) *Cf. Genes. XXXVIII. 8:* „Ingredere ad orem fratris tui, et sociare illi, ut suscites semen fratri tuo.“

tatem atque virtutem et ordinem divinum debeant esse in cerdotibus, propter quod esse viri sunt a domino recensiti et dum hec talia inveniuntur in ipsis destituta opposi que eorum in eos viciose et[a]) a Sathana introducta, me et secundum spiritum sunt opposito nomine designa secundum illam[b]) regulam topicam: sicud propositum in p posito, sic oppositum in opposito. Quia namque ea, que er in eis virilia secundum spiritum et veritatem, viciose perdi runt, atque singulariter et vere pre aliis ea, que secund vicium et perversitatem, non secundum naturam mulierem nominant, sunt induti et habituati in animo, secundum iust dictamen racionis, precipue sacerdotes, mulieres vel una mu sunt censendi.

Mulieres autem dico in plurali, quia eciam eos vo scriptura exprimere in prophetis[1]), et hoc consideratis cu libet defectibus et perversitate seorsum, quia hic maxime spectus vel relacionis contemplacio habet locum. Quia hic d sunt non secundum rem ad extra vel essenciam creatam, solum secundum conparacionem ad destitucionem et iudici racionis[c]), quapropter si eciam ad totam communitatem tal effeminatorum mente consideracio referatur, omnes sacerdo maiores et minores, pariter simulque mollicie quali[fi]cati[d]), mulier iudica[n]tur vel dicuntur, una[e]) mulier, magna ma fornicacionum[2]), quia habent adinvicem connexionem, et ea, que sunt essencialia legis christiane, licet in ipsis mor ut est fides sine operibus vel sine spiritu, et per ea, que cessoria[f]), utpote sunt adinvenciones hominum generales non cerimonie, quas omnes pariter tenent et [tenere] cons verunt. Lex siquidem una[g]) est communis et observancie ip consentanee et generales, que faciunt de multis unum popul [f. 247[a]] et unam civitatem, necnon unus prelatus commu tamquam caput unum omnium atque sub eo unum regim ita conformiter et de multis clericis[h]) destitutis vicio unam lierem viciosam[i]) [facere scriptura denominat].

---

[a]) vitiosa *ed.*, et *om.* [b]) primam *ed.* [c]) *corr. A.* [d]) qualita
[e]) vera *ed.* [f]) accessiora *A.* [g]) vera *ed.* [h]) et laicis *add. ed.*
[i]) *lacuna seq. in A;* scriptura denominat *add. ed.*

[1]) *Cf. Jerem. L. 37, Ezech. VIII. 14, Nahum III. 13, etc.* [2]) *Cf. A XVII. 5.*

Dicitur vero[a]) meretrix prostituta vel adultera, tum quia sacerdotes spiritui sancto copulati, dediti et conrati querunt[b]) sponte delectari cum hoc seculo et rebus ndi amatoribusque huius mundi universis et per consequens n spiritibus malignis gaudent, festinantes huic seculo conmari[1]), que vere et proprie esse fornicacio a veritate scrire est conclusa animarumque racionabilium prostitucio, que suo verboque dei sunt desponsate [in fide] et[c]) misericordia usticia, ut in eo solo stabiles suas delicias conponant, quemnodum verbum dei ad id animas racionabiles creavit et renit sibique copulavit, ut essent in filiis hominum ipsius delicie, ta veritatem, que dicit[2]): „Ego veni, ut gaudium meum sit vobis et gaudium vestrum inpleatur", — (2) et quia fornitur in spiritu et prostituuntur huiusmodi anime, „[voluptatem] stimantes diei delicias, coinquinaciones[d]) et macule deliciis uentes, in conviviis suis luxuriantes vobiscum, oculos hantes plenos adulterii et incessabilis delicti, pellicientes alias[e]) mas instabiles, cor exercitatum avaricia habentes, maledicnis filii, de[re]linquentes viam rectam erraverunt, secuti viam aam ex Bozor, qui mercedem iniquitatis amavit." Hec Petrus prima[f]) epistola in secundo capitulo[3]). Et secundum hanc tenciam multa invenies scripta in Salomone et prophetis, a cur multitudinem hominum deus sibi copulatam, dehinc ta sua secutam, mulierem fornicariam velit appellare[g]).

Quia igitur, ut prius dictum est, hoc totum sonat in vim et accipitur in spiritu, non in carne, ideo, quia sacerdotes gulariter sunt dei verbo et spiritui desponsati, ut ipsi primo maxime in Christo Jhesu et ipsius sapiencia fecunde conectentur, multum fructum inde Christo parientes, tamen quia[h]) hoc in eis reperitur, sed omnia carnalia [et] mundialia in tum, ut eciam simul et ecclesiastica solum ad suum libitum et icias diurnas convertant et in talibus pastum suum, quem suum[i]), voluntatem propriam secundum desideria adin-

1) Nota *A alia manu.*

[a]) Quae dicitur vere *ed.* [b]) qui et nunc *ed.* [c]) in fide et *ed.* [d]) coinquinacionis *A et ed.* [e]) *om. ed.* [f]) *recte* secunda *ed.* [g]) Patet populo Israel Isaiae infra *add. ed.* [h]) cumque *ed.* [i]) honorem favoque *ed.*

[1]) *Cf. Rom. XII. 2* (nolite conformari huic saeculo). [2]) *Joan. XV. 11* re allatum). [3]) *II. Petri II. 13—15.*

ple[a]nt et ampliorem fructum, scilicet eternum, non requirant merito et fideliter[a]) sacerdotes, qui sunt huiusmodi, singulari mulier meretrix ista sunt putandi[b]).

Capitulum quadragesimum secundum[c]).

[De variis abominationibus, quae regnant in populo sacerdoti et Antichristi][d]).

Visa est autem ista mulier, id est multitudo yppoc tarum, sedere[e]) super bestiam[2]). Que bestia significat po statem secularem, scilicet imperatoriam et militariam cum u versis regnis christianorum carnalium, qui sunt desertati[f] spiritu Jhesu Christi per tempora a iudicio divino diffinita, que admodum et multitudo yppocritarum clericorum et sacerdotu propter quod dicti sunt desertum. Nam notanter premittitur „Et[g]) sustulit me in desertum in spiritu", id est in spiritu desertum, quod est populus, quondam inhabitatus a spiritu Jh Christi, sed postea propter[h]) abhominacionem desolacionis templo dei positam a Christo desertatus.

Abhominacio ista in templo posita est amara Christo t piditas sacerdotum, de qua veritas[i])[4]): „Utinam esses lidus vel frigidus. Sed quia tepidus es, incipiam te evom de ore meo."

Item abhominacio ista est iudicium perversum estimacione sacerdotum, qui colant culicem, camelum ve degluciunt, decimant mentum[k]) et anetum, derelinqunt aute que sunt graviora legis[5]), qui ita ponderant et mandant ceptari et timeri suas paleas sicut triticum dei Jhesu[6]), de q scriptum est in Salomone[7]): „Pondus et pondus, utrumque a hominabile aput dominum"[l]). Hii sunt filii hominum „menda

---

a) iuste *ed.* b) censendi *ed.* c) *ita A in m.:* Cap.m XLII. *(dua manibus).* d) *ita inscribitur in ed.* e) sedentium *ed.* f) deserti *ed.* g) *om. ed.* h) per *ed.* i) in Apocalypsi *ed.* k) mentam *ed.* l) deum *ed.*

1) *Cf. Philipp. IV. 17* (requiro fructum abundantem in ratione vest 2) *Cf. Apoc. XVII. 3.* 3) *Apoc. XVII. 3.* 4) *Apoc. III. 15—16.* 5) *Cf. Matth. XXIII. 24 et 23.* 6) *Cf. Jerem. XXIII. 28:* „Quid paleis triticum, dicit dominus?" 7) *Cf. Proverb. XX. 23:* „Abominatio est a dominum pondus et pondus: statera dolosa non est bona."

stateris“, quoniam ea, que sunt domini Jhesu et eius aposto- um, negligunt, scilicet virtutem, veritatem[a]), iusticiam, miseri- rdiam et sapienciam, pensant ea, que dei sunt, minus iuste, qui ım deum congnovissent, non sicut deum glorificant“[b]) [1]). Sua :em propria mandata et doctrinas, adinvenciones[c]) varias pon- :ant amplius iusto voluntque ipsa acceptari voluntque ea, que ıt per[d]) directum sua, eque ut ea, que inmediata sunt a deo, ıaliter acceptari, equaliter timeri, differenciam condignam in- ea non ponentes.

Abhominacio est populus, qui[e]) deum labiis suis norat[f]), cor autem longe est a deo, docentes doctrinas et ndata hominum[2]) et dicentes bono malum et[g]) malo bonum[h]) ponentes lucem tenebras et tenebras in lucem[3]). De hoc m scriptum est[4]): „Victime stultorum abhominabiles.“

Abhominacio est pusillanimitas magna sacerdotum amorem diviciarum et pacis in hac vita, propter quam pla- ıt hominibus huius seculi et nituntur conplacere, et presertim gnis et divitibus, et horrescunt[i]) displicere ab ipsis nocenter[k]), perinde sunt blandi divitibus et facile ipsis adulantur et sunt ɔerbi pauperibus et plebeis[l]) et facile ipsis irascuntur, parati ɔ modicis ipsos vexare nimis[m]) iudiciis[n]) et terrore [f. 247[b]]. ıde fit, quod iudicium talium, ut in pluribus, sit perversum, ut magnos nocentes permittant ire inpunitos et excusatos solum in minoribus crudelem exigant ulcionem. De ista ab- minacione iterum scriptum est[5]): „Qui iustificat inpium et ıdempnat iustum, utrumque abhominabile est aput do- num“[o]).

Abhominacio[p]) est velle diligere dominum Jhesum, nul et vitam huius mundi, inquirere carnalia[q]) diligen-

---

17) Nota *A alia manu.* 22) Nota bene totum *A ad calc. fol. super.*

[a]) etc. *ed., cet. om.* [b]) glorificaverunt *ed.* [c]) adinventionesque *ed.* [d]) per — ea, que *om. ed.* [e]) populus, qui *om. ed.* [f]) honorare et de esse longe ab eo, docere . . et dicere . . ponere *ed.* [g]) est *false A.* [h]) est *add. A;* bonum malum et malum bonum *ed.* [i]) *corr. A.* ıotanter *corr.* nocenter *A.* [l]) plebi *ed.* [m]) minus *(sic) A,* minis *ed.* [n]) iudicio *ed.* [o]) deum *ed.* [p]) Abominabile *ed.* [q]) carnalia — rere *om. ed.*

[1]) *Cf. Rom. I. 21.* [2]) *Cf. Matth. XV. 8—9.* [3]) *Cf. Isaiae V. 20.* [4]) *Proverb. XV. 8:* „Victimae impiorum abominabiles domino.“ *Proverb. XVII. 15.*

ter, simul et spiritualia a sacerdote, velle delectari in Chri et spiritu eius, et querere delicias carnis in hoc mundo. He inquam, invicem velle conmiscere est abhominacio Christo p horrenda. Propter hoc dicit[1]): „Yppocrite, quo modo pote bona loqui, cum sitis mali, aut facite arborem bonam et fruct eius bonum, aut facite arborem malam et fructum eius malu Hac abhominacione gravatus dominus exclamavit, dicens[2]): generacio prawa et adultera, quamdiu ero vobiscum, quam paciar vos."

Abhominacio est in templo, dum isti tales fere in om bus, pecunia et favore carnali interveniente, primatum in ecc sia obtinent, ad cathedras ascendunt, ecclesias regunt p sue libito voluntatis, existentes canes muti, non valen latrare[3]). O, pastores et ydola derelinquentes gregem[b]), ser ipsos[c]) pascentes, non greges[d]), que sua sunt, querentes, n que Jhesu Christi[4])!

Abhominacio in templo est hoc, quod prescripta mu fornicaria non nupta, non vocata ingessit se ipsam[e]) et intr ad domos vel[f]) ad domum, quam sapiencia divina sibi edifica et proposuit mensam et miscuit vinum, ut inde vocaret ad cem suam, dicens[g]): Venite, comedite panem meum et bib vinum, quod miscui vobis[5]), quatenus[h]), exhibens se matr pulchre dileccionis[6]), parvulos et insipientes, panem suum p scentes, nutriret et educaret. Et ecce, mulier stulta et sol clamosa nichilque omnino sciens[7]), se in labores et pueros m tris omnium virtutum ingerens, posuit se in locum sapien consecratum[i]), sedensque in excelso urbis loco[8]), devorat Chr parvulos et offendit, accepta clave de regno celorum, nec cu ipsamet intrare et volentes parvulos venire ad Christum pr hibet et non sinit. Ubi enim vocare ut mater pia ad arcem panem cottidianum[k]) et sacramenta debuerat, ibi repellit

---

24) Stulta mulier *A alia manu.*

a) Hoc *ed.* b) suum *add. ed.* c) seipsos *ed.* d) gregem *ed.* e) semetipsam *ed.* f) ad domos vel *om. ed.* g) dominus *(sic) ed.* h) sic *add. ed.* i) consecrato *A et ed.* k) verbi incarnati divid ibi ɔc. *ed.*

1) *Matth. XII. 34 et 33.* 2) *Cf. Marci IX. 18 (libere allatum).* 3) *Isaiae LVI. 10.* 4) *Cf. Philipp. II. 21.* 5) *Cf. Proverb. IX. 1—5 (lib allatum).* 6) *Cf. Eccli. XXIV. 24.* 7) *Cf. Proverb. IX. 13.* 8) *Cf. P verb. IX. 14.*

lisuadet sanctos simplices plebeios[a]) ab ecclesie acramentis[b]), quemadmodum in lamentacionibus Jeremie criptum est[1]): „Ubi lamie[c]) undaverunt mammas suas, lactaerunt catulos suos, filia populi mei crudelis, quasi strutio in leserto. Adhesit lingua lactentis ad palatum eius in siti, parvuli ecierunt panem, et non erat, qui frangeret eis.“ Hanc horrenlam abhominacionem est passim videre in dei templo, scilicet uod illi, qui deberent generare, opprimunt iam generatos, illi, ui deberent educare et nutrire, pre inedia fame mori permitunt et illi, qui sunt positi, ut[d]) dicant invitatis, ut venirent, lamant publice, quod venire ad cenam non debeant, qui inlucere et alios conpellere intrare sunt legati, itidem abducunt t repellunt venire volentes et intrare ad sacramenta[e]) cuientes.

Abhominacio in templo est omnis ficcio in sacerdoibus et prelatis, ut puta simulate virtutes in moribus, simulate iustificaciones[f]) in religione christiana, simulate[g]) exortaciones et predicaciones ac doctrine in[h]) verbo dei[i]), glorie grece[2]) vel[k]) ad modum gentilium admixte Jhesu Christi glorie n templo, gloria[l]) statuarum vel aliarum rerum sive magniicata et dilatata equipparataque glorie Jhesu Christi et ipsius lei pleno sacramento terribilique divino eius corpore et sanguine precioso, amare et[m]) colere plus aliquam creaturam vel equaliter quam Jhesum, dominum verum et rerum creatorem[n]). sta autem abhominacio magis dicitur[o]) simulacio, quia ibi simul[p]) nituntur yppocrite ceteri[q]) iungere[r]) tenebras cum lumine[s]), vicium cum virtute, Christum cum Belial[t])[3]), voluntque Christo aliqua incerta nobis ficta in operacione salutis hu-

24) Nota *A alia manu.*

a) *corr. A.* b) ab ecclesiae sacramentis *om. ed. (sic).* c) crudeles eis proponuntur, quae *add. ed.* d) *sup. lin. A manu auct.* e) ad sacra convivia *ed.* f) *corr. A.* g) et *seq. in ed.* h) erronea *add. ed.*, in *om.* i) palliata, non in vero eius sensu adducta *add. ed.* k) grece vel *om. ed.* l) gloria — amare et *om. ed.* m) vel *ed.* n) creaturam aequaliter iuxta J. Christum deum et verum hominem *ed.* o) videtur dici pessima simulatio hypocritarum *ed.* p) *om. ed.* q) conantur h. iungere *ed.* r) veritatem cum falsitate *add. ed.* s) lucem cum tenebris *ed.* t) spiritum veritatis cum spiritu mendacii *add. ed.*

1) *Thren. IV. 3—4.* 2) *Cf. II. Machab. IV. 15* (Graecas glorias optimas arbitrantur). 3) *Cf. II. Cor. VI. 14—15.*

mane inpudenter ac violenter sociare. Que simulacio vel ficci
quia hodie ad summitatem pervenit et ad excelsum urbis lo
cum [1]), ideo hodie, qui legit, intelligat abhominacionem in templ
positam [2]). Nichilominus [a]), cum [b]) inpie agent inpii, et non intel
ligent omnes inpii, sed docti intelligent [3]), id est [c]) docti a spirit
Jhesu Christi. Facta est namque ista abhominacio desolacionis ope
racionibus [d]) demoniorum secundum summam artem et subtilita
tem Sathane in omni genere seduccionis et decepcionis, ut si fier
potest [e]), eciam electi in errorem inducantur [4]), quatenus sic vindi-
centur hii [f]), qui grati non sunt Christo Jhesu pro se crucifixo [g]
sed magis per sua opera iniqua et vitam contrariam virtuti [h]), veri
tati et divine sapiencie [i]) rursum Christum Jhesum crucifigun
in semetipsis et ostentui habent [k]) [5]), et qui a veritate auditum
avertentes [6]), nolunt suscipere caritatem veritatis, sed exigent
ipsorum negligencia et torpore [mittet eis spiritum erroris i
seduccionem] [l]), sic ut decepti credant [m]) fabulis [n]) et incerti
fictaque mendacia imitentur [7]), et cetera.

[f. 248a] Capitulum quadragesimum tercium [o]).

*[Cur dicatur abominatio desolacionis. Item, Mysterium Bestia
et sapientia sanctorum discernens obedientiam erga pios rege
ab Antichristi tyrannide]* [p]).

Dicitur autem ista abhominacio desolacionis, quia pro
pter ipsam dominus Jhesus deseruit, licet ad tempus, suos eciar
electos et spiritus eius sanctus discipline et [q]) veritatis effugi
omne tale fictum vel simulatum et [auffert se] ab illis talibu
que sunt sine intellectu in templis cumulata [r]) [8]). Quapropter

---

22) Nota *A alia manu.*

a) cum n. *ed.* b) cum ipsis agent impie *ed.* c) qui scilicet . . sur
docti *ed.* d) operatione *ed.* e) posset *ed.* f) ii *ed.* g) vel ut de eiu
veritate sanctissima propalliata *add. ed.* h) Christi *add. ed.* i) ducur
add. ed. k) habentes *ed.* l) *voces uncis inclusas add. ed.* m) et cre
dant *ed.* n) mendacio et fabulis incertis, etc. *ed., cet. om.* o) *ita A*
Cap.m *(una manu et)* XLIII *(altera manu).* p) *ita inscr. in ed.* q) *om. e*
r) simulata *ed.*

1) *Cf. Proverb. IX. 14.* 2) *Cf. Matth. XXIV. 15.* 3) *Cf. Dani
XII. 10.* 4) *Cf. Matth. XXIV. 24.* 5) *Cf. Hebr. VI. 6.* 6) *Cf. II. Tim
IV. 4.* 7) *Cf. II. Thess. II. 10.* 8) *Cf. Sap. I. 5.*

t prius assumptum est [1]), ecclesia illa talis manet ad tempus deo dispensatum derelicta et desertata ab inhabitatore suo, cilicet spiritu Jhesu Christi. De qua desercione prophete sancti nulta sunt locuti, ut est illud Ysaie XXIII [a]) [2]): „Et erit in die lla: in oblivione, eris, o Tyre, LXX annis, sicut dies regis unus, ost LXX autem annos erit Tyro quasi canticum meretricis“, t cetera, ubi [b]) supra. De eadem quoque desolacione superius ta dicitur per eundem capitulo [c]) 5° [3]): „Et nunc ostendam vobis, uid ego faciam vinee mee: auferam sepem eius et erit in diepcionem, diruam maceriam [d]) eius et erit in conculcacionem. it ponam eam desertam, non putabitur et non fodietur: et suer eam ascendent vepres et spine, et mandabo nubibus, ne luant super [e]) eam ymbrem.“ De eadem desolacione loquitur eremias [f]) in Trenis, flens et dicens [4]): „Quomodo sedet sola ivitas plena populo: facta est quasi vidua domina gencium, rinceps provinciarum“ [g]). Et dominus ad idem in Matheo [h]) [5]): ,Ecce reli[n]quetur [vobis] domus vestra deserta“. Et Johanes, ıbi supra [6]): „Et abstulit me in desertum in spiritu“ [i]).

Mulier itaque, de qua sermo, visa est sedere „super bestiam“ [7]), id est super carnalium multitudinem christianorum, cui presidet et quam regit, que propter cupiditatem uam, luxuriam, voracitatem, rapacitatem, crudelitatemque iustissime dicta est bestia, maxime tamen ideo, quia prefata crimina alam operatur irrefrenate ac inpudice, cum iam homicidium, dulterium [k]) inhabundaverunt et sanguis sanguinem tetigit [8]), cum non occulte, sed in communitate [l]) et iactanter malum huiusnodi operentur letenturque, cum malefecerint, et exultent in ebus pessimis [9]). Et si quis inter eos christianus vel modico ufugerit ab illorum mala vita, mox fit preda ipsorum et non aciantur, derisiones, detracciones, contemptus, persecuciones t omnem crudelitatem in eum exercentes.

---

19) Bestia *A alia manu.*

a) XXIIII. *false A.* b) vide *ed.* c) capite *ed.* d) materiem *(sic) A.* e) *corr. A.* f) Hieremias *ed.* g) etc. *add. ed.* h) Matth. 12 *ed.* i) etc. *add. ed.* k) carnale et spirituale inundaverunt *add. ed.* l) in communi *ed.*

1) *v. supra p. 198.* 2) *Isaiae XXIII. 15; cf. supra p. 192.* 3) *Isaiae V. 5—6.* 4) *Thren. I. 1.* 5) *Matth. XXIII. 38.* 6) *Apoc. XVII. 3 (v. supra. p. 170).* 7) *Cf. Apoc. XVII. 3.* 8) *Cf. Oseae IV. 2.* 9) *Cf. Proverb. II. 14.*

Dicuntur igitur *bestia*, (1) tum quia publice et inpudic iniquitates operantur, (2) tum quia audacter devastant virtut et mores ecclesie, (3) tum quia furiose sanctos dei et innocent conchristianos[a]) persecuntur.

Et propterea dicitur eciam bestia *coccinea*, quod tantu valet dictu sicut cruenta, ad innuendum ipsius maiorem damp nacionem, quia sicut coccus est vestis rubra *bis tincta*, s istorum duplex dampnacio, et sunt rei duplicis gehenne, velu eos[b]) insidentes eis[c]) yppocrite effecerunt, desertum vel mar et aridam secundum ewangelium circumeuntes[1]). *Primo* mod enim sunt tincti sanguine, quia in semet sunt mali et malicia super maliciam continue addentes. *Secundo* sunt sanguino lenti, quia graciam dei per baptismum et post in vacuum ac ceperunt[2]), et per consequens rei corporis et sanguinis domini[3] rursum crucifigentes dominum Jhesum in semetipsis et ostent habentes[4]), et sic[d]) operti confusione quasi dyployde[5]), expec tant duplicem contricionem[e])[6]). Verumptamen tanto[f]) maio est iniquitas mulieris[g]) presidentis et per consequens dampnaci quam bestie, super quam sedet, quanto maior est iniquitas ho minis habentis racionem, quam bestie sine racione, et quant maior est malicia patris vel senioris, qui presidet et regit, qua filii vel subditi[h]) et iunioris, qui patrem et seniorem respic et imitatur.

Dicitur autem bestia „*plena nominibus blasphemie*“[7] quod tantum valet dictu, ut plena superbia et vana glori Omne etenim nomen, quod sibi christianus ex superbia nititu acquirere, ut per id[i]) habeat gloriam in hoc mundo[k]), est no men blasphemie Jhesu Christi, et omnis christianus, qui quer gloriam et laudem in hoc seculo, est plenus blasphemia Christ Nam unus princeps christianorum, unus dominus[l]), unus re unus doctor[m]), unus magister, unus pater, et si qua sunt simili

---

24) Nota de blasphemia *A duabus manibus.*

a) christianos *ed.* b) ei *ed.* c) *om. ed.* d) tunc *ed.* e) expe tatque eos duplex contritio *ed.* f) *in marg. A.* g) mulieris — iniquit *in ed. incuria om.* h) sic, etc. *ed., cet. om.* i) illud *ed.* k) vel si usu pat pro se illud, quod dei est *add. ed.* l) deus *ed.* m) unus doctor *om. e*

1) *Cf. Matth. XXIII. 15.* 2) *Cf. II. Cor. VI. 1* (ne in vacuum gr tiam dei recipiatis). 3) *Cf. I. Cor. XI. 27.* 4) *Cf. Hebr. VI. 6.* 5) *C Psalm. CVIII. 29.* 6) *Cf. Jerem. XVII. 18.* 7) *Cf. Apoc. XVII. 3.*

st dominus Jhesus crucifixus iuxta illud Mathei XX 3° [1]): „Vos utem nolite vocari Rabi: unus est enim magister vester, omnes utem [a]) vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis super erram: unus est enim pater vester, qui in celis est, et nullus lius in celo et in terra.“ Omnis igitur, qui in terra gloriatur e esse regem, ducem, principem, doctorem, magistrum, et ceera [b]), et inde nomen suum in terra vocavit [c]) et dilatavit, hic lasphemavit dominum Jhesum Christum et contradicit Jhesu Christo et hic est Antychristi. Et ille, qui maxime est talis, ro tempore est maximus Antychristus.

Sicut namque Jhesus [d]), quia maxime se ipsum exinanivit [e]) t humiliavit, „factus obediens patri usque ad mortem, mortem utem crucis; propter quod et deus exaltavit illum et donavit lli nomen [f]), quod est supra omne nomen, ut in nomine Jhesu mne genu flectatur [g]) celestium [h]), terrestrium [f. 248[b]] et inernorum“ [2]), ita omnis superbus, qui suam voluntatem sequitur t querit suum nomen glorificari et in suo nomine vivere, est Antychristus, ponens se ex adverso Jhesu Christo, e[s]t de soietate et regno Sathane et Antychristi, qui est rex super omes „filios superbie“ [3]), et ipse est nomine [i]) et facto blasphemus hesu Christi. Nomine dico ideo, quia seipsos [k]) amant et nomen uum extollunt [l]) vel amant exaltari in regno proprio [m]) Jhesu Christi, ubi deberet solum nomen Jhesu exaltari et celebrari; acto autem sunt blasphemi nominis Jhesu Christi, quia, ut prius lictum est, affirmantes se [n]) christianos esse et per consequens egnum et dominium Jhesu Christi, notorie et audacter iniquiates in familia Christi faciunt, per quod dant infidelibus et eccatoribus magnum Jhesu nomen ad blasphemandum secunlum scripturam, que dicit [4]): „Et nomen magnum meum propter [o]) vos blasphematur inter gentes.“ Omne siquidem, quod inique agit christianus in publico vel in communitate, est blashemia iniecta nomini christiano, quod Jhesus Christus, penes

30) Nota *A Alia manu.*

[a]) enim *ed.* [b]) et sanctissimum patrem *ed.* [c]) iactat *(sic) ed.* [d]) illic *(sic) ed.* [e]) - vi - *sup. lin. A.* [f]) etc., *ed., cet. om.* (- infernorum). [g]) flexatur *(sic) A.* [h]) *om. biblia.* [i]) nomen *corr.* nomine *A.* [k]) seipsum amat *ed.* [l]) extollit. Et tales amant ꝯc. *ed.* [m]) populi *(sic) ed.* [n]) sese *ed.* [o]) per *ed.*

[1]) *Matth. XXIII. 8—9.* [2]) *Cf. Philipp. II. 8—10.* [3]) *Cf. I. Machab. II. 47.* [4]) *Cf. Isaiae LII. 5.*

illud iudicium, quod dicit Sapiens[1]): „Secundum iudicem pop sic et ministri eius", iudex inpius habet[a]) ministros inpio Hoc vero, quod dicit: „Plena bestia nominibus blasphem conporta cum illa scriptura, que ante in eodem libro, XII capitulo[d]) ponitur, ubi dicitur[2]): „Et faciet", id est per pseu prophetam, „omnes pusillos et magnos, et[e]) divites et paupe et[f]) liberos et servos habere caracterem in manu sua dext aut in frontibus [suis][g]). Et[h]) ne quis possit emere aut vende nisi[i]) qui[k]) habeat caracterem bestie", id est sigillum domin regum, principum vel[m]) dominorum, „aut numerum nomi eius", id est pecuniam, nomen regni vel principatus co nentem.

Hoc[n]) itaque [est] plenitudo illa nominum blasphemie, scili quod omnes a minimo usque ad maximum obliti Christi[o]) Jhe sui unici et propriissimi domini, vel non digne ipsum glo ficantes, magnificant, glorificant dominium carnale, tremunt mirantur reges et presides huius mundi, nichil n nus omnino a gentilibus facientes. Ubi: „Reges gencium minantur eorum et qui[p]) potestatem exercent, benefici voc tur"[3]), illo verbo fideli, quod inmediate sequitur, omnino c culcato et contempto, quod dicit[4]): „Non ita erit inter v sed qui maior est vestrum, fiat sicut ministrator, et qui p cessor [est], fiat sicut minor." Ita vero bestia hoc regnum s in populo carnali christianorum vendicavit et sue potest subegit, ut nullus possit emere aut vendere nisi vel nomi insignitus vel titulo alicuius regis, principis vel domini. Et ill est [portare][q]) caracterem in fronte aut sigillum vel signet ipsius et illud tenere caracterem in dextera[5]), vel, habita manu sufficienti pecunia, habere[r]) probatam ymaginem re vel principatus et superscripcionem nominis eiusdem[6]). Quo

---

[a]) et *add. ed.* [b]) *in m. add. A alia manu.* [c]) XIIII° *(sic) A.* [d]) capite 14. *ed.* [e]) *om. ed.* [f]) *om. ed.* [g]) in fronte bestiae *ed.* [h]) *om. ed.* [i]) *ras. seq. in A.* [k]) quis *(sic) A.* [l]) vel potestatem *ed.* [m]) *om. ed.* [n]) Hoc *usque ad voces* superscripcionem nominis eiusdem *ed., ponens tantum:* qui more gentilium dominantur in populo dei, non t quam servi dei, sed haereditarii. [o]) *corr. A.* [p]) *sup. lin. add. A.* [q]) *ab editore suppletum.* [r]) *ita emend. ab editore;* habens *A et ed.*

[1]) *Eccli. X. 2.* [2]) *Apoc. XIII. 16—17.* [3]) *Cf. Lucae XXII. 25.* [4]) *Lucae XXII. 26 (libere allatum).* [5]) *Cf. Apoc. XIII. 16.* [6]) *Cf. Ma XXII. 20.*

uis[a]) talia nollet insequi vel contempneret, nichil poterit emere el[b]) vendere et hoc nec in[c]) spiritualibus nec in corporalibus.)uodsi quis vellet illa inpungnare vel contradicere, mox occietur. Et hoc est sapiencia sanctorum, id est sapienter circa ista st senciendum et loquendum, ne forte contingat contra scrituras sanctas obviare vel ordinacioni divine resistere, que icit[1]): „Reddite, que sunt Cesaris, Cesari, et que sunt dei, deo“; t iterum[d])[2]): „Omnis anima potestatibus superioribus[e]) subdita it“; atque iterum[f])[3]): „Humiliamini omni humane creature ropter deum sive regi tamquam precellenti sive ducibus quasi b eo missis“, non enim ista talia in re publica christiana sunt ondempnanda[g]) vel turbanda[h]), sed docendus est populus hristianus, quod primum[i]) et ante omnia Christo Jhesu it subditus et illum et[k]) maxime portet et glorificet in corpore uo, sibi ex animo obediat et eius preceptis, dehinc omnibus uis superioribus obediat propter Christum Jhesum in illis. ue[l]) promovent ad Christum vel que non contradicunt virutibus et sapiencie Christi Jhesu, quoniam in veritate ad hoc olum sunt positi reges et principes christiani, ut promoveant n populo christiano Christi sanguine redempto non se ipsos, ed amorem et timorem Jhesu Christi. Et ideo quicumque rex el dominus illud exequitur fideliter, beatus est in facto suo, t[m]) qui suum omne regnum vel principatum vel dominium ontinue dat Jhesu Christo et in veritate congnoscit, quod quiduid sortitur laudis vel glorie a suis subditis, hoc solum omiino habet a Christo Jhesu et in nomine suo, qui subdit[n]) opulum[o]) suum sibi et sub eo[4]), et non nomini suo quiduid[p]) attribuit, sed Christum laudat, Christum glorificat tota[q]) lie et ad hoc ipsum suos populos fideliter dirigit et hortatur,

---

19) De principibus *A et alia manu infra:* Principes. Nota.

[a]) vellet eos reducere vel arguere *ed.* [b]) neque *ed.* [c]) tam de p. quam secularibus *ed.* [d]) Et Pauli dicentis *ed.* [e]) sublimioribus *biblia t ed.* [f]) Petri dicentis *add. ed.* [g]) *post hanc vocem in A signum* ‖ *sequiur, sed nihil add. est; cf. notam sequentem.* [h]) cum sunt ordinata a deo *dd. ed.* [i]) Christum *false ed.* [k]) *om. ed.* [l]) *corr. A.* [m]) et — in iomine suo *om. ed.* [n]) et subiicit *ed.* [o]) populum deo, et non ɔc. *ed.* [p]) quicquam *ed.* [q]) tota vita sua, sciens, quod ipse Jesus crucifixus st rex regum ɔc. *ed.*

[1]) *Lucae XX. 25.* [2]) *Rom. XIII. 1.* [3]) *I. Petri II. 13.* [4]) *Cf. Psalm. CXLIII. 2* (qui subdit populum meum sub me).

ut maxime et solum Christus Jhesus crucifixus ametur e timeatur, qui proprie et essencialiter est rex regum et dominu dominancium [1]), quicumque est vel fuit talis rex vel princep sic fidelis domino suo Jhesu Christo, non est bestia nec d corpore bestie prenotate reputandus.

[249[a]] **Capitulum quadragesimum quartum** [a]).

[Expositio spiritualis decem cornuum et septem capitum bestiae] [b]).

Ponitur autem hec eadem bestia habere septem [c]) capit et cornua decem [2]). Hoc ponitur ad ostendendum, quo mod talium gens sit dilacerata et divulsa et supramodum te ribilis et crudelis et non unum aliquod caput habens, sed mult per que non quidem regitur in iusticiam et virtutem [d]) aut se cundum legem divinam vel humanam aliquam racioni [e]) con sentaneam, sed solum ut bestia affeccionibus et fortitudine cru deli; non dirigitur ad voluntatem dei, sed solum secundum su cornuta capita, suas delicias, avariciam et tepiditatem adin plendam.

Multa etenim sunt in christianitate regna, multi prin cipatus et ducatus, nullum habencia respectum adinvicem, nul lam concordiam, nullam connexionem in tempore hoc, cui ist visio bestie est coaptata, sed magis scissa ab invicem pro pter negligenciam inperii et inobedienciam ac dis cessionem, ymmo sunt contra alterutrum divisa et advers in tantum, ita [f]) ut mutuo se exicialiter et inplacabiliter de struant usque modo tanta crudelitate et tanta strage, ut no sint vise [g]) maior[es] ab inicio mundi, nec [h]) umquam post sin future, videlicet in populo unius religionis et unius dei et do mini Jhesu Christi, per hoc deteriores se esse [i]) exhibentes om

---

9) Nota *A alia manu et ad calcem fol. super. (abscissum):* Nota ber totum. 23) Nota. Heu *A alia manu.*

a) *ita A in m:* Cap.m XLIIII *(duabus manibus).* b) *ita inscr. ed.* c) *post corr. A.* d) in iustitia et virtute *ed.* e) rationem *ed.* f) *om. e* g) visa *corr.* vise *A.* h) nec — videlicet *om. ed.* i) se esse regibu praeferunt, utpote oc. *ed.*

1) *Cf. I. Tim. VI. 15.* 2) *Cf. Apoc. XIII. 1.*

bus regnis et populis gencium precedentibus ab origine mundi, ıe sub variis regnis prefuerunt, utpote sub regno Caldeorum, ersarum, Syrie[a]), Romanorum, in quibus numquam visum vel ıditum est simile, quod puta populus unius et eiusdem dei nulator, una lege, una fide, uno sacerdocio actus et[b]) guberıtus, tantas strages, tanta scismata et sediciones[c]) contra alterrum exercuerit[d]), sicut temporibus istis est totum visum et pletum. Et[e]) idcirco merito veritas[f]) istam novissimam tribucionem talem et tantam esse futuram prophetavit[g]), qualis ımquam precessit a tempore, quo homines esse super terram ceperunt[h]), nec umquam usque ad finem mundi post fuıram [1]).

Enimvero ponuntur septem capita hic pro diversitate ulta capitum, similiter et[i]) decem cornua pro omni numero ɔtestatum secularium belligerarum secundum modum scripture ias loqui consuetum [2]). Potest tamen hic adici, quod ideo ɔnuntur septem, ut sic tangatur numerus septenarius capitalium ciorum vel septem spirituum nequiorum, quibus ista bestialis ultitudo agitatur et gubernatur. Licet enim quodlibet regnum populus moderni seculi fere omnibus criminibus est repletus, chilominus tamen est videre miro modo quodlibet regnum agis in uno vicio mortali laborare, ut Francigene in ıperbia, Flandri et Renus[k]) in luxuria, Almani vel Teuto[n]ici avaricia, Bohemi et Poloni in gula, et ita de aliis, si bene ngula contemplentur.

Et eadem de causa ponitur hec bestia habere decem ɔrnua eo, quod frontose dominum Jhesum contempnens, dei ›sius decem precepta expugnat et conculcat, omnem numerum iciorum per hoc ipsum incurrendo.

Non enim debet cuipiam esse dubium, quod omnia, que ic in bestia exprimuntur, ad malum[l]) suam interpretacionem ɔrciuntur. Verbum enim divinum propter precisionem et quodam conpendium in omnibus utiliter apunctatum[m]) (quamquam[n])

---

13) Caput, cornu[a] *A alia manu.*

[a]) Macedoniae et Romano *ed.* [b]) actus et *om. ed.* [c]) unquam *ıd. ed.* [d]) exercuerunt *ed.* [e]) *om. ed.* [f]) verbis *ed.* [g]) prophent *ed.* [h]) coeperunt *ed., cet. om.* [i]) *om. ed.* [k]) Australes *ed.* malam *ed.* [m]) punctatum *ed.* [n]) *ita ed.;* sed *A.*

[1]) *Cf. Matth. XXIV. 21.* [2]) *Cf. Apoc. XVII. 12.*

omnia aguntur in humanis et temporibus mensurantur) s per septem designare[a]) totum tempus hominum eo, quod per septem dies transcurrat et meciatur. Ita eciam omnia que ad numerum concurrunt et per numerum discernun solet[b]) per decem vel per denarium designare[c]), quod[d]) omnes numeri per denarium discurrant et revolvan Verbi gracia primo unitates X faciunt denarium, dehinc d decem faciunt XX et tres denarii XXX, et sic de aliis[f]), et denarius volvitur usque ad centum, et iterum a centum de rius revolvitur[g]) usque ad mille, dehinc denarius per n iteratur usque ad X milia, et cetera.

II. Sic itaque bestia distincta, iterum ad mulierem dam bilem, que bestie presidet, redeatur[h]). Que ideo sedere su bestiam dicta est, quia quasi[i]) sacerdotes et clerici, p quam sunt a spiritualibus[k]) desolati propter abhominacion templo multitudinem et ad terram, id est ad terrena, det per caudam draconis [1]), tunc demum innitenciam et quieten diviciis et super potestate divina[l]) terrena et mundi honore[n et gloria[m][n]) [querunt], que primum et maxime continent, gunt et defendunt; distribuunt atque donant reges, principe domini huius mundi, id est[o]) hominum amancium vitam h mundi et pertinencium ad hunc mundum. Et ex hoc cleric sacerdotes[p]) sunt facti molles et inconstantes, pusillanimes que effeminati, propter que veritas divina [per] mulierem nicariam eos voluit indicare.

Et nota hic, quod hec mulier super bestiam sedere visa id est quiescere [in] superbia et inniti, non autem bestiam re vel gubernare, quoniam est bestia sic capitosa, id est n torum capitum, et sic cornuta, id est rebellans cuiuslibet r mini, quod nequaquam apta est, ut regatur vel per capist vel per lorum. Oportet namque esse unum caput et u corpus vel maxime duo, ut iumenta sint[q]) apta regi[mini] minum. Sed nullum horum est ista bestia [f. 249[b]], sed om

33) Nota totum *A ad calc. fol. super.*

a) designari *ed.* b) solent *ed.* c) per decem designari *ed.* d) quanto *seq. in A.* e) bis *ed.* f) etc. *ed.* g) d. r. *om. ed.* h) deamus *ed.* i) quod *A.* k) a spiritu Jhesu *ed.* l) *om. ed.* m) hono n) quaerunt *add. ed.* o) id est — mundi *om. ed.* p) successore sacerdotes *ed.* q) sunt *A.*

1) *Cf. Apoc. XII. 4.*

onstrum horribile, per hoc designans, ut dictum est, populum timum, horribilem, divulsum et distractum, rapacem, crudem et superbum, solum in eo ipso concordem, quod scilicet nt bestia, id est quod aguntur motu bestiali, et in illo eciam, ıod omnes sunt dicti christiani et quia[a]) inique viventes, conario modo virtuti, veritati et sapiencie Jhesu Christi, nichiloinus de nomine christiano sibi blandiuntur et gloriantur, ac si nristus Jhesus esset ipsis similis et consentaneus eorum vane te et nequicie. Propterea dicta est bestia esse plena nominiıs blasphemie [1]).

Sicut vero bestia hec capitosa et cornuta prorsus inepta est l regendum, tum quia multa habet capita, tum quia multa [habet] ›rnua, tum quia bestia est indomabilis et monstruosa, ita eciam ›c mulier adultera, mollis, inconstans et timida, que se poıit ad sedendum et fornicandum, minime valet bestiam ›gere, ymmo nec eciam auderet attemptare, que non esset[b]) ›ta equum, asinum vel bovem aut aliud iumentum gubernare. : hoc (1) vel ideo, quia est sue muliebritatis et confusionis rnicarie conscia, ideo erubescit, — at[c]) utinam erubesceret nominie sue meretrix oblivioni tradita et summeret canticum ›cundum superius allegata et circu[m]iens[d]) canticum frequenret[2]), linquens insidere bestie, si forte eius fieret memoria ›ut sponsum suum et ducem pubertatis sue[3]) — (2) vel eciam eo ad nullam presumit partem bestiam saltem tenuiter in›ctere, quia scit, quod bestia in quiete[e]) sessionis et bonis sui ›rporis eam supportat, ne irata, furiosa et superba bestia ipsam ıeretricem excuteret et cornibus laceraret.

Quapropter non sicut modo wlt[f]) clerus et sacerdotes, ı volunt reges, principes et[g]) milites, sed sicut volunt reges, dices et milites, illinc portantur clerus[h]) et sacerdotes, neıe timent reges, barones et presides seculares clerum et sa›rdotes, sed [e] converso clerici et sacerdotes timent et treıunt coram regibus et principibus et minimis satrapis huius

1) Nota *A alia manu.*

[a]) nomine tantum, sed *ed.* [b]) est *ed.* [c]) Ac *ed.* [d]) circumiens *ed.* [e]) inquietae *ed.* [f]) volunt *ed.* [g]) et domini barones, illic portantur clerus ɔc. *ed.* [h]) reges *corr.* clerus *A sup. lin.*

[1]) *Cf. Apoc. XVII. 3.* [2]) *Cf. Isaiae XXIII. 16.* [3]) *Cf. Proverb.* *. 17.*

mundi. Et inde est hodie[a]), quod tyranni huius modi feralit sibi subiciunt et dilacerant vulgus plebeium[b]) christianum, nul audente contra mutire vel latrare[1]).

Verumptamen iuste contingit[c]) mulieri, quia der liquit Jhesum crucifixum et ipsius celestes delicias simul et c vicias, dereliquit, inquam, ducem pubertatis sue et pacti dei s oblita est[2]), qui eam fecit, creavit et portavit[d]), enutrivit exaltavit[3]). Ipsa vero, adhuc existens dilecta et unica, cu fuisset frumento, vino et oleo[4]) ditata et gloriosa effecta, vesti bysso[e]) et purpura[f])[5]) sicque inpinguata, incrassata, dilatat recalcitravit dereliquitque deum, factorem suum[6]), ideoque da est ad manum fortem, de qua resurgere non poterit. Et qu non satagit sponte esse subiecta sponso suo, sed facit id, quo wlt, nequaquam eciam potest regere, prout vult, et quia deu suum non timuit[g]), ideo habere oportunitatem [oportet][h]), ut b stiam timeat[i]). Et quia noluit portare et glorificare Christum Jh sum in corde suo neque portari ab eodem[7]), ideo non inpune monstruosa bestia indiget supportari. Et quia noluit inhere uni[k]) suo capiti et sue glorie, Jhesu crucifixo videlicet, neq digne regi ab eodem, ideo necesse habet multis capitibus ag tari per diversa. Et quia non fuit gratissima Christo Jhesu, s dilecto, florido, candido et rubicundo[l])[8]), ideo data est in man bestie dupliciter, id est valde nimis cruentate. Et quia corn salutis erectum in domo David[9]) non curavit tenere, quo v leret potestates et rectores tenebrarum[10]) expugnare racion biliter, decem a cornibus se expectat in diversa discerpi et ve tilari[11]), donec ad plenum sue fornicaciones[m]) multe[n]) nim vindicentur[o]), ut tandem aliquando[p]) fatigata, sui primi v recordata[q]), Jhesu crucifixi, ad dominum deum suum humilit

---

a) factum *ed.* b) plaebium *ed.* c) contingunt *(sic) A.* d) i.: h meris suis, insuper *add. ed.* e) bis tincto bysso *ed.* f) discolorataq varietatibus *add. ed.* g) nec honoravit *add. ed.* h) oportet *add. ed.* i) et honoret *add. ed.* k) *corr. A.* l) sponso *add. ed.* m) perfectionis n) multo *ed.* o) vindicetur *ed.* p) *om. ed.* q) recordetur *ed.*

1) *Cf. Isaiae LXI. 10* (canes muti non valentes latrare). 2) *Cf. P verb. II. 17—18.* 3) *Cf. Isaiae I. 2.* 4) *phrasis biblica frequens, cf. Psal IV. 8.* 5) *Cf. Ezech. XVI. 13, etc.* 6) *Cf. Deuter. XXXII. 15; sequen quoque vocibus biblicis resonant.* 7) *Cf. Cor. VI. 20.* 8) *Cf. Cant. V.* 9) *Cf. Daniel. VII. 8.* 10) *Cf. Ephes. VI. 12.* 11) *Cf. Apoc. XVII. sed voces singulae aliis de locis bibliae desumptae sunt.*

vertatur iuxta testimonia omnium prophetarum. Sume igitur erum ut prius citharam[1]), et non sedeas super bestiam, meretrix blivioni tradita, bene cane[2]), dicens[3]): „Super flumina Babynis, illic sedimus et flevimus, dum recordaremur tui“[a]). „Freuenta canticum, ut memoria sit tui.“

Capitulum quadragesimum quintum[b]).

[De apostasia sacerdotum et quod suo vitio sunt mali][c]).

Advertendum est hic eciam, quod g e n t e m a p o s t a t r i em s a c e r d o t u m e t c l e r i c o r u m exprimit [per] m u erem, que[d]) est unius capitis et conposicionis, licet inpuicicie exposite, tamen alias pulchre. In quo ostenditur, quod icerdotes sancte ecclesie, quamvis quomodolibet sint ambionibus et suis cupiditatibus prostituti in animo et in mente itrinsece, tamen, de gracia Jhesu Christi, e x t e r i o r d e c o r et rdo atque potestas, auctoritas manent in suo statu, utpote in onsuetudinibus sanctis, in communitate, in observanciis, in saamentis, in doctrinis sanctorum [f. 250[a]] et scripturis, in fide legibus. In omnibus, inquam, talibus extrinsecis decor et icies et ordinacio sancte ecclesie relucet valde remota et disreta a ritibus funestis gencium et Judeorum vel Saracenorum, cut paulo post dicitur in descripcione ipsius amictus et oratus: „Et mulier“, inquit[4]), „circumdata erat purpura et cocno“. Non enim hic dicitur esse coccinea[e]) mulier prout bestia, ed circumdata coccino, et ideo, sicut ibi coccinum est sumpm in malum, ut dictum est superius[5]), ita hic sumitur in boum, id est aspersio sanguinis Christi[6]) in omnibus ornamentis,

8) Nota *A alia manu.* 12) Nota totum *A.*

[a]) Sion *add. ed.* [b]) *ita A in m.:* Cap.[m] XLV *(duabus manibus).* *ita inscr. in ed.* [d]) quae licet pulchra sit et compta exterius et ornaentis viri sui, id est sacramentis vel aliis speciebus sanctitatis et doctrinis, ripturis et legibus, intus tamen in animo sunt prostituti depravata fide, ipiditate et seculi ambitione, vita et moribus. Sicut enim pulchritudo et aturalia in muliere meretrice non sunt a meretrice oc. *vide infra p. 214, n. 16; ita ed.* [e]) esse *seq. in A, sed del.*

[1]) *Cf. Isaiae XXIII. 16.* [2]) *Psalm. CXXXVI. 1.* [3]) *Isaiae XXIII. 16.* [4]) *Apoc. XVII. 4.* [5]) *v. supra c. 43, p. 204.* [6]) *Cf. I. Petri I. 2.*

quibus ipsa utitur ad ornatum. Et sequitur[1]): „Et inaurata au et lapide precioso et margaritis.“ Ecce, ornamentum fornica mulieris non suum, sed sponsi, non ab ipsa, neque ex ipsa, s a Christo Jhesu et ex Christo. Ordinatum est igitur semp sacerdocium sancte ecclesie dei dono et ornatum, propter qu dicta est „mulier induta purpura“, et cetera.

Non autem [mulier fornicaria] dicta est bestia multoru capitum, quoniam non habet ecclesia plura capita, pr sertim in sacerdotibus, sed semper unum caput, est Christum Jhesum essencialiter, et tunc caput post vicariu scilicet papam sanctum. Propter quod semper est unica d mini sponsa ecclesia una, et quoad hoc et quoad electos d domini Jesu[a]) spiritus nequaquam deseruit eccl siam, scilicet quoad sacramenta et quoad unitatem fidei et ea, que [sunt] intrinseca ecclesie et essencialia. Sicut enim pulch tudo et naturalia in muliere meretrice non sunt a meretri sed a deo suo, sed solum mala voluptas et abusus[b]) pulch tudinis et bonorum naturalium, ita pulchritudinem ecclesie cetera bona eius non sustentant yppocrite, sed solum domin Jhesus et spiritus eius, iuxta quod scriptum est Job XXVI[c]) „Spiritus domini ornavit celos“, et alibi[3]): „Verbo domini c firmati sunt et spiritu oris eius omnis virtus eorum.“ Sed y pocritarum est solum[d]) iniquus animus et abusus eorum, q sunt Jhesu Christi. Et sicut a muliere adultera, dum solu mala voluntas[e]) tollitur fidesque[f]) et dileccio ad suum sponsu vivificatur, sine omni[g]) mutacione de turpissima et spurtic sima meretrice fit pulcherrima et gratissima coniunx suo vi qui eam libenter suscipit[h]) semper penitentem, ita sacerdoten vel multitudinem sacerdotum non facit aliud funestam mer tricem nisi animus ipsorum perversus[k]) et mala vita[l]). Qua sola mutata per dextram excelsi, illico de turpissima adulte

---

31) Nota *A alia manu.*

a) dominus Jhesus nequaquam spiritus *(sic) A.* b) perversa volun et abyssus *ed.* c) *posterius add. A, om. ed.* d) solus *ed.* e) fornica *add. ed.* f) — que *om. ed.* g) *ras. A.* h) susciperet *ed.* i) sacerdo non facit ɔc. *ed.* k) fucus meretricis Jezabel, superadditus supra ornamе sui sponsi Christi Jhesu *add. ed.* l) ipsorum *add. ed.* m) His tribus latis et mutatis per dexteram excelsi ɔc. *ed.*

1) *Apoc. XVII. 4.* 2) *Job XXVI. 13.* 3) *Psalm. XXXII. 6.*

inpudica[a]) fiet[b]) Christo Jhesu sponsa et decora, omni apıratu reliquo bene stante[c]). Quapropter iterum[1]): „Sume cyaram, [circui civitatem], meretrix oblivioni tradita: bene cane, equenta canticum, ut memoria sit tui.“ Invitat et vocat enim dominus deus tuus, amator tuus et sponsus, Jhesus crucifixus.

Non autem pari modo est senciendum de bestia, cui indet meretrix, nam illa est tota horribilis et monstruosa, quia talibus, quos bestia hec designat, sunt mores et consuetunes publice omnino gentiles; itaque quoad ea, que ipsorum ınt propria, totaliter forma gencium in ipsis apparet, sed adıc multo peiores mores et habitudines, quam in gentibus visi el auditi, ut pridem est persuasum. Et idcirco, si et quando l Christum Jhesum debent huiusmodi reverti, ut de ipsis est rophetatum[2]), oportet non solum animos ipsorum i[m]mutari, d ritum omnem, eciam extrinsecum, habitum suum procacem et ıpudicum, crudelem et rapacem, et multa in unum solum cornu lunare et ex septem capitibus colligere et formare unum soım caput, ut sic deponendo omnem faciem et mores ac motus estiales regenerentur, redeantque in[d]) antiquam dignitatem[e]), t sint iterum genus electum, regale sacerdocium, gens sancta, opulus acquisicionis, ut virtutes Jhesu solius[f]) an[n]unccient[3]), t de cetero non in suo nomine nec in suis titulis, sed in[g]) dei t domini sui Jhesu Christi nomine glorientur.

Capitulum quadragesimum sextum[h]).

Damnatio meretricis magnae et abominatio extremis temporibus superabundans][i]).

Nunc liceat redire iterum ad distingwendum indumentum el ornatum[k]) mulieris superius conmentatum[4]).

---

28) Nota totum *A*.

a) *corr. A;* meretrice *add. ed.* b) fieret *ed.* c) dilecta sponsa, ęteris ad voluntatem ipsius sponsi bene stantibus *ed.* d) ad *ed.* e) ad eum ipsum *add. ed.* f) solum ipsius *ed.* g) *om. ed.* h) Cap. XLVI. *a A alia manu in m.* i) *ita inscr. in ed.* k) ornamentum *ed.*

1) *Isaiae XXIII. 16.* 2) *Cf. II. Petri III. 9:* „Non tardat dominus romissionem suam, sicut quidam existimant, sed patienter agit propter vos, olens aliquos perire, sed omnes ad paenitentiam reverti.“ 3) *Cf. I. Petri II. 9.* 4) *v. supra p. 193.*

Notandum[a]) hic diligenter, quod sicut omnia, que hic bestia monstruosa dicta sunt, singula exprimunt magnam ira dei super iniquos christianos, presertim rectores seculares cu ipsorum subditis, ita eciam omnia per totum, que dicuntur muliere[b]), dei iram et horrendam dampnacionem loquunt indignorum sacerdotum et clericorum, et precipue rectoru vel eorum, qui[c]) deberent se et alios gubernare. Quapropt premittitur notanter in spiritu dictum ad Joan[n]em[1]): „Ve ostendam tibi dampnacionem meretricis magne." Hic ponit una excepta et singularis dampnacio, quam[d]) videndu tunc invitabatur ewangelista et nunc invitantur vel precipiu tur[e]) ad idem hii, qui sunt aquile ad volandum, qui habe unctos oculos collirio ad videndum[f])[2]) et aures ad audiendu si forte ipsi non fornicentur [cum meretrice et non recedant a[h]) deo Jhesu suo et evadant illam dampnacionem perhorrenda Minor siquidem est dampnacio [f. 250[b]] Sodome et Gomorre et omnium aliarum civitatum ab origine mundi, minor dam nacio Jude proditoris[4]), Neronis, horrendi peccatoris, Symon magi scelestissimi[5]), et omnium ultra omnes homines nequa hominum, quam dampnacio huius meretricis, quia est ex or nibus illis conglobata, sicut malicia ipsius est ex omnibus m liciis precedencium congregata.

Et idcirco eciam dicitur „meretricis magne"[6]). (1) N solum autem hoc dicit propter nimiam multitudinem et mag tudinem membrorum meretricis vel personarum suppositoru que ipsius, sed maxime hoc dicitur ob magnitudinem sceler sui et multitudinem contemptus dei summi; eapropter non citur „mulieris magne", sed „magne meretricis." (2) Vel h determinacio „magne" referatur ad magnam fornicacionem multam et non solum ad mulierem magnam. Hec est en iniquitas nequissimorum yppocritarum, clericorum et sacerdotu

---

16) Nota *A alia manu.*

[a]) ergo *add. ed.* [b]) meretrice *add. ed.* [c]) *ras. A.* [d]) ad quam [e]) vel pr. *om. ed.* [f]) clare *add. ed.* [g]) *ita ed.; in cod. A miro m omittitur.* [h]) a sponso suo Jesu Christo *ed.*

[1]) *Apoc. XVII. 1.* [2]) *Cf. Apoc. IV. 7* (aquila volans) *et Apoc. III.* (collyrio inunge oculos tuos, ut videas). [3]) *Cf. Genes. XIX. 1 sq.* [4]) *Matth. XXVII. 3.* [5]) *Cf. Act. apost. VIII. 20.* [6]) *Scilicet:* „Ostend tibi damnationem meretricis magne", *Apoc. XVII. 1.*

que non tantum adinpleta esse dicta est a veritate, ut iniquitas yppocritarum scribarum et Judeorum phariseorum, ubi scriptum est[1]: „Vos inplete mensuram patrum vestrorum", sed dicta est ista modernorum iniquitas alias fornicacio superhabundare, ut sic magna esse demonstretur, quod super alias omnes precedentes malicias hominum et communitatum et super omnem modum et mensuram sit inundans. Ideo deus[a]) dixit[2]): „Et[b]) refrigescet caritas et superhabundavit[c]) iniquitas multorum."

Nam magna plane iniquitas est veritatem dei in iniusticiam[d]) detinere[3]), bonitatem ipsius negligere, veritatem ipsius obpungnare[e]), ut fecerunt gentiles in lumine naturali. — Sed maior est[f]) iniquitas eorum, qui [non sunt veriti][g]) simul et veritatem iam a deo acceptam, sapienciam et mandata contempnere[h]) et nunccios[i]) veritatis, promotores dei[k]) preceptorum[l]) fideles, obpugnare, persequi et trucidare, ut fecerunt nequam Judei reges[m]) et eorum conplices sanctis prophetis et iustis[n]). — Sed iniquitas plena et maxima est veritatem dei et iusticiam contempnere, simul et fideles precones veritatis iugulare[o]), et ad cumulum omnium deum et dominum omnis veritatis et omnium prophetarum in sua persona occidere. Et talis est iniquitas sacerdotum et scribarum Judeorum, qui Christum Jhesum, regem glorie, occiderunt. — Supermaxima iniquitas et superplena[p]) est veritatem dei et dei virtutem et sapienciam offendere et contempnere, nunccios et precones eius fideles persequi et occidere et Jhesum crucifixum iterum[q]) crucifigere, occisum superoccidere et consputum et conculcatum pro se et pro suis peccatis iterum conspuere, conculcare[r]) et lapidare superque dolorem vulnerum eius iterum addere vulnera multo[s]) peiora[t])[4]) et hec omnia facere cum certa fide et sciencia, quod Jhesus est iam in gloria dei patris. Et ista est iniquitas

---

9) Nota *A alia manu.*

a) dominus *ed.* b) *om. ed.* c) superabundabit *ed.* d) in iniustitia *ed.* e) *post corr. A.* f) *om. ed.* g) *add. ab editore.* h) contemnunt *ed.* i) inimicos *(sic) ed.* k) Jesu *ed.* l) *corr. A;* praeceptorumque eius *ed.* m) gentium *add. ed.* n) caeteris iustis *ed.* o) in terra omnium domini et dominum oc. *ed.* p) superabundans *ed.* q) *ras. A.* r) et c. *ed.* s) multa *ed.* t) maiora *corr.* peiora *A.*

1) *Matth. XXIII. 32.* 2) *Cf. Matth. XXIV. 12:* „Et quoniam abundavit iniquitas, refrigescet charitas multorum." 3) *Cf. Rom. I. 18.* 4) *Psalm. LXVIII. 27.*

et talis[a]) christianorum impiorum[b]). Propterea scriptum est[1] „Inpos[s]ibile est enim eos, qui semel sunt illuminati, gustaveru eciam donum celeste et participes sunt facti spiritus sancti, g staverunt nichilominus bonum dei verbum virtutesque secu venturi, et prolapsi sunt, rursum[c]) renovari ad penitenciar rursum[d]) crucifigentes sibi filium dei et ostentui habentes.“ alia scriptura dicit[2]): „Et super dolorem vulnerum meorum a diderunt.“ Et[e]) hec talis est iniquitas christianorum. — Adh multo magis superplena et superhabundans est iniquit hec omnia facere scienter et in publico et[f]) per multos vel p communitatem et esse auctores illius per dissimulacionem exemplum, ut alii faciant. — Et adhuc nimis magis supe habundans, hec talia faciendo contempnere vel nichili duce aut modicum et leve reputare, et sic irritare dominum deu suum, dicendo: „Non requiret“[3]), et cum hoc sortiri[g]) gloria et honorem iustorum et sanctorum, id est hec talia facienc honorari[h]) ab hominibus[i]). Adde istis hoc communiter fieri in summo vel in summis collegiis et ecclesiis, propter quod subditis et a vulgo christiano tantam et talem iniquitatem or nino nichil esse reputari vel, quasi esset bene factum, estima occasione nacta a suis superioribus. Et hec talis iniquitas e modernorum clericorum et sacerdotum[k]).

Adhuc: magnum est peccatum contra filium vel in deu filium, quod fit per ignoranciam. Quod plurimum comittun plebei et rudes christiani. — Maius peccatum est in deum p trem, quod fit cum sciencia, sed per infirmitatem. Quod co tigerit[m]) in vulgo hominum nobilium vel alias[n]) provectoru et excellencium in lumine racionis. — Sed maximum pecc tum est, quod [fit in][o]) spiritum sanctum et cum certa scienc peccati et cum assistencia donorum spiritus sancti habundanci pro adiutorio proprie infirmitatis et pinguius et[p]) ex officio

---

a) et talis *om. ed.* b) praepessima *ed.* c) rursus *ed.* d) rursu — habentes *om. ed.* e) *om. ed.* f) *corr. A*; et — communitatem *om.* g) appetere *ed.* h) pro sanctis haberi *ed.* i) et quaecunque m faciunt, dicunt se bene fecisse. Et haec talis ɔc. *ed.* k) licet magn peccatum sit plebium, qui ex ignorantia peccant in filium dei. Maius ɔc. l) *ita corr. ab editore;* dimittunt *corr. sup. lin. A.* m) contingit *ed.* n) h. nob. vel alias *om. ed.* o) *add. A sup. lin.* p) sicut pignus *ed.*

1) *Hebr. VI. 4—6.* 2) *Psalm. LXVIII. 27, l. c.* 3) *Cf. Psalm. X.*

x pacto dei et ex professione[a]) et ex certo contemptu vel pretu[b]) bonitatis divine et propter quandam[c]) familiaritatem t consuetudinem graciarum et[d]) carismatum domini Jhesu[e]) et ilescencia[f]) bonitatis. Et istud tale et tantum peccatum est t[g]) iniquitas clericorum et sacerdotum moderni et ultimi seculi. :t talis atque tanta est dampnacio magne meretricis huius, de ua sermo, qui dicit[1]): „Veni, ostendam tibi dampnacionem neretricis magne"[h]).

Omnia igitur, ut pridem assumptum est, que postea diuntur, [f. 251[a]] exprimunt ipsius d a m p n a c i o n e m et magnam ram dei. Et hoc, quod „sedet super aquas multas"[2]), id est poulos multos regit, venit ad dampnacionem eius nimis magnam, um „durissimum iudicium cum hiis, qui presunt, fiet"[3]) et „poentes potenter tormenta pacientur"[4]). Et hoc ipsum, quod adlit[5]): „Cum qua fornicati sunt et reges [terre] et [inebriati sunt] lli, qui inhabitant terram", simul et hoc, quod infertur[6]): „De ino prostitucionis eius", et illud eciam, quod desertata[i]) est lomus dei per ipsam[7]), quia ipsa est simul abhominacio in emplo dei[8]), vel[k]) ipsa est, que constituit illam abhominaionem desolacionis, propter quam spiritus Jhesu, qui effugit ictum et auffert se eciam a cogitacione, que est sine intellectu[9]), leseruit suum templum vel domum dei, factam iam domum iegociacionis et speluncam latronum[10]) atque habitancium[l]) denoniorum[11]) et septem nequiorum spirituum[12]). Mundi sunt nim ipsius oculi secundum prophetam[13]) et iniquita[te]m[m]) aspiere non potest, quoniam non volens iniquitatem deus ipse est, uare prefata abhominacio dicta est desolacionis, quia recelente spiritu Jhesu omnia manent desolata et destructa.

Et illud, quod „s e d e t"[14]) d u l c i t e r quasi in lectum missa[15]), d est requiescit super tam horribilissimam bestiam et non hor-

---

27) Nota *A alia manu.*

[a]) dei *add. ed.* [b]) spiritu *ed.* [c]) generandam *(sic) ed.* [d]) *om. ed.* [e]) *lacuna seq. in A.* [f]) vilescenciam *ed.* [g]) *om. ed.* [h]) etc. *add. ed.* [i]) deserta *ed.* [k]) et *ed.* [l]) habitationem *ed.* [m]) ad i. *ed.*

[1]) *Apoc. XVII. 1.* [2]) *Cf. Apoc. XVII. 1.* [3]) *Cf. Sap. VI. 6.* [4]) *Cf. Sap. VI. 7.* [5]) *Apoc. XVII. 2.* [6]) *Apoc. XVII. 2.* [7]) *Cf. Matth. XXIII. 38* (domus vestra deserta). [8]) *Cf. Dan. IX. 27.* [9]) *Cf. Sap. I. 5.* [10]) *Cf. Joan. II. 16 et Matth. XXI. 13.* [11]) *Cf. Apoc. XVIII. 2.* [12]) *Cf. Matth. XII. 45.* [13]) *Cf. Habacuc I. 13.* [14]) *Cf. Apoc. XVII. 3.* [15]) *Cf. Apoc. II. 22:* „Et mittam eam in lectum."

rescit nec considerat, ubi sedet, vel super quo est innixa, qua super corpus peccati[1]) et opus monstruosum[2]) dy boli, dicendum[a]) non est in veritate, nisi fantasma ad mod cum parens[b]) solum inhabitantibus terram[3]), id est hiis[c]), q terrena sapiunt, et quorum deus venter est[d]), qui sunt inimi crucis Christi secundum apostolum vel ewangelistam[4]): qui di gunt hunc [mundum] et ea, que sunt in mundo, concupiscencia carnis, id est voluptatem, concupiscenciam oculorum, id est d lectantur[e]) in pulchritudine et diviciis, id est avariciam seq[u] untur[f]) et superbiam vite, id est mundi honores et gloria et isti sunt Antychristi secundum Johannem prima epistola II°[g]) Nam mox ibidem sequitur[6]): „Que", scilicet superbia vite, v luptatis et concupiscencia, „non est[h]) ex patre, sed ex mund Et mundus transibit[i]) et concupiscencia eius. Qui autem fa voluntatem patris dei[k]), manet in eternum. Filioli, novissin hora est". Et tunc ad propositum: „Et sicut audivistis[l]), qu Antychristus venit[m]), nunc[n]) autem multi sunt, unde scimu [quia] novissima hora est. Ex[o]) nobis prodierunt, et non era ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, permansissent utique n biscum. Sed ut manifesti[p]) sint, quia non sunt omnes ex nobis Hec ille.

Ecce, quomodo Antychristi vel Antychristus no est nisi carnalis christianus, qui amat hunc mundum qui „terrena sapit" et sequitur voluptatem, quietam vitam, d vicias et gloriam et honorari[q]), quia est „inimicus crucis Christ secundum totam vitam suam et conversacionem sub nomi christiano, et iste est bestia, et omnes[r]) simul una best capitosa et cornuta et tota monstruosa, corpus peccati secu dum apostolum[7]) vel opus dyaboli secundum Johan[n]em[8]). Ig tur non est ex patre nec in rerum natura est et eciam non e singulariter in sancto populo christiano, quia dominus Jhes destruxit ipsam et triumphavit in se ipso per crucem. Sed iteru

---

a) dicendo *ed.* b) patens *ed.* c) et his *ed.* d) gloriam *seq. in* … *sed del.* e) delectantur — diviciis *om. ed.* f) *om. ed.* g) 2. cap. … h) sunt *ed.* i) transit *biblia.* k) hic ex deo est et *ed.* l) audistis … m) *in marg. add. A.* n) Antichristi nunc multi *ed.* o) quia ex … p) manifestum *corr.* manifesti *A.* q) honorem *ed.* r) omnis *ed.*

1) *Cf. Rom. VI. 6.* 2) *Cf. I. Joan. III. 8.* 3) *Cf. Apoc. XVII.* … 4) *Cf. Philipp. III. 19 et 18.* 5) *Cf. I. Joan. II. 15—16.* 6) *I. Joa*… *II. 16—19.* 7) *Cf. Rom. VI. 6.* 8) *Cf. I. Joan. III, 8.*

scendit iam, quam aliquando Johannes predixerat „ascensuram e abysso"[1]), id est de fraude Sathane et eius malicia infinita, „de abysso", id est de corde[a]) carnalium christianorum pravo inscrutabili[2]) et iam iamque „in interitum[b]) ibit"[3]). Jam vadit in interitum"[4]) vehementer, utpote ego, qui ec scribo, vidi et valde video, domini veritate me illurante, et audio et video mirari super transitu bestie et prericione ipsius velocitata „inhabitantes[c]) terram" secundum exosicionem superius annotatam[5]), „quorum nomina non sunt cripta in libro vite"[6]), id est non habent spiritum Jhesu et non iligunt fideliter Jhesum crucifixum a constitucione mundi; „viientes bestiam"[7]), id est memorantes gloriam, divicias et voluptum habundanciam. Et secundum istam disposicionem splenidam strepitumque in mundi amatoribus christianis et ipsorum rosperos successus[d]) et felicia et magna opera secundum hoc eculum, multitudinem armatorum forcium, multitudinem numn[J]orum, multitudinem actuum sollempnissimorum, singularium ersonarum et communitatum, ut sunt torneamenta, hastiidia[e]), gloriose et famose corree[f]) ludencium iuvenum et puelirum, hec, inquam, omnia recordantes ante „in bestia", id est estiali populo christiano, preces[s]isse celeberrime et publice et bique communiter et in parvis et in magnis, videntesque iam a non esse et considerantes earum reliquias vehementer deorım fluere in interitum, admirantur valde, moventes capita sua t dicentes: „O, quo venerunt iam tales solempnes homines ulchri, largi, leti et floridi, quos in diebus nostris vidimus?)uo modo cessaverunt[g]) iam corree pulchre, leticie communes, iagni viri, illustres et fortes? Quare cessaverunt iam minui articiosissimi reges et milites strennuissimi et multa similia, que ısi carnales amaverunt?" Sed quia tempus est iam et iam enit et, ecce, venit tempus, in quo adhuc amplius et velocius ec omnia ibunt et splendor faciesque meretricia huius mundi, ount et decurrent in interritum a populo christiano, ideo[h])

---

[a]) cordibus *corr.* corde *A.* [b]) *corr. A.* [c]) inhabitantis *ed.* — cessus *add. A in m. alia manu.* [e]) hostiludia *corr.* hastiludia *A;* astęludia *ed.* [f]) choreae *ed.* [g]) cessarunt *ed.; ita et infra.* Imo *ed.*

[1]) *Cf. Apoc. XVII. 8.* [2]) *Cf. Jerem. XVII. 9.* [3]) *Cf. Apoc. XVII. 8.* [4]) *Cf. Apoc. XVII. 11.* [5]) *v. supra p. 220.* [6]) *Cf. Apoc. XVII. 8.* *Cf. Apoc. XVII. 8.*

huiusmodi[a]) amatores amplius adhuc mirabuntur, videntes, „q erat et non est“ [1]).

Hec vero „bestia“, id est bestialis vita christianor amancium hoc seculum, dicta est habere septem capita Et hoc vel propter septem nequiores spiritus [3]), id est pessin „nequicias in celestibus“ [4]), id est in christianis [f. 251[b]], quib agitata est illorum multitudo, vel propter septem capitalia vi in quibus residet, et ipsa sunt „septem montes“ [5]) omnium p catorum aliorum. Et decem cornua, id est universa expu gnancia decem dei precepta seu obviancia ex adverso dec preceptis domini Jhesu Christi, quemadmodum supra est d claratum [6]).

Capitulum quadragesimum septimum[b]).

[Inanis gloria nobilium. Arma, item et habitus virorum mulierum monstr[u]osus accomodatus ad cornua][c]).

Adhuc iterum est notandum, quod iuxta superius dec rata facies ista et exterior disposicio ac splendor rerum mu dialium exquisite adinventa, conposita et ordinata pro volupta carnis, concupiscencia oculorum et superbia vite [7]) a christia mundi amatoribus, quos wlgo vocamus seculares, est larva b stialis seu figura cornute bestie. Secundum quod eciam h manifeste designant signa extrinseca bestiam illam integranc

Verbi gracia: primum in istis nobilibus scutari qui honorem et gloriam suam ponunt in suis patribus ca nalibus, sed nequaquam in Christo Jhesu et clam publiceq contendunt pro generositate sua magis quam pro eo, ut si de genere Jhesu Christi; in tantum vero efferbent pro amo illorum, ut ad usque actus sine omni proverbio bestiales pr rumpant[d]), pro eo exicialiter se trucidantes, duella subeunt cum hastis acutis, et nudi vel fere nudi[e]) sese invadentes; hoc deliberate magno tempore previo pro consiliis habendis

---

a) mundi *ed.* b) *ita A in m.:* Cap.m XLVII *(duabus manibus).*
c) *ita inscribitur in ed.* d) prorumpunt *A.* e) vel fervidi *ed.*
f) -n- *sup. lin. add. A.*

1) *Cf. Apoc. XVII. 8.* 2) *Cf. Apoc. XVII. 3.* 3) *Cf. Matth. XII.*
4) *Cf. Ephes. VI. 12.* 5) *Cf. Apoc. XVII. 9.* 6) *v. supra p. 128 et 2*
7) *Cf. I. Joan. II. 16.*

bi scitum est de necessitate unum eorum interire et descenere ad infernum[1]; qui quandoque hoc faciunt pro sua gloria, uandoque pro amore suarum amasiarum. Et quis vigilans super e, non ista videat, quod animi istorum talium non sunt hominum et omnino non christianorum, sed bestiarum ferocium et ine racione?

Et ut dicere ceperam, mox omnis habitus talium exerior formatur pari modo, scilicet secundum bestiam cornutam ı vestitu et in membris. In membris dico, nam faciunt sibi ornua de crinibus, in barbis eorum faciunt cornua, de cesarie ı fronte, per modum cornium cesariem contorquentes, suam aturam crinium simul et virorum motu non racionis, sed prorie bestiali transformantes, duo cornua in pedibus rostra de orio facientes, duo cornua in cubitis manuum, de panno sibiıet monstruosas manicas figurantes. Et si velis accipere ac ttendere, quo modo dei sapiencia iustificatur in filiis suis[2], ut int decem cornua bestie sepedicte expresse designata, adde recedentibus octo cornibus[a]) unum cornu, quod formatur ad apucium in summitate capitis, et tunc habitis novem cornubus, ım solum unum et decimum erit inquirendum. Et vade et onsidera istorum cultellos, quales habent vel qualiter solent os deportare, quos solent „deca"[b]), captum a teutunico[c]), nunupare, et invenies sane non esse cultellum, sed cornu decinum; per omnia ipsum reperies, habet enim et formam ipsius ornus et officium: formam quidem, quia totum est teres[d]) a nanubrio uniformiter difformi tenuitate concludens in aculeum er omnia in figuram cornus; officium autem illius dece vel licti instrumenti nequaquam est cultellorum, scilicet incidere el dividere gulam vel alia, sed solum puncturam facere et rremediabiliter et inpetuose occidere ad modum cornuum, que[e]) gerunt ferocissime bestie inpetuose ad discerpendum.

Quodsi forte tibi magis placet dimissa corneta, alias reluendio[f]), quia illud et honesti sanctique viri deportant, estque

9) De X cornibus *(et alia manu)* in habitu christianorum *A.*

a) cornuis *A et ed.* b) deca *corr.* deka *A in m.; dycam ed.; ita et nfra.* c) teutonico *ed.* d) tres *corr.* teres *A.* e) quos *A.* f) reluiendio *corr.* relupendio *A.*

1) *Cf. Matth. XI. 23* (usque in infernum descendere). 2) *Cf. Matth. XI. 19.*

figuracio humiliacionis capitis et ad terram demissi [1]) vel refle hominum ante deum et eciam alias utile ad caput in tempo oportuno intorquendum, non conputataque ipsa inter decem co nua bestie, accipe gladium istorum crudelium hominu pro decimo cornu et considera, quod in tempore presen regno huic bestie coaptato, gladios, solum ad bella exercen pro republica regenda et defendenda fabricatos et concess omnes passim secundum crudelitatem suorum [a]) volunt [defer et de facto deferunt semper fere et ubique, iuvenes de ann XIII, pueri, sicut senes de annis amplius quam LXXX [b]), sace dotes, clerici et monachi, rustici, servi et milites. Sed et mir bilius hiis video, quod et mulieres, transformato animo, et hi gladios portant inpudenter et crudelissime concertant, tempo et loco eis occurrente.

Heedem [c]) quoque mulieres mirabili dispensacione ipse cornute esse voluerunt in habitu extrinseco, quaten similiter et ipse se de integritate bestie esse publice demo strarent, quoniam in capitibus suis velamina arte quadam non sine magno labore figurant, sic ut tria ad minus acuta co nua, unum supra frontem, alia altrinsecus [d]) in vertice earu capitis eminerent. Et dehinc duo alia cornua in pectore subactis uberibus suis, magna [e]) eminencia earum ingrossa etsi alias tantumdem eminencie [f. 252ª] ex natura non hab bant, tamen saltem ex forma tunicarum et addicione vanita et vestium aliarum eadem cornua sui [f]) pectoris in altum e gebant. Postea quomodo mulieres in pedibus eciam [g]) corn deferant longis et rostratis calceis multiplicatis, adhuc est notu hodie intuenti.

---

[a]) *ita A et ed.* [b]) octodecim *ed.* [c]) Hae eaedem *ed.* [d]) alteri secus *A.* [e]) magis *ed.* [f]) *ras. A.* [g]) et *ed.*

[1]) *Cf. Isaiae XLIX. 23.*

Capitulum quadragesimum octavum[a]).

[Signa horrendae Babilonis in vestitu muliebri et virili impudico][b]).

Deinde considerato[c]) reliquo vestitu illorum secu- ırium, et presertim curiensium atque burgensium, in quibus :incipaliter misterium bestie istius horrende adinpletur et figura ›scripta animorum terribilis eciam extra patulo[d]) est diffusa :cundum sermonem, qui scriptus est[1]): „Prodiit ex adipe ini- ıitas eorum, transierunt in affectum cordis“, admiretur sa- encia divina valde iustificari in filiis suis[2]) et veritas scripture vine valde nimis adinpleri[3]). Inest namque illud animalibus ırtiter a natura et precipue hominibus, ut, quales sunt in animo trinsecus, tales foris demonstrentur, iuxta dictum illud[4]): „In- ıdicus enim oculus inpudici cordis est nunccius“, et dominus ı ewangelio[5]): „Ex habundancia cordis os loquitur“, atque ristoteles[6]): „Sunt ergo ea, que sunt in voce, earum[e]), que ınt in anima, passionum[f]) note.“

Ut igitur, quod veraciter iam meretrix magna super be- iam horribilem quiescat[g])[7]), intelligatur, primum hoc dili- ›nter ponderetur, quod horrendum aspectu visuque indignis- mum in isto tempore bestie tali deputato in habitu[m] christia- ›rum talium pertransivit et adhuc conspicatur currere, vide- cet i[s]ta inpudicissima, tam in mulieribus quam in viris, facies, a ut omnis[h]), qui mente christiana vigilat, cum talia viderit, ›ecesse est, ut memoretur, non aliud esse presens seculum nisi :mpus horrende Babylonis, magne matris fornicacionum terre[8]), ı conparacione cuius Sodoma et Gomora sunt invente iuste et ıstiores.

Nam est nunc videre mulieres, et paulo ante multo nplius, ita inpudice vestitas procedere communiter om-

---

[a]) *ita A in m.:* Cap.m XLVIII *(duabus manibus).* [b]) *ita inscr. in ed.* [c]) considerata *(sic) A.* [d]) paulo *corr.* patulo *A;* sit *seq. A et ed.* eorum *ed.* [f]) passionabilium *ed.* [g]) quiescat *A et ed.* [h]) omnes — gilant — vident *ed.*

[1]) *Psalm. LXXII. 7.* [2]) *Cf. Matth. XI. 19* (et iustificata est sapientia filiis suis). [3]) *Cf. Joan. XIII. 18* (ut adimpleatur scriptura). [4]) *de biblia ›n provenit.* [5]) *Matth. XII. 34.* [6]) *Cf. Aristotelis Natur. l. III, c. III, l. Paris (Didot), t. II, p. 275—6 (sensus).* [7]) *Cf. Apoc. XVII. 3.* [8]) *Cf. ›poc. XVII. 5.*

nes in publicum, ut quasi inposibile est vel fuit, quin inspect ipsarum[a]) non efferberet in luxuriam, per carnem earum den datam concitatus, similiter viris e contrario inpudicissime amict tantumdem luxurie viceversa aspectui mulierum propinantib ut nulla vel vix casta mulier inspicere viros pot[u]erit sic lux riose figuratos, quin ad libidinem non igniretur violenter. Qu rum testis omnium assisto, qui hec scribo.

Mulieres suas vestes a superius ita precisas in orific atque latas publice deportabant et deportant, quod pene usq ad medietatem denudatorum uberum earum carnem splendida quilibet conspex[er]it manifeste et ubique, ita in templis dei cora sacerdotibus et clericis, sicut et in foro, sed multo tamen domo amplius. Et illud, quod erat in eis residuum uberu coopertum, hoc erat, ut paulo ante dictum est, ita eminens i grossatum artificiose et subactum, quod quasi duo cornua pectoribus appare[re]nt[b]).

Dehinc id, quod mulierum luxuria a superius et in mar mis[c]) exercebat, hoc viri vel simile inferius in lumbis nim libidinose et inpudice adaugebant, quoniam vestes virorum nates[d]) ita erant precise et acurtate, similiter ad medium ger talium, notabiliter veretro longius prominente. Verum, ut ar plius viri quam mulieres inpudicicie se exhiberent, ut in plu bus, vix modicum genitalium manebat tunica vel mantello a ut vulgo dicitur, „joppa" manebat coopertum. In hoc tam honestati deferebant, quod sic prominens suum veretrum genitalia nolebant[e]) hominibus ita prorsus denudatum ostenta sed eodem[f]) panno, de quo habebant caligas suas, circumda procurabant, licet pauci eorum pro honestate aut verecund id[g]) faciebant, quin non pro eo, ut veluti pro mulieribus di tum est, ut sic subacta sua genitalia melius ingrossare[nt] pann circumsuta, bombicem vel pannum quemque[h]) studiose app nendo, quatenus ita se habere magnum veretrum atque ger talia mulieribus in publico, in ecclesiis precipue et in foro, d monstrarent, congruam vicem mulieribus lascivis rependend

Verumptamen in eo me talibus pluries compati oporteb quod scilicet, dum ita vestibus curtis et precisis nimium non m

---

a) earum *ed.* b) apparerent *ed.* c) in manus *(sic) ed.* d) nat *(sic) A.* e) nolebant — de quo *om. ed. (sic).* f) de eodem *ed.* g) *om. ed.* h) quandoque *ed.*

e super anum, a retro[a]) ano quasi totaliter a vestibus denudato, um panno caligarum locum lienis vel secreto foramine meastercorum operiente, contigit pluries, quod ipsis insciis idem[b]) ınus ruptus vel dissutus[c]), quia ipsum nimis et quasi pellem tympanis violenter distendebant, talium anum nudum simul virilia denudata publice, in ecclesia vel in foro, palam om- ›us nolentibus inspicere ostendebant. Enimvero illud erat rumque[d]) contingens[e]), dum incu[m]bebat ipsis[f]) neces- ıs inclinare[g]) vel genu unum aut ambo, vel coram feminis : coram deo in ecclesia, quia pannus erat calligarum et super ıitalia nimis violenter distentus, ruptus pre violencia suturis :[h]) panni plenitudine [f. 252[b]] excuciebatur ad prospectum minum nudum veretrum vel lien, anus, aut ambo, et quan- ıue solum unum denudatum genitale. In hoc tamen legales ostendebant, quod pro tali successu rubor eos facile per- ıdebat.

Cum igitur ista talia communiter in christiano populo ebantur, quondam gente sancta, regali sacerdocio, populo ıuisicionis, ut omnem virtutem[i]) et omnem[k]) honestatem ısu, dei et domini virtutum, in hoc mundo nuncciaret et in demonstraret[1]), nichilominus tamen ita sceleste, ita invere- ıde et inpudice ista communitatem possidebant et princi- liter curias magnatorum et multitudines civitatum, ubi alias sse debuerat locus magni honoris et maxime mundicie et nestatis: quis ista ex alto racionis et spiritus Jhesu luminis ɔspiciens, non discernat et iudicet, non hec esse non solum :istianorum, sed [nec] hominum quorumcumque[l]) gencium cy- orum[m]) et barbarorum, qui modicum licet lumen adhuc[n]) ob- eant racionis? Quis sapiens[2]) non dicat ista talia esse solum stiarum[o]) canumque, qui non norunt verecundiam neque[p]) ul- n honestatem? Quis non excecatus a malicia sua[3]), legens ipturam, quam tractamus, puta de muliere fornicaria sedente ɔer bestiam coccineam, capitosam et cornutam, horribilem

---

[a]) a retris *A.* [b]) quod insciis iidem *ed.* [c]) dissitus *(sic) A.* [d]) erat de plerumque (*corr.* et plerumque) *A.* [e]) continget *A et ed.* llis *ed.* [g]) inclinari *A.* [h]) a *ed.* [i]) veritatem *ed.* [k]) *om. ed.* ıuarumcunque *ed.* [m]) *ita ed.;* stenicorum *A.* [n]) licet adhuc tamen *ed.* [o]) *ras. A.* [p]) nec *ed.*

[1]) *Cf. I. Petri II. 9.* [2]) *phrasis biblica communis.* [3]) *Cf. Sap. II. 21.*

et[a]) monstruosam, non intelligat ipsius tempus instare et sterium adinpleri?

Capitulum quadragesimum nonum[b]).

[Nobilium et magnatum in populo vestitus monstruosus sig est bestiae mysticae dominantis in ecclesia, cum quo insi eorumdem conveniunt][c]).

Sed adhuc, obsecro, hic non pigeat contemplari in tempore pro declaracione propositi huius de bestia cornut cornuto populo conpacta, intus et[d]) foris cornibus defor et cum ad hoc videndum modernum seculum et vulgus i stens diligencius studuerimus intueri, et ipsius indument qui videre mentes nequimus, habitum extrinsecum iudicemu tamen [si] hoc factum fecerimus diligenter, non aliud erit nisi i misticam bestiam monstruosamque admirari. — Nam vestis placet talibus, nisi tota cornuta vel cornuata et tota peregr preter dictamen christiane racionis honestatemque religioni tantum namque, in quantum natura panni potest supporta scindunt ubique in vestimentis cornua. Etenim co formant in fimbriis, cornua in orificiis, cornua in manicis totum ita, ut manus captivas[f]) inpeditasque sibi faciant, co in plicis undiquaque, cornua ante, cornua retro, et quatenus nua magis appareant, pannos ad hoc coaptant colorum riorum. In vestimento vero simplici et de panno eodem mato ambulare iam rude et indecens[g]) communiter reput Sed tota vestis varia et discolor esse oportet, quod si assit lupina vel orsina vel leopartina aut alia huiusmodi, ut sic, prout sunt, foras eiectis se ostentent, ut sic[i]), quanto possint, forent similiores bestie, hoc eisdem supra modun detur esse bonum et honestum.

Accedit adhuc opus plumarium[k]), quo[d] procuran formari per artifices, capita bestiarum, aves, canes, lepore similia infinita. Hoc tamen racionabiliter ad propositum ac admirandum, quod huiusmodi ut plurimum et quasi per o

a) *om. ed.* b) Cap.m XLIX. *A in m.* c) *ita inscr. in ed.* d) et *ed.* e) sustentare, supportare *ed.* f) compositas *ed.* g) nude tes *(sic) ed.* h) reputarent *(sic) A.* i) *om. ed.* k) plumarum *ed.*

l) *Cf. Sophon. I. 8* (veste peregrina).

unt in formis bestialibus vel avium aut aliorum i[r]raciona- um similitudinibus se depingere quam aliis quibuslibet figuris, [a]) bestias non signant.

Et in tantum invaluit ista effusio monstruosa et bestialis tempore regni bestie, quod nisi quis aliquid cornuti et pere- ni atque difformis in se ostenderet, non crederetur nobilis curiensis vel honestus, et quanto notabilior et generosior re publica christiana, tanto in talibus factis monstruosis ma- glorians et occupatus, precipue in rectoribus et do- nis communitatum ad ostendendum manifeste, quod illa tia mistica regimen et dominium in ecclesia convicit *(sic)* et upavit, tamquam singularis ferus et aper de silva ipsam de- tando[1]), ab inhabitatore suo[2]), spiritu sancto videlicet, quoad et ad tempus desertatam[b]) in manibus crudelium domi- um.

Inde eciam, quod et tales nobiles et rectores, quatenus xime et supra modum exprimant illam bestiam monstruo- , quod quedam sua signa, que in vulgo Bohemorum dicitur enot" et in lingua theutunica „herb"[c]), quod in latino est dici signum hereditarium vel paternum, talia adinvene- it et elegerunt, ut quasi per omnia videantur illam bestiam am inter se divisisse. Unus namque portat canem vel caput s, alius lupum vel pedes, alius aprum vel caput ipsius, item is equum medium vel caput ipsius, alius ursum, alius bovem caput ipsius, alius aquilam aut caput aut pedes ipsius, alius rendum serpentem vel caput ipsius, alius cornua bovis, alius nua cervi, alius alas aquilarum, vel cetera huiusmodi[3]). Ex bus, qui velit, colligere poterit septem capita et cornua de- n, universitatem istorum in bestia montruosa prenotata nu- rare.

Hoc vero est notabile pro exprimenda bestia, quod omnes tales nominati huiusmodi signis se coronant in capite suo, in illis, que sunt ipsorum precipua, talia deportant, quia

---

[a]) qui *A*. [b]) desertam *ed.* [c]) Erb *ed.*

[1]) *Cf. Psalm. LXXIX. 14* (singularis ferus). [2]) *Cf. Sophon. II. 5* (ita non sit inhabitator). [3]) *aliqua signa hic inducta ex genealogia nobili- s bohemicae saec. XIV. desumpta esse probantur: domini de Pardubicz re portabant equum medium; leonem domini de Marquarticz; caput bovis ini de Pernstein; aquilam domini de Janovicz (Zierotin); cornua cervi do- i de Gutstein, etc.*

illud[a]) pro sua gloria et honore celebrant. Et pro talibus sig [f. 253[a]] acquirendis summos cesares adeunt, cum aliis usq ad mortem contendendo se exponunt, ad glorificandu se et sua talia arma vel signa omnem fortitudinem seu vi exponunt periculis, omnes divicias, ymmo corpus, animam sua vita consumunt.

Talibus signis templa dei replent, ut iam vix locu in templo sit usquam inspicere, ubi tales bestie vel partes mo struose bestie parietes aut vitreas *(sic)* fenestrarum vel summa lo alia vel altaria non occuparent; que ibi[b]) appensa vel depi non aliud omnino faciunt, quam loquuntur gloriam illorum pr priam et genealogie[c]), quorum talia arma vel signa esse din scuntur, predicantque eciam in templis domini illam besti predictam, cornutam et monstruosam. Et ita ymago bestie quitur magnalia laudis et glorie huius mundi et, cum hoc in templo Christi Jhesu et in populo Christi sanguine redemp scilicet populo christiano, ita illa talia sunt blasphemie in Chr tum Jhesum.

Et ut valde sit regnum bestie dilatatum et firmatum super populum et in populo christiano, talia signa sue glo et tytulos, ubicumque dominium[d]) talium attigit, ibi in por diligenter depingunt et suis sigillis insculpunt signeta faciunt et monetam currentem secundum i fabricant, quatenus per hoc efficiatur[f]), „ut, quicumque n adorare[n]t bestiam, occida[n]tur, et ut fiat, ut omnes pusilli magni, et divites et pauperes, liberi et servi habeant caracter in manu sua dextra aut in frontibus suis, et ne quis emere aut vendere[t][g]), nisi qui habeat caracterem nominis bestie numerum nominis eius“[2]). Quicumque est igitur emulator Jh Christi[3]), id est ipsius magni nominis et solius glorie eius honoris, attendit nichilominus humilitatem, mititatem[h]), inn cenciamque[i]) sue fidei Jhesu et nominis christiani et eleva oculis ista, que dicuntur, vel similia per totam ecclesiam viderit nimis communiter multiplicata agitari et exerceri, sol

---

[a]) istud *ed.* [b]) illic *ed.* [c]) genealogias *ed.* [d]) Dominum *ed.* [e]) illud *ed.* [f]) afficiatur *corr.* efficiatur *A*; afficiatur *ed.* [g]) emere vendere *A.* [h]) -ti- *sup. lin. add. A.* [i]) i. atque *A.*

[1]) *Cf. III. Reg. II.* (firmatum est regnum). [2]) *Cf. Apoc. XIII. 15-* [3]) *Cf. II. Cor. XI. 2* (aemulor enim vos dei aemulatione).

ıodo ad gloriam suam vel gloriam huius mundi. ut sic conıpiscencia carnis, concupiscencia oculorum et superbia vite latetur[1]), hic facile intelliget illam figuram bestie coccinee, ıe habet septem capita et decem cornua.

Capitulum quinquagesimum[a]).

[Septem capitum mysterium in imperiis politicis][b]).

Adhuc placeat magis illa[c]) septem capita bestie dimetiri[d]). t primo, quod regimen talium christianorum carnaium hic per septem capita est designatum. tum quia ttribucionem ullam ad aliquod unum caput non habent neque[e]) olunt habere, ut supra dictum. sed manet populus totus dilaeratus et divulsus[2]). Non enim populus infinitus[3]) subiectus abet respectum[f]) primum ex[g]) fide, spe atque caritate forıatum ad deum et dominum Jhesum crucifixum, quia, ut preıittitur, est carnalis et non habens spiritum Jhesu et per conequens non est eius. Et ideo dictum est[4]): „Nemo dicit doıinus Jhesus, nisi in spiritu sancto." Neque eciam similiter ectores multitudinum habent obedienciam primam et dignam eo vel primum respectum ex fide, spe et caritate ad eundem eum suum et dominum Jhesum crucifixum, sed sibi conplaentes in turbis populorum et dominiis atque potestate, pro sua ropria voluntate populum subdirigunt et opprimunt, non ad ei et domini Jhesu Nazareni gloriam et laudem, sed ad suam ropriam [gloriam][h]) et honorem atque divicias gubernantes. icque fit et corpus vel carnes rei publice et caput vel capita otum bestiale et terrenum, non habens unitatem spiritus Jhesu, ilii hominis, regis omnium regum et domini dominorum[5]).

Nam populus communis vehementer sibi conplacet in loria et splendore atque potestate magna suorum carnalium lominorum, et exinde gloriantur et se iactitant adversus alios

---

a) Cap.^m L *A in m.* b) *ita inscr. in ed.* c) ista *ed.* d) demeiri *ed.; v. supra c. 44.* e) nec *ed.* f) recursum *ed.; ita et infra.* g) et l; ex *ed.* h) *deest in A et in ed.*

1) *Cf. I. Joan. II. 16.* 2) *Cf. Isaiae XVIII. 7* (a populo divulso et lilacerato); *cf. supra p. 208.* 3) *Cf. III. Reg. III. 8* (in medio populi iniiniti). 4) *I. Cor. XII. 3.* 5) *Cf. Apoc. XVII. 14.*

conchristianos, obliti humilitatis et inmense deitatis Jhesu Christi et ignominie crucis eius, totaliter et per omnia spiritu huius mundi adinpleti et ipso agitati, minus formidant iniuriam Christo facere per peccata diversa, quam facere iniuriam suo regi, et magis irascuntur pro iniuria vel blasphemia facta suo domino carnali, et ipsam vindicant igne et[a] gladio, quam iniuriam vel blasphemiam factam domino et deo Jhesu Christo.

Et per omnia similiter cognita et allegata [iudicetur] de multitudine cleri subditi et carnalis, qui post amorem huius mundi abierunt[1], quod habent se modis similibus et carnalibus simpliciter ad dominum papam et alios dominos in spiritualibus, et ad dominos[b] et magis adhuc in temporalibus, utpote reges et presides potestatum, nam quia non habent spiritum Jhesu crucifixi, sed terrena sapiunt[2], ideo non possunt vere dicere dominus Jhesus[3]. Ideo omnis eorum obediencia, omnis allegacio auctoritatis et potestatis, omnis gloriacio, omnis timor et omnis respectus ad papam et ad alios dominos in spiritualibus, sed magis in temporalibus est carnalis, secularis nec meritorius neque[c] christianus, sed solum ideo factus, quia habent potestatem ipsis dare vel aufferre, ipsis bene [f. 253b] facere vel male, qualem respectum et timorem atque reverenciam eciam bestia habet ad aliam bestiam vel iumentum ad suum possessorem et specialiter gentilis, scilicet[d] populus, ad suum regem, secundum quod veritas declaravit, dicens[4]: „Reges gencium dominantur eorum, et qui potestatem habent, benefici vocantur. Non ita erit inter vos, sed, qui maior est vestrum, fiat sicut minor“, id est habeat se ipsum pari modo cum minoribus, ut non ipse, sed Christus Jhesus sit dominus, „et qui precessor [est], sicut ministrator“, id est intendat, quod non sibi obediatur, sed magis Christo Jhesu; nec sibi serviatur, sed Jhesu crucifixo pro se; non[e] sibi fiat subieccio, sed Jhesu mortuo pro se; non sibi timor et reverencia, sed Jhesu Christo, deo vero et domino, non sibi amor sponsans vel desponsans aut aglutinans et captivans totam animam, sed Christo[f], qui pro se effudit sanguinem sui cordis. Ad quos est sermo, qui dicit[5]: „Vos autem

---

a) *om. ed.* b) et ad dominos *om. ed.* c) nec *ed.* d) *om. ed.* e) nec *ed.* f) Christo Jesu *ed.*

1) *Cf. Judae 7.* 2) *Cf. Philipp. III. 19.* 3) *Cf. I. Cor. XII. 3.* 4) *Lucae XXII. 25.* 5) *Matth. XXIII. 8.*

›lite vocari Rabi“, pater vel dominus super terram, „unus est ıim vester magister“, pater et dominus, Christus, „omnes au-m vos fratres estis.“ Isti autem, de quibus sermo, qui spiritum ıesu non habent, non possunt plene vel digne et in veritate .cere dominus Jhesus [1], id est cum digna obediencia et subiec-one et cum [a] tremula confessione magestatis Jhesu crucifixi, d bene dicunt tota anima et veraciter dominus papa, dominus ›iscopus, dominus rex, dominus comes: sed hoc totum solum t ob respectum diviciarum ipsorum et glorie atque potestatis, ıam timent, sed non [ob] dominum Jhesum. Cuius est manifestum gumentum, quia amant in se divicias, honorem et gloriam undi, que prefati domini habent ipsis distribuere et auferre in ipsis dominantur, et si quocumque casu huiusmodi me-ıendi domini efficerentur miseri secundum figuram huius seculi, ıuperes et inpotentes et in se et in aliis ita, quod nec per se ec per alios possent aliquid prodesse nec nocere, statim omnis nor et reverencia atque obediencia ad ipsos in istis talibus carna-ɔus clericis deperiret et succederet abieccio in eos et contemptus.

Unde fit, quod reges et domini temporales, quia a cerdotibus non expectant temporalem profectum nec timent ipsis nocumentum, ideo ipsos timent minime et per modi-ım reverentur et adhuc minime obediunt nisi in hiis, que ipsos electant vel que volunt; et nisi esset publica denunciacio ex-ɔmmunicacionis verecundiaque abscisionis [b], quam solam timere nnino iniquorum est carnalium, eciam papam ipsum prorsus ɔn timerent. Sacerdotes autem et clerus in hoc est miser et .iserabilior ex toto, quia necesse habet dominum papam timere ehementer et revereri, quia [c]) habet multum supra modum ıre ipsis vel auferre. Necesse habet [d] insuper omnes supe-ores suos vehementer timere veluti episcopos, archidiaconos decanos, quia hii omnes possunt ipsis quiete huius mundi carnis prodesse et nocere, et timor et reverencia magis vel inus incenditur [e] in ipsis ad personas non secundum maiorem el minorem auctoritatem Jhesu vel alias sanctitatem vite eorum, ed secundum quod possunt magis vel minus prodesse ipsis el nocere, vel secundum quod viderint diviciis eos et gloria [f]

---

a) *om. ed.* b) abscissionis *ed.* c) quia *repetitur in A.* d) *ras.* *.j. in A.* e) intenditur *ed.* f) et gloriae *ed.*

1) *Cf. I. Cor. XII. 3.*

habundare, eciam in talibus, quibus subiecti alias esse no deberent.

Et inde est, quod clerus et sacerdotes multo adhu magis imitatur et tremit[a]) suos dominos temporale reges, barones, presides atque iudices vel quoscumque, qui ha bundant diviciis et potestate mundiali. Et magis illos necess habent timere, ita ut aliter facere nequeant hii, qui spiritu Jhesu non habent. Illos, inquam, tremere magis eos oporte qui sunt nequiores in se et crudeliores et magis parati ad iu sticiam dei violandum[b]). Racio huius est, quia illi[c]) tales do mini cum hoc, quod possunt prodesse ipsis vel nocere in bon huius mundi et corporis, ad modum irrefrenate bestie sunt fa ciles ad nocendum et citati.

Et inde fit, quod illi magne meretrici fornicarie[1]) vel utile videtur et alias necessitas sibi incumbit, ut sedeat in pac super bestiam et quiescat et nequaquam intendat ipsam ad re gendum, ne forte, si secus faceret, rupta quiete libidinum ex cuteretur et discerperetur a bestia tam crudeli et cornuta sic que cessarent ipsius fornicaciones inpudice. Blandiatur tame meretrix bestie cornute et capitose quomodolibet, timeat sib ut placet, omni prudencia, caveat sibi et cautela conmove contra se bestiam, cui incumbit quiete et in suis libidinibu delectatur, evitare tamen nequaquam poterit, quin bestia al quando contra meretricem insaniat[e]) modo suo bestiali vel al qua capita et cornua ipsius non deseviant[f]) contra insidenter et quin non irascantur adversus mulierem hanc in eo et c eo, quod eadem bestia aut ipsa[g]) eius capita vel cornua labo rant, portando et sufferendo labores diei et estus[2]), videlic carnes bestie, herbas et cibum in agris, montibus in sudo wltus conquirendo pro capitibus et cornubus educandis, capi in regimine bestie desuadendo[h]), cornua cum suis propriis mag[n]is [f. 254[a]] periculis propugnando, indignentur contra me retricem istam super se quiescentem fornicantemque et delici inpudice affluentem ipsis interim affectis per laborem. Nam c

---

a) imitantur et tremunt *ed.* b) iniusticiam ... *A;* violandam *ed.* c) hoc *seq. in A, sed superflue; om. ed.* d) *om. ed.* e) insaniet *ed.* f) desinant *false ed.* g) ipsam *ed.* h) dissuadendo *ed.*

1) *de qua Apoc. XVII. 1 sq.* 2) *Cf. Matth. XX. 12* (pondus d et aestus).

eo profecto paulo post scriptum est[1]): „Et dixit: Aque, quas vidisti, ubi meretrix sedet, populi sunt et gentes et lingue. Et decem cornua, que vidisti in bestia, hii odient fornicariam et desolatam facient illam et nudam et carnes eius manducabunt et ipsam [igni][a]) concremabunt. Deus enim dedit in corda eorum, ut faciant, quod illi placitum est, ut dent regnum bestie, donec consumentur verba dei."

Capitulum quinquagesimum primum[b]).

[Maior reverencia mandatorum humanorum quam verbi, et maius studium juris canonici quam bibliorum][c]).

Quia igitur sic homines christiani, carnales populi et clerici sacerdotes, amant vitam huius mundi atque pleni sunt concupiscencia eorum, que sunt in hoc mundo, ideo amant et timent principes dominosque suos solum carnaliter et inmeritorie omnino. Perinde eciam obediunt ipsis[d]) prompte et sunt[e]) subiecti tantum vel principaliter a spiritu huius mundi inducti et concitati, qualiter faciunt et semper fecerunt gentiles pro conservanda pace et gloria in ipsorum republica, diviciis in cummulandis et in quiete perfruendo[f]). Inde fit, quod huiusmodi christiani tota die de principibus et dominis huius seculi libenter locuntur, quod est signum manifestum eorum antychristeitatis vel amoris istius mundi secundum decretum Johannis in canonica prima IIII capitulo[g])[2]): „Omnis spiritus, qui confitetur Christum Jhesum in carne venisse", id est in veritate testatur timore, amore et digna obediencia Christum solum dominum universe carnis[3]) et Christum vel regem solum esse glorie[4]), „ex deo est. Et omnis spiritus, qui solvit Jhesum", id est relaxat timorem, amorem et obedienciam veram ad Jhesum vel ista diminuit et distrahit per respectum[h]) carnalem ad alia huius mundi, que sunt adversa Christo, „ille ex deo non est. Et[i]) hic est Antichristus"[5]). Probacio evidens, quia omnis, qui est amicus huius[k]) vel vult esse

a) igne *ed.* b) Cap.m LI *ita A duabus manibus.* c) *ita inscr. in ed.* d) illis *ed.* e) ut *ed.* f) perfruende *(sic) A.* g) IIIo c .o *A;* capite tertio *ed.* h) reversum *(sic) ed.* i) et haec est Antichristi probatio evidens *ed.* k) *om. ed.*

1) *Apoc. XVII. 15—17.* 2) *I. Joan. IV. 2—3.* 3) *Cf. Jerem. XXXII. 27.* 4) *Cf. Psalm. XXIII. 10.* 5) *Cf. I. Joan. IV. 3.*

amicus huius mundi inveterati contra deum in malicia, est constitutus inimicus dei secundum Jacobum [1]), id est contrarius deo et illud [est] esse Antychristum. Sed omnes predicti christiani sunt amici huius mundi, igitur omnes sunt Antychristi vel Antychristus.

Sequitur [2]): „De quo audistis“, inquit, „quoniam veniet [a]) et nunc in mundo est“. Dehinc ponens differenciam obediencie christianorum rectorum ad Christum et obediencie antychristianorum subdit, dicens [3]): „Vos ex deo estis, filioli, et vicistis eum, quoniam maior est, qui in vobis est“, scilicet in timore vestro et amore et per consequens in veraci obediencia, „quam qui in mundo“. Tunc sequitur ad propositum pridem assumptum, nam dicit [4]): „Ipsi de mundo [sunt, ideo de mundo] loquuntur et mundus [b]) eos audit.“ Sequitur aliud evidenter, quod illos yppocritas christianos mandata et adinvenciones hominum, specialiter recentes [c]), dampnacionem eternam vel graciam magnam promittentes, magis movent ad timorem et appreciacionem suam et per consequens ad execucionem, quam mandata Jhesu Nazareni et adinvenciones ipsius, factas iam quasi nimis communes et inveteratas aput illos [d]) yppocritas et nimium ductas in consuetudinem, magisque sunt ipsis in conspectu [e]) notabiles, qui talia mandata hominum et observancias diligenter adinplent ad laudandum vel imitandum vel [f]) promovendum et e contrario transgressores ad vituperandum et condempnandum, quam hii, qui mandata Jhesu antiqua et consilia diligunt et studiose imitantur. Cicius namque et magis scandalizantur in homine, si videant ipsum transgredi unum de preceptis hominum et doctrinis, quam si considere[n]t aliquod de decem preceptis dei homines non curare. Itaque in pluribus est videre diligenter intuenti, quod tales subditi acceptatores personarum [5]) hominum sunt, magis quam Jhesu crucifixi, quod neglectis dei preceptis gravibus, neque [g]) scitis, que sunt et quot sunt, vel pro modico ipsis reputatis, timent deum [h]) mandatis hominum, que [i]) ipsi diligenter sciunt et consuescunt. Ad quos sermo divinus loquitur, dicens [6]): „Et timuerunt me doctrinis et

---

a) venit *biblia.* b) *corr. A.* c) tenentes *(sic) ed.* d) ipsos *ed.* e) illis in consensu *ed.* f) *om. ed.* g) nec *ed.* h) dominum *ed.* i) et ipsi *A.*

1) *Cf. Jac. IV. 4.* 2) *I. Joan. IV. 3.* 3) *I. Joan. IV. 4.* 4) *I. Joan. IV. 5.* 5) *Cf. Act. X. 34.* 6) *Isaiae XXIX. 13 et Matth. XV. 9.*

mandatis hominum. Frustra autem colunt me, docentes doctrinas et mandata hominum."

Inde eciam fit, quod huiusmodi yppocrite et amatores vite huius mundi magis amplectuntur et student doctrinas et mandata suorum superiorum et notant, quam doctrinas et mandata dei Jhesu Christi, magis sunt eis menti leges ab hominibus condite[1]), quam lex a Jhesu promulgata, et magis disputant et locuntur de illis, quam de verbo dei. Verbi gracia magis sunt nunc in precio doctrine[a]) et studium eorum[b]), que vulgo iura canonica dicuntur, quam studium biblie, prophetarum et ewangeliorum[c]), et multo pinguiores transferunt ad studendum iura et leges, quam sanctam theologiam, et studentes talium legum et doctrinarum humanarum magis et cicius promoventur quam scribe et docti viri in lege Jhesu Christi vel theologia[d]). Unde tales hoc unum habent manifestum argumentum, puta quod studentes talia sunt mundi amatores et per consequens Antychristi, videlicet quod fere in omnibus universitatibus [f. 254[b]], ubi sunt generalia litterarum, quasi nullus[e]) pauperum Christi Jhesu vel vir devotus, sed omnes solum generosi secundum hoc seculum, divites et pollentes ingenio et elloquencia transferunt [se] ad studium legum et iuris canonici, et illi[f]) concupiscunt cito ditari et honorari in hoc mundo, quod eciam fit cito ipsis et gloriose, dum aliquos tytulos assecuntur. Verbum autem Jhesu et doctrinas, scilicet theologiam, solum pauperes et devoti querunt studere, qui huic[g]) mundo sunt abiecti, et mundus ipsis, et sue concupiscencie viluerunt, neque[h]) facile quisquam potest ditari assecla scripture sancte. Magis insuper et cicius preterit aput istos inpunitum homini christiano, qui Jhesum et scripturam eius vel quevis verba divina irrideret, blasphemaret vel contempneret, quam qui blasphemaret iura canonica, irrideret vel contempneret. Isti tamen solent sic pro se et contra theologos allegare dicentes[i]), quod ipsi[k]) electum et extractum ad suam facultatem [habent][l]) omne, quod est melius in biblia, et granum tocius theologie; et aliqui[m]), magis contemptibiliter obicientes, inquiunt,

---

[a]) doctores *corr.* doctrine *A.* [b]) ipsorum *ed.* [c]) evangelistarum *ed.* [d]) theologiae *ed.* [e]) minimus *ed.* [f]) ipsi *ed.* [g]) in hoc *ed.* [h]) nec *ed.* [i]) *om. ed.* [k]) illi *ed.* [l]) *om. A et ed.* [m]) aliqua *ed.*

[1]) *phrasis biblica, cf. II. Mach. VI. 23* (a deo conditae legis).

quod solum iam palee in biblia remanent preter ea, que ad iu canonicum sunt extracta. Et nesciunt hoc hii[a]) tales infelices quod quidquid[b]) est in canone biblie, est totum granum, plenum eterna salute et veritate, iuxta illud Jeremie[1]): „Qui habe sompnia, loquatur[c]) sompnia, et[d]) qui habet sermones[e]), loqua tur sermones vere. Quid paleis ad triticum? Numquid non verba mea quasi ignis et maleus conterens petras.“ Et David[2]) „Eloquia domini eloquia casta, argentum igne examinatum purgatum, probatum terre, purgatum septuplum.“

Capitulum quinquagesimum secundum[f]).

[Septem capita bestiae accommodantur partim ad superiore huius saeculi, qui ambitione et avaritia feruntur ad res geren das, partim ad varietatem religionum in populo christiano][g]

Nunc ad superiores sermo dirigatur, qui per capita bestie sunt magis proprie designati. Hii similiter, quia non habent spiritum Jhesu, sed amant[h]) vitam huius mundi et ea que in mundo sunt, et in eo, quod diligunt, bene sunt pro sperati, de neccessitate sibi nimis conplacent in diviciis et ho noribus et frequencia populorum, et illud ipsos nimis profund detinet atque afficit et conmovet. Ideoque quidquid deinceps[i] faciunt laboris vigiliarum, sollicitudinis pro pace suorum, quid quid subeunt pericula[k]), quidquid condunt leges, dant precepta multiplicant sapienciam et doctrinas faciunt[l]), gracia exponun se et sua pro ipsis, omnia hec veniunt ex carne et spi ritu huius mundi, qualiter eciam fecerunt Romani, antiqu gentiles, et modo faciunt pagani vel aliqui alii, qui Christum Jhesum vel eius spiritum non noverunt, itaque hii, quia non probaverunt Jhesum crucifixum habere in noticia[3]), non haben caritatem, non urget eos ad omnia prefata caritas dei[4]), quam non habent, sed caro et sanguis, pax vite huius et bona vita gloria et honor et habundancia diviciarum. Sunt enim[m]) se

---

[a]) hic *ed.* [b]) quicquid *ed.; ita et infra.* [c]) loquitur *ed.* [d]) *om. ed* [e]) s. meos — sermones *ed.* [f]) Cap.[m] LII. *A in m.* [g]) *ita inscr. in ed* [h]) habent *ed.* [i]) deinde *ed.* [k]) periculi *ed.* [l]) faciant *corr.* fa ciunt *A.* [m]) ea *(sic) A.*

[1]) *Jerem. XXIII. 28—29 (libere allatum).* [2]) *Psalm. XI. 7.* [3]) *Cf Rom. I. 28.* [4]) *Cf. II. Cor. V. 14.*

›sos amantes secundum apostolum [1]: „superbi, elati“, et cetera. t propterea inest ipsis in frontibus [2], id est in principali proosito, consignatum, quod divicias et honores ambiunt et proter hoc sedes et honores et glorias [a]) officiaque lucrativa sine mni verecundia inquirunt inportune oportune serviciis, precio : potestatibus [b]) et omnibus modis possibilibus, nichil de conngentibus obmittentes.

Et ita prefatam bestiam cruentam necesse in multa apita dividi, (1) tum quia tales, principaliter divicias et hoores pretendentes, incidunt in laqueum dyaboli [3]) isque captivos ıos mox dispergit in multa ad facilius desolandum regnum omini Jhesu Christi, (2) tum quia hii tales huius vite amatores, m sic capti a Sathana, ipsius proprietatem induunt, scilicet ıperbiam, sicut scriptum est [4]): „Qui communica[veri]t superbo, ıduet [c]) superbiam“, — primum autem est proprium superbie emini subesse et velle habere multos sibi [d]) subiectos, dedinari regi ab alieno capite [e]), sed esse pocius suum caput seorım et iuxta sua vota propria gubernari, ad quod sequitur inıllibiliter fore multa talium capita non subordinata nec subiecta; ;) tum quia amorem diviciarum et honorum et glorie conmiıtur inevitabiliter zelus et invidia, que faciunt scissuras et diviones capitum adinvicem inexhorabiles contencionesque; (4) tum uia spiritus Jhesu unitivus, et qui colligit dissipata, tales iam eseruit, propterea necesse habent consequenter [f]), ut dividanır, eciam divina iusticia illud operante, sicut in illis, qui se ›sos glorificari cupientes, turrim Babel usque ad celum pro:nsam edificare satagebant, quibus divina providencia nisi obiasset, linguas ipsorum confundendo, a cepto opere non cesıssent [5]).

Hec itaque sunt cause cum aliis, quare bestia septem, id st multitudine capitum efficitur monstruosa. Principaliter tamen oc [g]) est videre inter dominos et principes seculares, quorum :gimina et obediencia vel subieccio nichil [h]) [f. 255a] prorsus :cundum Jhesum Christum, sed solum, ut nuper dictum est,

[a]) glorie *A et ed.* [b]) precibus *ed.* [c]) communicat — induet *A;* ›mmunicat — induit *ed.* [d]) *om. ed.* [e]) *om. ed.* [f]) *ita A;* commu.ter *ed.* [g]) haec *ed.* [h]) nulla *ed.*

[1]) *II. Tim. III. 2.* [2]) *phrasis apocalyptica, cf. Apoc. XXII. 4.* *Cf. I. Tim. VI. 9.* [4]) *Eccli. XIII. 1.* [5]) *Cf. Genes. XI. passim.*

secundum amorem et timorem vel spiritum huius mundi; n autem sic inter principes et dominos in spiritualib puta sacerdotes, sed quamquam[a]) ibi obediencia et subieccio m tum habundet[b]) similiter amoris et timoris huius seculi et prin pum huius mundi, tamen adhuc semper aliquid sapit secu dum deum et habet respectum[c]) ad ipsum deum. Ideo meret fornicaria non est descripta a spiritu Jhesu habere capita, s unum humanum incestuosum et muliebre.

Quod si libet adhuc limpidius contemplari horum ca tum in bestia distraccionem, reperies, quod omnis multitu varia religionum in populo unico christiano noviter a venticia, omnis multitudo[d]) fraternitatum in religionibus, sac dotibus et in clero, omnis multitudo societatum in militib nobilibus et rusticis et colligacio talium per varias observanci adinvenciones et attraccio hominum ad ipsas vel invitacio q libet zelusque et amor talium adinvicem seorsum iuxta prop ciam, qua dictum est [1]): „Erunt homines se ipsos amantes“, om inquam, ista ad septem capita bestie putabis pertinere, quia omnia Paulo non sunt visa in dei ecclesia, sed solum nu noviter emerserunt, quando tempus pro bestia dispensat inchoavit.

Capitulum quinquagesimum tercium[e]).

[Septem vicia designantur per septem capita, quae, postqu cessavit pugna adversus semen serpentis, in sponsam agni i pune grassantur][f]).

Insuper, prout iam sepe dictum existit, si multitu moderna carnalium hominum bene inspiciatur, q nullo modo magis proprie describi poterat, quam bestia se tem capitum, ex racione concludetur.

Nam cum videris eos communiter esse[g]) inflatos et perbos, iam caput unum habebis in promptu in bestia mo struosa manifestissimaque signa superbie in capitibus omni deportari varie excogitata, et ea, que non[h]) dicuntur signa

---

a) *ita corr. ab ed.;* quia *A et ed.* b) *ita A;* abundat *ed.* c) rec sum *ed.* d) multitudo — omnis *om. ed. (sic).* e) Cap.m *(una manu, alia manu) :* 87 *(sic)* capitulum *A in m.* f) *ita inscribitur in ed.* g) *om.* h) non que dicitur *A.*

1) *II. Tim. III. 2.*

·rbie esse, sed mundicie et honestatis reputare et superbe ntra quemlibet defensare, signaque e contra humilitatis chri-.ane derisui habere et horrere tamquam[a] obprobrium ho-inum et plebis abieccionem [1]).

Dum inspicias ipsos esse passim homines avaros et rapa-s, cupidos diviciarum, pecunie et honorum, illud eciam exer-re valde communiter et manifeste in populo christiano, illud ıoque predicare in plateis et magnificare et dicere: „Non est ›minus, nisi[b]) pecunia, non est regnum, nisi qui habet dare vicias huius vite“, signumque avaricie omnino non reputare nisi ›num et prudenciam vel probitatem, nonne sine contradiccione :n alterum caput convenienter in bestia numerabis?

Dum conspicias[c]) pestem gule, ebrietatis, voracitatis in vulgo ·r omnes debachari et maxime diebus vacacionis domino esu Christo, ut est diebus dominicis et festivis, manifesta ;na et argumenta brutalis conmessacionis excusare et nichili ıcere, ymmo pro virtute largitatis vel alia huiusmodi [ducere] facere sibi ex talibus, que alias sunt christiano mortalia peccata, dos et gaudium, tunc caput tercium bestie optime coaptabis.

Ast cum luxuriam, fornicacionem, inpudiciciam publice in ›pulo christiano amare[d]) et passim insectari videas; signa quo-ıe luxurie, vestigia et omnem apparatum non nisi bonum et ›nestum, naturale et christianum ab omnibus acclamari, omni ·rsuasione in oppositum non admissa; exercicia insuper luxurie ıt carnalis amoris, utpote sunt coree et conventicula iuvenum, ı excusare et dignificare, ut non nisi in ecclesia dei, velut fit Gal[l]ia, Francia et Ytalia, et in festivitatibus dei et nctorum eius et in actibus solempnibus conventuum chri-ianorum, debe[a]nt talia honeste et sancte exerceri et expleri: :c, inquam, fideliter conspiciens fieri in populo christiano, qui ias templum spiritus sancti[2]) esse debuerat, bene tunc sine bore caput quartum reperies in bestia.

At dum cum hiis[e]) singulis crudelitatem et iram desevire deris in eisdem et eorum torvos vultus et minaces[f]), plenos ›ntencione[g]) et amaro zelo contra alterutrum[3]), sine pia omni

---

[a]) *ras. seq. in A.* [b]) in *corr.* nisi *A.* [c]) conspicies *A et ed., prout supra legitur* inspicies. [d]) amarc *A et ed.; ita et infra minus recte:* :cusare et dignificare, parvipendere. [e]) his *ed.* [f]) minores *ed.* [g]) con-ıtionis *ed.*

[1]) *Cf. Psalm. XXI. 7.* [2]) *Cf. I. Cor. VI. 19.* [3]) *Cf. Jacob. III. 14.*

affeccione, sine federe, sine pace [1]), signaque istorum manif omnino parvipendere, ut est retinere iram per mensem, annum, nocere inimico, ubi homo potest, ire communiter vicos homines stipatos fustibus et gladiis, homicidium non va reputare, inultum pertransire in republica [a]), vel ipsum moc exsolvere [b]) solo iuramento vel pecunia, tunc bene estima hoc caput quintum cruente bestie convenire.

Si inde contemplatus fueris carere omni adinvicem af cione christiana, nisi forte ad suos conplices vel consanguin plenos autem invidia et promptos ad detrahendum, et qua melioribus et sanccioribus, tanto dulcius et libencius, ille [c]) n que carnes [eis] et eorum demonibus apparent esse suavi ad vorandum [f. 255ᵇ], iam caput sextum concludes in be conpilatum.

Demum cum videris eosdem in omni illo [d]), quod est tutis et penitencie pro peccatis, et in hiis, que sunt religi christiane, facile fieri tediosos et non sapere ipsis ullo m non vix ea, que sunt spiritus Jhesu Christi, esseque comm niter circa talia, que sunt salutis, dissipate mentis et in v rapte, quid aliud iam credes, nisi septimi capitis in be conplementum?

Quodsi forte cogites, dicens, quod hec vicia iam dud prius precesserunt, ymmo ab origine mundi regnum in pec toribus possiderunt [e]), quare ergo magis nunc hec bestie e capita coaptantur, ad hoc satis in promptu est ex senten dicere, quod licet prefuerunt ista mala notata, n tamen in populo christiano, qui indutus est solem [2]), est dominum Jhesum Christum, qui destruxerat corpus pec et opera dyaboli [3]), quod supra descriptum est, hec esse bes Hic vero fit describcio per bestiam hanc solum carnalis po christiani [f]).

Vel si [g]) hec vicia fuerunt [h]) prius et in christianis, tan non erant ita publice et sine contradiccione nequ erant in capite, id est in summo et in communitate, que

---

a) Rebuspublicis *ed.* b) exolvere *A.* c) istae *ed.* d) isto *ed.* e) possiderunt *A et ed.* f) populus christianus *(sic) A.* g) quia *seq.* i h) fuerint *ed.* i) nec *ed.*

1) *Cf. II. Tim. III. 3.* 2) *non reperitur in biblia; cf. tantum Ga III. 27* (Christum induistis). 3) *Cf. Rom. VI. 6* (corpus peccati) *et I. J III. 8* (opera diaboli); *cf. supra p. 220.*

modum nunc, cum iam refriguit caritas et superhabundavit quitas multorum [1]). Prefuerunt siquidem ab antiquo seminaria partes huius bestie, que sunt semina antiqui serpentis [2]) et qui hominis, qui non desinit inter bonum semen patris falias zyzania seminare [3]). Sed eciam ex adverso erat fortis ulier sponsa agni [4]), que eciam et ipsa semen suum multicans, desuper deo dante sibi incrementum, possidebat portas micorum suorum et semper inimicicias agens strennue cum nine serpentis, usque [ad] hoc tempus [a]) continue heccine capita stie conterebat [b]) et ita bestiam hanc erigere sua cornua in blicum neque [c]) roborare neque dilatare sinebat, quia spiritus esu eius infirmitatem, sua gracia inhabitans, adiuvabat, gemius inenarrabilibus pro sanctis indefesse interpellans [5]).

Et ecce, quid factum est illi sponse agni, matri honorabili lchre dileccionis et timoris et agnicionis et sancte spei [6])? ccessit in locum funesta hec meretrix, de qua sermo, et exessa sapiencia dei et dei virtute de domo propria, quam sibi ificaverat [d]), cum septem columpnis excisis [7]), mulier stulta et mosa et nichil omnino sciens posuit se excelso urbis loco [8]) contra, et ipsa eadem facta est abhominacio desolacionis sita in templo dei [9]), propter quam spiritus Jhesu templum um deseruit, vineaque domini dei Sabaoth [e]) data est in diocionem [10]). Et tunc semine Canaan et non Juda multiplicato nis et super numerum [11]), et gentes ille pessime, videlicet og et Magog, per universum orbem diffuse [12]), et tunc eciam custe de fumo abyssi in tam infinita multitudine sunt egresse, toto [f]) aere occupato, eciam ipsum solem obnubilantes, teneis ipsum obvolverint [g]) [13]), ex quo bestia sepe notata est conobata et convulsa, in capita multa divisa et cornua [h]), [et] [i]) ta est sedes illius fornicarie meretricis.

Itaque nupta agni pridem, quia non sedit, non quievit per bestiam [14]), sed eam continue viriliter agens [k]), discerpsit

---

[a]) hoc tempore *(sic) A;* haec tempora *ed.* [b]) continebat *ed.* [c]) nec nec *ed.* [d]) aedificavit *ed.* [e]) Zebaoth *ed.* [f]) totum *(sic) A.* [g]) obverunt *A;* obvolverent *ed.* [h]) cornuta *ed.* [i]) *om. A et ed.* [k]) egit *ed.*

[1]) *Cf. Matth. XXIV. 12.* [2]) *Cf. Apoc. XII. 9.* [3]) *Cf. Matth. XIII. –39.* [4]) *Cf. Apoc. XXI. et XXII. passim; parabola est de Gen. III. 15—16 XXII. 17.* [5]) *Cf. Rom. VIII. 26.* [6]) *Cf. Eccli. XXIV. 24.* [7]) *Cf. Prob. IX. 1.* [8]) *Cf. Proverb. IX. 13—14.* [9]) *Cf. Daniel. IX. 27.* [10]) *Cf. iae V. 5.* [11]) *Cf. Daniel. XIII. 56.* [12]) *Cf. Apoc. XX. 7.* [13]) *Cf. oc. IX. 3 sq.* [14]) *Cf. Apoc. XVII. 3.*

et capita contrivit, tunc regnum ecclesie bene stet quia sacerdotes et clerus fideles Jhesu non amaverunt vita et delicias huius mundi, non divicias, non honores, non p suerunt se ad terrena insectanda, sed fortiter adversum pecca et nequicias in celestibus pugnam et inimicicias exerceba spiritu Jhesu inhabitante sua templa, opitulante ipsis et man ducente[a]) in id ipsum. At modo, quia meretrix posuit se s per bestiam, ut quiesceret sic[b]) et suas fornicaciones infau exerceret, ideo nunc prefata capita bestie sunt vehement erecta et roborata et quasi scuta fusilia conpacta[1]). Bestia na que alludit et obedit meretrici, portat etenim eam et suppor in omnibus, et meretrix blanditur bestie, cupiens sic sua qui diu potiri et suis libidinibus saciari — iuxta intellectum super anotatum[2]), scilicet quia clerus et sacerdotes se posuerunt amorem terrenorum ad modum bestie eo, quod spiritus Jhe ipsos deseruit, ideo[c]) summe conplacent in hoc sibi ipsis, qu homines magni secundum hoc seculum et parvi et vulgus finitum ipsis obediunt, subiciuntur eis et honorant et quod d cunt vitam suavem, pacificam et quietam sub munimine et gimine ipsorum magnatorum, saciati et dilatati a vulgo om bus diviciis et honore, sicque putant omnia reliqua bene sta Inde beatificant populum[d]) et magnatis graciosos, devotos humiles se ostentant. Viceversa magnates et populares similit quia diligunt pacificam et suavem vitam huius modi, divici delicias et honores, et talia pro voto[e]) [f. 256[a]] succedunt sorum, grate et liberaliter sacerdotibus largiuntur, ut adh amplius felicitatem huius vite ipsi inpetrarent et, cum viva in omnibus hii tales ad sua libita faciantque voluntatem pr priam, que est secundum carnem et hunc mundum, mult conplacet ipsis[f]) in sacerdotibus, puta quod ipsis talia annu et quod ipsos non corrigunt, non increpant, non anathematisa non requirunt.

---

[a]) manus ducente *ed.* [b]) *om. ed.* [c]) imo *ed.* [d]) papam *typis maiusculis; quae evidens falsificatio textus Janoviani ab editore Norimb gensi esse probatur.* [e]) voto *A et ed.* [f]) illis — illis *pro* ipsis *ed.*

[1]) *Cf. Job. XLI. 6.* [2]) *vide supra p. 210—211.*

Capitulum quinquagesimum quartum[a]).

)e sessione meretricis super bestiam et fornicatione animae. Item de facie bestiae et facie meretricis][b]).

Sic itaque bestia discussa, nunc iterum, prout domini Jhesu lelis spiritus aperire dignabitur, ad detegendum[c]) meretricem agnam super bestiam quiescentem prodeatur, ut superius :ere ceperam.

Ista est magna dampnacio meretricis, quod relin-ıens Jhesum crucifixum, ducem sue pubertatis, et pacti dei i oblita[1]), super quo solo et unico debebat inniti[d]) et in ipso lectari, incepit marcescere in suo sanguine secundum pro-ıetam[2]) et inniti tali et tam terribili bestie, ignorans, quod a plaga dei et ulcio pro[e]) suis fornicacionibus crudelis ex-ıt[3]), ulcio, scilicet pax et prosperitas sacerdotum in hoc undo „in medio prave nacionis“[4]) et filiorum inpiorum, quia ritas hoc decrevit non ineundum pacem cum gentibus, terre delicet, et nacionibus habitantibus super terram[5]), id est cum is, qui terrena sapiunt, quorum deus venter est et gloria in nfusionem[f]), sunt enim inimici crucis Christi[6]). Propter quod incipaliter ad sacerdotes dictum est[7]): „In mundo“, id est in edio amatorum et insectatorum huius mundi, „pressuram ha-bitis, in me autem pacem.“ Pena itaque est et ulcio dei in erum [et] sacerdotes pax et prosperitas in hoc mundo et pro-is[s]io[g]) sibi ipsis et suis subditis pacis atque[h]) inquisicio mporalis et dicere iuxta prophetam[8]): „Pax, pax, ubi non t pax.“

Et ista est sessio meretricis super bestiam. Est ıim inevitabiliter relaxacio discipline Jhesu Christi, est mere-icis excecacio, est antiquorum peccatorum purgacionis oblivio, t servorum Jhesu Christi seduccio, est spiritui Jhesu contu-

14) De pace *A*.

a) Cap.m LIIII *A alia manu in m.* b) *ita inscr. in ed.; cf. supra 44.* c) retegendum *ed.* d) niti *ed.* e) quia pro *ed.* f) in confu-ıne *ed.* g) permissio *ed.* h) *om. ed.*

1) *Cf. Prov. II. 17—18.* 2) *Cf. Job XXX. 16.* 3) *Cf. Jerem. L. 15* ltio Domini est). 4) *Cf. Philipp. II. 15;* filii impii, *Eccli. XVI. 4.* *Cf. Jerem. VI. 12* (extendam manum meam super habitantes terram). *Cf. Philipp. III. 18—19.* 7) *Joan. XVI. 33.* 8) *Cf. Ezech. XIII. 10.*

melia, est temporis dati ad penitenciam ad superbiam et va tatem abusio, est parvulorum in Christo occisio, est multar animarum occisio, que omnia et singula per hec verba Johan sunt descripta, in quibus dicitur[1]): „Sed habeo adversum[a]) pauca, quia permittis mulierem Gezabel, que se dicit prophetare docere et seducere servos meos, fornicari [et manducare] de y loticis. Et dedi illi tempus, ut penitenciam ageret, et non wlt pe tere a sua fornicacione.“ Et tunc ad propositum: „Et ecce, e mittam eam in lectum, et qui mechantur cum ea, in tribu cione maxima erunt, nisi penitenciam ab operibus suis egeri Et filios eius interficiam in morte et hec scient omnes eccle quia ego sum[c]) scrutans renes et corda, et[d]) dabo unicuic secundum opera. Vobis autem dico [et] ceteris, qui Tyaty estis: Quicumque non habent doctrinam hanc et qui non co gnoverunt altitudinem Sathane, quemadmodum dicunt, non m tam super vos aliud pondus.“

Notandum igitur amplius, quod non eque est hic[e]) muliere fornicaria et indumento, sicut de bestia i dicandum, quoad istud, quod bestia, quia est monstrum non est in rerum natura, ideo non est a deo neque[f]) ips figuracio, neque indumentum, sed deformitas peccatorum corpus opusque dyabolorum; ideo neccesse est, quod tota quo ipsius figuram vadat in incertum[g]), et significat, quod pec tores, homines huius seculi, non tantum sunt deformes in s animis, quos respicit principaliter spiritus Jhesu et describit, eciam sunt despecti[h]) et deformes in suis moribus et in s gulis actibus, simul eciam[i]) in habitu gestuque corporis teriori, veluti superius est deductum[2]); ideo secularis peccat cum vult in veritate penitenciam agere, utile est sibi totali in alium habitum mentis et cordis transformari. — Non sic autem de qualitate[k]) figure huius mulieris, de qua serm sed ipsa tota est opus dei et spiritus eius, simul eciam ips indumenta nitida et nobilia; solum ipse eius animus est iniqu et pollutus seu voluntas cupiditatibus huius mundi prostitu Et idcirco hoc accedit ad ipsius maiorem dampnacionem, qua

---

[a]) adversus *biblia*. [b]) prophetam *biblia*. [c]) *om. ed.* [d]) *om.* [e]) hoc *ed.* [f]) nec — nec *ed.* [g]) in interitum *ed.* [h]) descr *(sic) ed.* [i]) simul eciam et habitu *A et ed.* [k]) et *add. sup. lin. A.*

[1]) *Apoc. II. 20—24.* [2]) *vide supra c. 47—49.*

t intus et foris tota pulchra et nobilissima ipsius indumenta , quod reges terre[a]) in ipsius concupiscenciam exarserunt[1]), ıto magis ipsa sua cor[r]upta voluntate atque concupiscencia itata in omnibus illis sibimet conplacuit, sicut alter Lucifer, ıi primus in veritate non stetit[2]), oblitaque est domini dei eatoris deumque[b]), qui eam talem genuit, facile dereliquit[3]), esusque Nazarenus factus est sibi[c]) tamquam mortuus a rde[4]), non custodivit digne spiritum Jhesu, pignus sponsi sui vadimonium hereditatis eterne[5]), sed magis conparatis sibi natoribus plurimis in hoc mundo et data ipsis mercede[d])[6]), 256b] contra suum maritum Jhesum incepit insanire, superre et pollui, varie cum illis, que in hoc mundo sunt, delectata fornicata[7]).

Omnis siquidem gloriacio, omnis delectacio excessiva chriiani, et precipue sacerdotis, alibi quam in Christo Jhesu est rnicacio anime meretricis, que debet in omnibus se sam abnegare et tollere crucem suam et sequi Christum Jheım[8]), suum[e]) dilectum, et que debet eciam odire se ipsam et omnibus sibi ipsi displicere, quatenus sic in veritate possit ıico Christo Jhesu conplacere. Non enim reus in se et in mine suo iniquus et malus potest divine veritati et iusticie onplacere vel admitti ad gaudium in spiritu[9]), nisi sibi ipsi ehementer displicens et quod talis voluntarie est effectus deignans pro eo continue semetipsum. Et quanto propinquius ımini veritatis, id est Jhesu[f]), appropinquat, statu ordinis vel ite[g]) sanctitate, tanto is, qui peccatum semper in se continet ı radice, necesse habet magis ac magis sibi ipsi non placere, ed humiliari, timere et[h]) amare deum tam propicium pecatori[10]).

Fornicacio itaque est christiano omnis deliberata conplaencia vel delectacio in se ipso vel in hoc mundo, que ex dieccione et gaudio Christi Jhesu et eius spiritu non procedit,

---

a) mundi *ed.* b) Denique *(sic) ed.* c) *om. ed.* d) incedere *ed.* e) *om. ed.* f) l. veritatis a Jhesu *ed.* g) vita *A.* h) ac *ed.*

1) *Cf. Apoc. XVII. 2 et Eccli. IX. 9.* 2) *Cf. Joan. VIII. 44.* 3) *Cf. euter. XXXII. 18.* 4) *Cf. Psalm. XXX. 13.* 5) *Cf. Ephes. I. 14* (pignus ereditatis nostrae). 6) *Cf. Ezech. XVI. 33.* 7) *Cf. Ezech. XXIII. 7.* *Cf. Matth. XVI. 24.* 9) *Cf. Rom. XIV. 17* (gaudium in spiritu sancto). 10) *Cf. Lucae XVIII. 13* (Deus propitius esto mihi peccatori).

vel que mox non ducit inmediate et racionabiliter solum in deo delectandum. Ab hac autem fornicacione ne facile potest absolvi, „nisi pauperculus constans contritus tremensque sermones dei sui, qui imolat bov quasi qui interficiat virum, qui mactat pecus, quasi qui exce bret canem, qui oblacionem facit, quasi[a]) qui sanguinem suill of[f]erat, qui recordatur thuris, quasi qui benedicat ydolo“ [1]), est in omnibus, que agit, eciam bonis, et pro deo, displicet s ipsi, quantum est in se, et cum omnia fecerit, se servum in lem[2]) in veritate recongnoscit. Talis vero esse nullus pot nisi habens spiritum Jhesu crucifixi.

Quapropter omnis christianus, qui spiritum Jhe non habet, aut est bestia predicta monstruosa; super p tus suum ad modum serpentis gradiens, terramque conmede terrena sapit[3]), quibus[b]) mentetenus[c]) adheret, tantumque c bestiis terre in hiis delectatur. Spiritus etenim inmundus, in lem[d]) christianum rediens inveniensque domum purgatam ornatam, assumptis septem nequioribus spiritibus, incipit ipsu inhabitare[4]), qui omnes, scilicet spiritus, in talem bestiam c nutam hominem, quem occupant, sciunt et valent subtiliter formare et in corpus magne bestie traicere. Aut efficit meretrix, se ipsum[f]) et ea, que sunt domini Jhesu, varie p luendo et suam libidinem in eis et per ea exercendo. Fac namque bestie dicta est in christiano propter ritus et mo atque peccata gentilitatis, quibus christiani carnales sunt ind Sed facies vel frons meretricis nuncupata existit propter p lucionem et abusum in superbiam ordinis et decoris religio christiane. Quapropter congrue layci, et precipue divites nobiles peccatores, sunt signati per bestiam: dominan namque in talibus maxime ritus et mores habitudinesque paga rum. Et sacerdotes et clerici carnales sunt magis proprie p faciem meretricis figurati, quia ipsi sunt, [qui] ut plurim pulchritudinem et decorem sancte ecclesie prostituunt et p luunt, insequentes suum pollutum cor et conscienciam, maxi

---

[a]) facit quasi *add. in m. A alia manu.* [b]) *in m. A alia manu a* [c]) *post corr. A.* [d]) intellectum *corr.* in talem *A in m. alia manu.* [e]) ipsam *ed.* [f]) seipsam *ed.*

[1]) *Cf. Isaiae LXVI. 2—3.* [2]) *Cf. Matth. XXV. 30.* [3]) *Cf. Ge III. 14.* [4]) *Cf. Matth. XII. 44—45.*

:i graciis et bonis salutaribus vel spiritualibus ad suum fau- um et ad voluptatem carnis abutendo. Et idcirco sepe dixi, iod maior est dampnacio meretricis, que turpissime polluit, iantum in se est, celestia et eterna, quam bestie, que abutitur rrenis ad suam malam voluntatem.

Unde elicitur, quod hic enarracio indumentorum mere- icis tota ponitur ad inculcacionem dampnacionis meretricis et l iram dei magnam ostendendum.

Capitulum quinquagesimum quintum[a].

Mulier circumdata purpura et coccino et inaurata auro et pide precioso et margaritis, habens poculum aureum in manu ia, plenum abominatione et immundicia fornicationis. Apocalypsis capite decimoseptimo][b].

Dicitur itaque per Jo[hanem][1]: „Et mulier erat cir- umdata purpura", id est homines effeminati regali sacer- ocio[2]) adornati, „et coccino", id est sanguine Christi Jhesu : sanctorum apostolorum et martyrum redempti et insigniti.

[1] Et nota hic eciam, quod supra dictum est[3]), scilicet uam apunctate[c]) loquitur sermo divinus. Nam loquens de estia, dicit, quod erat „coccinea", id est multitudo carnalis itus et foris peccatis suis inbuta et duplici malediccione ob- oxia, ut supra dictum est[4]). Sed hic loquens[d]) de muliere, on dicit ipsam coccineam, sed „circumdatam coccino", per hoc ahens iam in aliam significacionem cocci nomen. Nam quia eccatores semetipsos polluunt peccatis et involvunt, ideo[e]) ierentur dici bestia coccinea. Quia vero christiani, et princi- aliter sacerdotes, non habent a se ipsis, quo sunt decorati et ignificati, sed a Christo Jhesu et a sanguine ipsius investiti : electi, ideo dicit: „Et mulier erat circumdata purpura et occino"[f]).

---

14) Nota totum *A*.

a) Cap.^{m} LV *A in m. alia manu.* b) *ita inscr. in ed.* c) punc- te *ed.* d) dicit *add. ed.* e) *om. ed.* f) et c. *om. ed.*

1) *Apoc. XVII. 4.* 2) *Cf. I. Petri II. 9* (regale sacerdotium). *v. supra c. 45, p. 213.* 4) *v. supra c. 43, p. 204.*

[2] Sequitur[1]: „et inaurata“, id est intus deaurat
[„auro“], scilicet gracia prima baptismatis, „et lapide [f. 257
precioso“, id est fide Jhesu Christi, „et margaritis“, id es
ceteris virtutibus usualibus vel habitibus acquisitis. „Haben
inquit, poculum aureum in manu sua“, id est habens i
sua potestate et dispensacione sua, quoad ministerium, gracia
et veritatem factam per Jhesum Christum, sicut sacerdotes Le
vitici habebant in ministerio legem datam per Moysen[2].

[3] Sequitur: „plenum abhominacione et inmund
cia fornicacionis eius“, id est omnia ea, que Christu
condidit sancte ecclesie ad salutem et ut per ea gracia
veritate[a]) salvandi dulciter et in spiritu perfruantur, iux
illud promissum prophete inquientis[3]): „Haurietis aquas in ga
dio de fontibus salvatoris“, sacerdotes et ministri huiusmo
carnales et amatores voluptatum, diviciarum et honorum, qua
tum in ipsis existit, per inmundiciam sue vite carnalis et p
fornicaciones suarum conplacenciarum in honoribus et applaus
populorum abhominacionibus repleverunt. Hic siquidem „po
culum plenum abhominacionibus“ dictum est solum passiv
id est quia patitur plenam et nimiam abhominacionem atq
inmundicias a spurcis ministris et contrectatoribus sacrame
torum.

Sicud[b]) namque Christus Jhesus, quamvis in sua pe
sona non amplius est passibilis et polluibilis, dicitur tamen
peccatoribus rursus crucifigi vel sanguis eius pollut
duci et conculcari ad maiorem expressionem inmensi reat
et dampnacionis, quam[c]) incurrunt Christo indigne viventes ch
stiani et sacramenta ipsius indigne tractantes; — unde apostol
Hebr. X[4]): „Voluntarie enim peccantibus nobis post accepta
noticiam veritatis iam non relinquitur pro peccatis hostia. Te
ribilis namque est quedam[d]) expectacio iudicii et ignis emulac
que consumptura est adversarios. Irritam quis faciens lege
Moysy[e]), sine ulla miseracione duobus vel tribus testibus m
ritur. Quanto[f]) [magis] putatis deteriora mereri supplicia, q
filium dei conculcaverit“, et ecce, ad propositum: „et sanguine
testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, et spirit

a) gratiam et veritatem *A.* b) Sed *ed.* c) quem *A.* d) *om.*
e) Mosis *ed.* f) *corr. poster. sup. lin. A.*

1) *Apoc. XVII. 4.* 2) *Cf. Deuteron. XVIII. 7.* 3) *Isaiae XII. 3.*
4) *Hebr. X. 26—31.*

racie contumeliam fecerit? Scimus enim, qui dixit: Michi vincta[a], et ego retribuam. Et iterum: Quia iudicabit dominus opulum suum. Horrendum est incidere in manus dei vivens"; — non in se itaque Christus crucifigitur, nec in se vel in atura sua sacramenta et cetera huius polluuntur, sed peccaores ita rei iudicabuntur, acsi dominum et deum suum, Chrium rursus crucifixissent, et ita horrende dampnabuntur, quia ı semetipsis opus Jhesu Christi et graciam mortificaverunt et spiritui gracie contumeliam fecerunt", opus eius in se ipsis oluntarie destruentes[1], virtutem per accidiam, sapienciam dei er stulticiam, veritatem per mendacia sua tormentantes. Et uemadmodum, licet Christus evasit manus Herodis in Egyptum ıgiendo, tamen Herodes plenissime est iudicatus in veritate ccisor Jhesu Christi eo, quod totum, quod potuit, effecit, ut uer Jhesus dulcissimus moreretur[2], ita isti, licet amplius hristum non occidunt totum, tamen, quod in se est, faciunt d mortificacionem Jhesu dei summi, veritatem dei et virtutem ı se et in aliis an[n]ullantes. Et non est dubium, si dominus hesus in tali statu et cum talibus circumstanciis, rout prefuit[b] in diebus mortalitatis sue, esset ipsis resens, ipsi tales carnales christiani essent primi d ipsum in sua persona occidendum. Nam hoc cottidie robant in servis et membris Jhesu Christi, quos ipsi odiunt t non cessant modis variis lacerare.

Et hec eadem per omnia sunt sencienda hic et dicenda e indigna contrectacione[c] et usu sacramentorum ivinorum sacerdotibus ab indignis, id est, licet sacranenta Jhesu in se maneant inpolluta, tamen, quantum est ad ninistros indignos, iudicantur pati plenariam pollucionem, ut er hoc horrenda dampnacio indignorum dispensatorum ostenlatur. Ideo namque scriptum est I. [ad] Corinthios XI[3]: „Qui utem manducaverit hunc panem et sanguinem biberit indigne, eus erit corporis et sanguinis domini."

---

a) vindicta *biblia;* vindictam *A et ed.* b) fuit *ed.* c) contrectatione – Jhesu *om. ed. (sic).*

1) *Cf. Rom. XIV. 20* (destruere opus dei). 2) *Cf. Matth. II. passim.* 3) *I. Cor. XI. 27.*

Capitulum quinquagesimum sextum[a]).

[Repetit abominationes supra enumeratas cum explicatione no minis „abominatio" et earundem amplificatione][b]).

Resume eciam hic, si videtur, abhominaciones superius enu meratas, quas[c]) yppocrite in templo domini locaverunt, et vide bis, quod omnes ad hoc propositum conportabunt. Videndur tamen est hic, quid est abhominacio, quantum est, quoc quid nominis.

Differencia igitur est inter „inhumanum"[d]) et „abho minacio[nem]", quia licet utrumque signat illud, quod exhor ret omnis natura, vel cui humana racio manifeste non[e]) tantur adversatur, quemadmodum cuilibet falso[f]) vel turpi, sed eciar dedignatur, sed contradicit simul et dedignatur, inhumanur tamen secundum communem accepcionem nominis significa excessivam crudelitatem, sed abhominabile vel abhomi nacio excessivam turpitudinem vel horribilem deformitater provocantem ad nauseam et vomitum. Vel abhominacio mag proprie est coniunccio et mixcio eorum, que sibi invicem nim contraria [f. 257[b]] et se invicem valde indigna[g]).

Et sic generali accepcione omne peccatum est ab hominacio vel abhominabile, quia in omni peccato est horr bilis deformitas, quia in omni peccato est coniunccio vel cor mixcio maxime contrariorum vel boni cum malo, vel veri cur falso. Malum etenim per se et in se nichil est[h]), sed sola pr vacio boni vel relacio quedam ad bonum, et non potest ess malum, nisi in bono secundum Magistrum Sentenciarum in se cundo [1]), vel relacione ad bonum debitum inesse; quemadmodur nec falsum est vel potest esse aliquid secundum Aristoteler in secundo Posteriorum[2]), nisi defectus veri in proposicione. Sur igitur ista inconponibilia vel inmiscibilia adinvicem secundur veritatem, scilicet bonum et malum vel verum et falsum, (1) tum quia id, quod est nichil, non accipit cum eo, quod est aliquid, al

4) Nota totum *A.* 19) Nota totum bene *A ad calc. fol. sup.*

a) Cap. LVI. *A in m. alia manu.* b) *ita inscr. in ed.* c) que *(sic)* d) in — *sup. lin. A.* e) de non *(sic) A.* f) falsum *false A.* g) ver *seq. in A, sed del.;* etc. *add. ed.,* et sic *omittens.* h) in se *add. ed.* i) tamen *A et ed.*

1) *Cf. P. Lombardi Sent. s. II, dist. XXXV, ap. Migne, P. L., t. 192, col. 73*

2) *recte in Aristotelis Metaph. l. III, c. VII, ed. Paris. (Didot), t. II, p. 512—51*

ıam mixcionem[a]), (2) tum quia sunt, ut dictum est, proprie con-aria et in summo. Et hoc dico secundum quantitatem rerum in se.

Homines tamen, quocienscumque peccant voluntarie vel eccare volunt, male agendo vel menciendo, tociens[b]) nituntur ta vehementer sibi adversa et incomponibilia[c]) miscere ad-ıvicem, scilicet bonum cum malo vel falsum cum vero, sed ichil faciunt, cum ista misceri nequeunt[d]). Verumptamen quia orum mala et perversa voluntate eos excecante et inpellente mne, quod in se ipsis est, ad hoc faciunt, faciunt abhomina-onem horrendam peccantque contra dominum deum suum, ıius bonum et cuius verum voluntarie per malum et falsum ituntur deturpare et deformare. Peccant eciam contra naturam erum in se et contra ordinem pulcherrimum atque perfectum niversi, et sic per omnia. Sicut prius dictum est de crucifixione ıesu et pollucione sacramentorum ipsius, ita modo est dicen-um de quolibet peccato, quod est abhominacio deo, nature et oti universo, scilicet quod bonum malo nequit conmisceri et de-ırpari[e]), neque[f]) verum per falsum. Tamen homo male volun-ıtis, qui[g]) peccat, omnino reus condempnatur, quia voluntarie ıcit totum, quod in se est, ad destruendum bonum per malum t ad reddendum bonum, quod in se et in natura pulchrum est t gratum, abhominabile per malum iniectum et admixtum osi bono. Et vide[h]), quod omnis peccator voluntarius, dum eccat, quamvis nichil facit, id est non efficit hoc, quod sua ope-acio perversa vel voluntas pretendit, tamen, quantum in se st, destruit deum et ipsius universum in suis partibus reddit-ue abhominabile illud, quod deus fecit et facit valde iocundum t bonum. Et quanto in rebus maioribus et bonis divinis id ıcit peccator, tanto magis efficitur reus, quia tanto[i]) ipsius ıaior est voluntaria cecitas et ingratitudo et tanto eciam maior t proximior est dei contemptus ordinis et pulchritudinis uni-ersi et per consequens tanto abhominacio maior coram oculis ivine maiestatis[1]) et angelis eius et sanctis eius.

Sed quia omnes christiani acceperunt et accipiunt naxima bona a deo, quia bona ecclesiastica[k]), bona spiri-

---

32) Nota *A alia manu.*

[a]) commixtionem *ed.* [b]) toties *ed.* [c]) incompassibilia *A et ed.*) nequeant *ed.* [e]) deturbari *ed.* [f]) nec *ed.* [g]) quod *ed.* [h]) inde *ed.* [i]) est *add. ed.* [k]) coelestia *ed.*

[1]) *Cf. Isaiae III. 8* (oculi maiestatis eius).

tualia, perpetua et divina, et maximam veritatem in Chris Jhesu, ymmo acceperunt et accipiunt Christum Jhesum, deu verum et dominum universorum ac regem omnis glorie[1], qu accipiunt fidem eius, virtutem dei et sapienciam dei, — Christ enim est dei virtus et dei sapiencia[2], subaudis[a] christianis da in carne et nata, — quia eciam accipiunt ipsius sacramentum a taris et alia sacramenta, ubi est verum corpus ipsius et verus sa guis filii dei, ubi habitat omnis plenitudo divinitatis corporalit secundum apostolum[3], accipiunt insuper christiani spiritum d cum omnibus suis donis et carismatibus. Et sic ista omnia a ceperunt et accipiunt christiani, ut ista in se contineant dign vel quod sint talium contentivi[b] hereditarie, intime, contin atque perpetue, nec non, ut in talia transformentur et tunc illis contineantur. Propterea scriptum est 2 [ad] Corinthios[c] 3 „De claritate in claritatem transformamur tamquam a domi spiritu.“ Et iterum[5]: „Deus caritas est et qui manet in carita in deo manet et deus in eo.“ Et iterum Johanes VI[d][6]: „Q manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me man et ego in eo.“ Atque iterum[7]: „An nescitis, quia templum d estis et spiritus dei habitat in vobis.“ Et adhuc in propheta[e] „Et inhabitabo in eis et ero deus illorum in perpetuum[f], et autem in nobis es, domine, et nomen tuum invocatum est s per nos et ius iurandum, quod iuravit ad Abraham, patre nostrum, daturum se nobis.“

Cum[g] igitur tanta bona habeat christianus et tam sumr et inmensa contineat secum et in se manencia sine intermissio qualicumque et transmutetur in ipsa secundum graciam, spi tum et veritatem contineaturque ab eisdem semper et ubiqu si tunc voluntarie peccat et, quantum in se est, ea po luat vel tantis bonis abutatur, volens ea cum malo sociare, de facto faciat [f. 258[a]] societque in suo corde et anima in quitatem cum divina bonitate, falsitatem vel simulacionem cu divina veritate, crudelitatem cum divina gracia, inmundiciam

---

[a]) subaudi *ed.* [b]) *ras. A.* [c]) 2 Corint. 3 *alia manu add. A, om.* [d]) cap. 6 *ed.* [e]) *lacuna seq. in A.* [f]) *lacuna seq. in A.* [g]) *haec perioa proprie continuatio est illius, quae inchoata est pag. 253, lin. 34.* [h]) et i.

[1]) *Cf. Psalm. XXIII. 10* (rex gloriae). [2]) *Cf. I. Cor. I. 24.* [3]) *C Coloss. II. 9.* [4]) *II. Cor. III. 18.* [5]) *I. Joan. IV. 16.* [6]) *Joan. VI.* [7]) *I. Cor. III. 16.* [8]) *verba sequentia in „propheta“ non leguntur; phrasis consuta est ex II. Cor. VI. 16, Jerem. XIV. 9 et Lucae I. 73.*

urciciamque[a]) cum divina mundicia, de qua scriptum est in opheta[1]): „Mundi sunt oculi tui et iniquitatem aspicere non oteris“, et ideo sunt valde et nimis contraria et adversa et avissima atque amarissima ita, ut nullo modo possint[b]) conngi neque se possint[c]) vel ad punctum conpati in eodem, cundum quod congnovit, dicens[d])[2]): „Que participacio lucis l tenebras aut que societas Christi cum Belial?“ et cetera, — ım igitur, inquam, omnis, qui peccat vel quandocumque peccat quocienscumque peccat voluntarie, tunc semper et tociens[e]), ıantumcumque in se est, ista sociat de facto et eligit et nitir ista adinvicem in suo corde et anima conmiscere: quaopter quantam abhominacionem perhorrendam faat iniuriamque deo summo vel summe deitati et ngelis et sanctis atque toti universo, dicat, qui potest mprehendere! Ego, attentis supradictis, decrevi magis timere tremere „a facie meorum peccatorum“[3]), non valens abhoinacionis christianorum et maxime sacerdotum magnitudinem t] per consequens dampnacionem non tantum eloqui, sed[f]) ec cogitare, quia secundum magnitudinem dei infinite boni et mensi hec christianorum et maxime sacerdotum abhominacio ıensuratur, ymmo magis „timor et tremor dehinc venerunt suer me et contexerunt me tenebre“[4]), ut[g]) vix palpito[h]) in animo lud psalmi[5]): „Quis novit potestatem ire tue et pre timore am tuam dinumerare?“ Unde valet hic bene allegari illud postoli [ad] Hebreos X[6]): „Voluntarie enim nobis peccantibus m non relinquitur hostia pro peccato, terribilis autem quedam xpectacio iudicii et ignis emulacio, que consumptura est adersarios. Irritam quis faciens legem Moysi[i]) sine ulla miseraone duobus vel tribus testibus moritur: quanto magis putis deteriora mereri supplicia, qui filium dei conculcaverit et nguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, spiritui gracie contumeliam fecerit. Scimus enim, qui dicit: lichi vindicta[k]) et ego retribuam. Et iterum: Quia iudicabit domius populum suum. Horrendum est incidere in manus dei viventis.“

---

[a]) spurcitiemque *ed.* [b]) possunt *A,* possint *ed.* [c]) possunt *A et ed.* [d]) deus *(sic) ed.* [e]) toties *ed.* [f]) et *superflue seq. in A et ed.* [g]) *post rr. A.* [h]) palpitem *recte ed.* [i]) istud *ed.* [k]) Mosi *ed.* [l]) vindictam *A et ed.*

[1]) *Habacuc I. 13.* [2]) *II. Cor. VI. 14—15.* [3]) *Cf. Psalm. XXXVII. 4.* [4]) *Cf. Psalm. LIV. 6.* [5]) *Psalm. LXXXIX. 11—12.* [6]) *Hebr. X. 26—31.*

Plane ista horrenda abhominacio est rursus co culcacio filii dei et crucifixio Jhesu Christi et risio voluntaria tocius ipsius gracie et bonitatis, qua eciam supra habes[a]) allegatum[1]). Et scribitur [ad] breos VI[b])[2]): „Inpossibile enim est eos, qui semel sunt illu nati, gustaverunt eciam donum celeste et participes facti s spiritus sancti, gustaverunt eciam nichilominus verbum dei num virtutesque seculi venturi et prolapsi sunt, renovari rur ad penitenciam, rursum[c]) crucifigentes sibimet ipsis filium et ostentui habentes."

An non tibi videtur, karissime in Christo Jhesu, hec h renda abhominacio crucifixio gravis et dolorosa passio dol cordis intrinsecus dulcissimi dei domini[d]) nostri Jhesu, cu eius divinam bonitatem et graciam paterne nobis se offerent prompte quidem per fidem et professionem[f]) suscipimus sceptaque non dimittimus nostram voluntariam iniquitatem que[g]) erubescimus pro iniquitate nostra neque nobis ipsis ipsa displicemus, sed magis, retenta nostra iniquitate et vanit voluntaria atque voluntarie exercita et cogitata, cum hoc que volumus et credimus domini Jhesu bonitatem possider Et sic[h]) nobis ipsis conplacemus sicque nos christianos esse bene stare in nobis credimus atque copulari posse nobis pla tam vanitatem et iniquitatem cum bene placita dei nobis d bonitate, id est bonitatis Jhesu servos et subditos manife nos profitemur coram mundo, nichilominus nostram vanitat et iniquitatem voluntarie exercendo et iniquitati nostre s viendo. Et ita nos, christiani, per nostram professione Jhesu Christi iniquitatem operando, in publico vel in occul quantum in nobis est, reddimus abhominabilem deu bonum et[k]) Jhesum crucifixum huic mundo et cor mundi amatoribus, et ipsius bonitatem omnibus hominibus vil facimus, et coram demonibus et dei angelis ipsum conspuimu et blasphemamur; qui tamen alias ad hoc ipsum [nos] vocavit elegit, ut ipsum bonum Jhesum et deum, omnes ex bonit sua mera omnes homines salvantem et salvare cupientem, p

---

a) habemus *ed.* b) capite 8 *ed.* c) rursus *ed.* d) *om. ed.* e) dum *ed.* f) per c. *ed.* g) nec — nec *ed.* h) *om. ed.* i) do num *ed.* k) et dominum *ed.* l) conspicimus et blasphemamus *ed.*

1) *vide supra c. 36, p. 166.* 2) *Hebr. VI. 4—6.*

cemus, probemus et confiteamur et modis omnibus possibilibus huic mundo esse deum nostrum valde bonum vel iustum, valde misericordem, maximum amatorem hominum, verbo opere et tota nostra vita demonstremus et persuadeamus que per hoc multos ad ipsum attrahamus, [ut] sicut nos, sic multi alii, per nos persuasi et adducti, ipsum bonum deum bonum Jhesum congnoscant, diligant, bonitate sua fruantur una nobiscum gracias sibi agant in secula seculorum.

Ad hoc propositum dicit Petrus I.ª 2° [1]: „Vos estis [a]) genus ectum, regale sacerdocium, gens sancta, populus acquisicionis." sequitur ad propositum: „Ut virtutes eius annuncietis, qui tenebris [f. 258ᵇ] vos vocavit." Et ad idem apostolus ad hesios primo capitulo [b]) [2]: „Benedictus deus et pater domini stri Jhesu Christi, qui benedixit nos in [c]) omni benediccione irituali in celestibus in Christo Jhesu, sicut elegit nos in ipso te mundi constitucionem, ut essemus sancti et inmaculati in nspectu eius in caritate. Qui predestinavit nos in adopcionem orum per Jhesum Christum in id [d]) ipsum secundum prosicionem voluntatis sue, in laudem glorie gracie sue, in qua atificavit nos in dilecto filio suo. In quo habemus" [etc.].

An non tibi, mi dilectissime, videtur horrenda abhoinacio [et] per consequens gravis iterum crucifixio Christi esu, dei virtutis et dei sapiencie [3]), nate in carne, date et misse ristianis, ut sit maxime et proprie ipsorum et inhabitet in eis, et m eis [in] nobis ingratissimis, et maxime [e]) sacerdotibus et ericis, qui cum prompte suscipi[a]mus divinam veritatem per em et professionem, nichilominus vanitatem et mendacium luntarie loquimur multociens [f]) et multis modis, et per [g]) hoc lducimus veritatem Jhesu sanctam in se et castissimam, quam ore eodem, in quo vanitas et mendacium habitat aut te sepe emanat, loquimur et confitemur, abhominabilem et spectam conculcatamque coram mundo et peccatoribus chrianis funeste [et] infeliciter facimus eandem veritatem. Et ad c ipsum et alios conchristianos [h]) per exemplum invitamus ita, od inde nobis accidit perhorrenda excecacio et plaga omnino

---

a) autem *biblia.* b) I. *tantum ed.* c) *om. ed.* d) *om. ed.* e) *seq. in A.* f) multoties *ed.* g) pro *A;* per *ed.* h) christianos *ed.*

1) *I. Petri II. 9.* 2) *Ephes. I. 3—7.* 3) *Cf. I. Cor. I. 24.*

insanabilis, scilicet ut verbum veritatis[1]), id est fidei, in ore nostro levissimum et quasi inane, iam plebeis bulis conparatum, et ita inveteratum et nimis commune fact ut magis recentes fabule vel opera et verba hominum, c quibus rogabat rex David quondam os suum non inquinar eque vel magis attendantur a populis christianis quam gra et solida verba veritatis domini nostri Jhesu Christi. Et hec ad illud devenimus, o nos sacerdotes dei altissimi, quond sal terre et lux huius mundi[3]), fidelesque testes[4]) verit fidei per mundum universum, hoc, inquam, accidit, ut iam te monium Christo Jhesu[5]) nostrum coram populis pene ni sit[a]) et nullius gravitatis verba nostra et nullius auctorit reputentur[b]). Inde est, quod dum volumus Christo Jhesu te monium perhibere et ipsius veritati, utpote docendo et pre cando, necesse habemus ire ad apostolos, prophe et sanctos doctores, qui labia sua[c]) sacerdotalia soli scie dei et veritati divine sollicite et fideliter servaverunt[6]), et ipsis verba eorum mendicamus, ut non nos ipsi tamqu testes male fidei et suspecti, sed ipsi sancti pro nobis ad pulum[d]) dent testimonium veritati.

Hoc autem nobis solum abhominabilibus et indignis sac dotibus et clericis fieri oportet, quia alias, si nos ipsi ex n tris[e]) propriis loqueremur, ex sensu nostro in dei eccle loquendo[7]), totum est conculcatum et spretum, eciam ipsa veri et verum testimonium fidei Jhesu contemptum et vilificacion pateretur, nisi alii testes ydonei fidei in nostro ore resonarent. nos [sumus] testes Christi inutiles et abiecti, quod eciam ipsa div veritas et Christus a nobis et propter nos siccine conculcatur. Q propter cum testimonium fidei cupimus perhibere, et aliquand fer[r]e volumus, vel forte, ut in pluribus accidit, nos ipsos ost tare et negociari nostros questus, divicias et honorem, de nec sitate opportet, ut verba pro sermone vel a nostris p ximis furemur secundum prophetam[8]), vel quandoque m

---

[a]) est *A et ed.* [b]) reputantur *A et ed.* [c]) *om. ed.* [d]) dediti *in A, sed del.* [e]) *om. ed.* [f]) aliquando *tantum A et ed.*

[1]) *phrasis biblica communis; cf. I. Ephes. I. 13;* plaga insanabilis, *cf. Is XIV. 6.* [2]) *Cf. Psalm. XVI. 4* „Ut non loquatur os meum opera hominum" [3]) *Cf. Matth. V. 13—14; etiam phrasis* sacerdos dei altissimi, *biblica est, Genes. XIV. 18. Deinde omittitur.* [4]) *Cf. Isaiae VIII. 2* (testes fideles). [5]) *cre phrasis biblica.* [6]) *Cf. Malach. II. 7.* [7]) *Cf. I. Cor. XIV. 19.* [8])

ımur et fingamus aliquem proborum virorum vel sanctorum oc vel illud dixisse, vel cum magno studio et labore aliorum rba exquiramus in pellibus mortuis brutorum animalium, — iam sciencie ipsorum multum ad modum proprium reputan[tur] ıasi pellis ex [carne][a]) nostra (?), — et ea verbula cum diffiltate magna conpingamus et affirmemus, magis curiositate vel lectacione nostra fornicaria nos in id perurgente per omnia, sicut ıer in scolis alphabetum affirmando vel leccionem in Donato [1]), eam postea queat coram aliis recitare. Et exhinc nobis hoc ntingit, quod cum simus iam magistri aliorum in nostra reıtacione vel deberemus esse in veritate, tunc adhuc misermi pueri in fide et divina scripture sancte veritate. quia tales existentes, non veremur alios docere et gubernare, eo abhominacionem terribilem in templo ex nobis ipsis connimus, et magis ipsam, tamquam meretrix clamorosa, stulta nichil omnino sciens, in excelso urbis loco sedens [2]), abhoinacionem aliis singulis in poculo aureo propinamus [3]). Nam iam dati [b]) in conculcacionem [c]) [4]) et contemptum propter ostram exilem vitam, prout hoc nobis oportebat accidere, sali [d]) sulso et infatuato [5]), nichilominus tamen quasi inpudica eretrix nos inpudenter [f. 259[a]] ingerimus precibus precio [e]) nec non et potestate alios ad regendum et docenım, non ad hoc electi, non invitati, non vocati, non desponti [6]), sed nisi, ut est dictum, sicut meretrix, que cupit suas rnicaciones exercere, non filios parere nec fructum afferre, d tantum in vita quieta et honorata et divite et delicata quasi loco fornicacionum accumbere, omni verecundia fronte deosa, et indigni ipsi in dignitate [f]) delectari. Et quod est abminabilius, scilicet cum omnes fornicarii suis concubinis dant ercedem et ipsas nutriunt et vestiunt, nos autem pro nostris forcacionibus gravibus Christo Jhesu nichilominus precium, gloriam

---

10) Sacerdos, nota *A alia manu.* 18) Nota *A alia manu.*

[a]) *ita emend. ab editore; in A legitur:* eciam sciencie . . . reputant que lles ex nostra (?). [b]) dicti *(sic) ed.* [c]) proculcationem *ed.* [d]) soli *(sic) ed.* [e]) prece *A et ed., sed rectius est* precio; et nec non et *seq. in A.* [f]) *corr. ed.*

rem. XXIII. 30: „Propterea, ecce, ego ad prophetas, ait Dominus, qui antur verba mea unusquisque a proximo suo.“ [1]) *Donatus liber notus olaris medii aevi.* [2]) *Cf. Proverb. IX. 13—14.* [3]) *Cf. Apoc. XVII. 4.* *crebrius in Isaia legitur.* [5]) *Cf. Marci IX. 49* (sal insulsum). [6]) *Cf. rabolam de nuptiis regis Matth. XXII. 2—14.*

et honorem reportamus[a]), detestabiliores in hoc omni p beia meretrice, que licet pro libidinibus suis precium ca tamen portat abieccionem et confusionem et ruborem, ei de plebe universa, nos, plenos adulterii et incessabilis de habentes oculos [1]), et existentes abhominacio[b]) in templo Jh Christi, nichilominus propter Jhesum crucifixum gloria[c]) et nore[d]) fungimur usque ad diem ulcionis, domino[e]) Jhesu viter sufferente propter longanimitatis sue et paciencie divi infinitas [2]). Et quia sic ipse nos diu supportat, nos ob id m amplius nobis iram dei thesaurisamus in die ire et furor Nonne videtur tibi hec magna abhominacio esse, crucifixio[f]) ite benignissimi Jhesu Christi, „qui vult omnes homines salvos fieri

Quis enim dubitat, quod iste[g]) est Jhesus crucifixus, loquitur ad nos, sacerdotes, qui fronte meretricea[h]) et sine ve cundia ingerimus nos ipsos et inportune ad sacerdocium, e beneficia et ad officia et prebendas currentes in impetu nos rum ambicionum, non congniti, non vocati, non electi, sed lum, ut vita suavi et honorata in populis perfruamur. Dicit, quam, hec[i]) ad nos Jhesus [5]): „Non te servire feci in oblaci nec laborem [tibi] prebui in thure. Non emisti [mihi] argen calamum et adipe victimarum tuarum non inebriasti me. Veru tamen servire me fecisti in peccatis tuis, prebuisti laborem [i iniquitatibus tuis." Nonne iste est Jhesus Nazarenus, qui ex mat contra nos, nimis aggravatus nostro tepore[m]) et torpor „O, sacerdotes, dicens, o, generacio prawa et adultera, usq quo paciar vos? et quamdiu ero vobiscum, qui violatis me populum pro modico pugillo ordei et fragmine panis?" Ad siquidem hoc modo[n]) loquitur, non ad phariseos, non ad Jud non ad eos, qui extra sunt. Judei enim fuerunt et non s sed verbum hoc adhuc est hodie et cras et in eternum mane

---

[a]) deportamus *corr.* reportamus *A.* [b]) et *seq. in ed.* [c]) glo *corr.* gloria *A., om. ed.* [d]) *post corr. A.* [e]) *ras. A.* [f]) crucifixo *A.* [g]) ipse *ed.* [h]) meretricia *ed.* [i]) hic *A,* haec *ed.* [k]) *ras. A.* [l]) *on et ed.* [m]) tempore et corpore *(sic) ed.* [n]) hec m. *A; om. ed.*

[1]) *Cf. II. Petri II. 14.* [2]) *Cf. Coloss. I. 11* (in omni patientia et ganimitate); *etiam phrasis* dies ultionis *in biblia saepius legitur.* [3]) *Cf. I II. 5* (thezaurizas tibi iram in die irae). [4]) *Cf. I. Tim. II. 4.* [5]) *Is XLIII. 23—24.* [6]) *Cf. Matth. XII. 39* (generatio mala et adultera), *M XVII. 16:* „O, generatio incredula et perversa, quousque ero vobiscum? quequo patiar vos?", *et Ezech. XIII. 19:* „Et violabant me ad populum m propter pugillum hordei et fragmen panis." [7]) *Cf. I. Petri I. 25.*

ipsum est, quod hodie adhuc loquitur non ad eos, qui foris it, quia eos, qui sunt foris, deus iudicabit secundum aposto-ı[1]), sed ad eos, qui sunt in Christo Jhesu, quos adhuc hodie itur et nimis moleste sustinet Christus Jhesus, loquitur, qui ı[a]) nos esse gloriamur et confitemur.

Capitulum quinquagesimum septimum[b]).

cerdotes implent et praebent aliis poculum meretricis vita aliena a doctrina pietatis][c]).

An non iterum abhominacio videbitur, quam facimus istiani, et maxime nos ipsi, o sacerdotes, cum incarnatum verbum et dei sapienciam prompte suscepimus et in domo iencie dei et virtutis[2]) esse gloriamur, de mensa ipsius edenet bibentes, quam sibi iugi[bu]s et diutinis laboribus edificavit summis expensis ita, quod quidquid est vel habuit, totum endit in sumptu edificiorum et labore, nichil omnino nmune habens cum stulticia vel et terrena[d]) olim[e]) et dyaica sapiencia huius mundi[3])? Enimvero nos, sic suscepta et fessa dei virtute et dei sapiencia, publice et coram mundo ipsam et in ipsa gloriosi, nichilominus in nostra ignominia, nostra neglicencia voluntaria nobis ipsis non displicemus, non deplangimus tepidos et pusillanimes in conversacione nostra, ı dolemus in veritate, sed opinamur nos bene stare et nostri virtutem pusillanimitati nostre esse consentaneam[f]) in nobis ista duo alias prorsus contraria bene stare, ita seter in omnibus agentes et quasi dormientes vel claudicantes nichil strennui, nichil[g]) sollide virtutis secundum virtutem erantes, in fecibus nostris quiescimus, cupientes in id ipsum, sic Christo Jhesu, dei virtuti, in nobis placeamus. Et tali do dominum Jhesum coram hoc mundo et parvullis in risto[4]) inpotentem et segnem in bonis et admiscentem mala nis adhibemus et facto predicamus, a facie cuiuslibet mortalis minis pavore concussi[h])[5]) et a facie folii trepidantes[i]). Et ma-

9) Nota totum *A*. 17) Nota, tepide *A alia manu.*

[a]) *ita emend. ab ed.;* quoniam (?) *A.* [b]) Cap.m LVII. *A in m. alia nu.* [c]) *ita inscr. in editione.* [d]) *corr. A.* [e]) *ras. A.* [f]) consenum *ed.* [g]) vel *ed.* [h]) concusse *A et ed.* [i]) trepidantis *A.*

[1]) *Cf. I. Cor. V. 13.* [2]) *voces* dei virtus et dei sapientia, *de Christo endo, I. Cor. I. 24, ut notum, leguntur; sed reliqua pars parabolae non est prie biblica.* [3]) *Cf. Jacobi III. 15.* [4]) *Cf. I. Cor. III. 1* (tamquam vulis in Christo). [5]) *Cf. Exodi XX. 18* (pavore concussi).

xime „in tempore temptacionis“ [1] et in die belli intenden [f. 259^b album] [f. 260^a album] [f. 260^b] et mittentes arcum trorsum, convertimus alios [2], quos debueramus edificare erexisse, per nostrum teporem et torporem, „parvulis in Christo nocentissimum, resolvimus mittimusque in fugam et timorem quatenus sint Christo Jhesu tepida abhominacio et fermenta sicuti sumus et nos ipsi. Et hec est ipsa abhominacio horr Jhesu Christo gravis et provocans ipsum ad vomendum. N dicit Apocalypsis III [4]: „Utinam esses calidus vel [b] frigidus, s quia [tepidus es et] nec es frigidus nec calidus, incipiam evomere ex ore meo.“

Hoc autem exinde nobis evenit, quod admiscemus volumus admiscere ad amorem Christi [c] amore huius seculi et volumus, simul Christo Jhesu et hominib conplacendo, domini Jhesu servi haberi ab hominibus et [d] cari. Nam scriptum est [5]: „Confusi sunt, qui hominibus place et deus dissipavit ossa eorum.“ Et apostolus [6]: „Si adhuc minibus placerem, servus Christi non essem“. Et ista est hominacio maxima in sacerdotibus, qui ponunt amarum in du et dulce in amarum [7], nam ea, que Christi Jhesu sunt, tra ferunt ad secularia et volunt per ea huic mundo conplacere que secularia sunt, in illis querunt Jhesum et volunt et cred sibi, per ea et in illis conversando, grate et digne famulari.

Ita de [e] sapiencia, ut dicebatur, accipe et vide, qu magna est hec [f] abhominacio in sacerdotibus et clero: pienciam huius seculi et principum, que inimica deo et non potest esse deo subiecta secundum apostolum [8] habet omnino omnes sapiencie dei contrarias qualitates, v cum dei sapiencia copulare et misceri [g] et gloriari advers veritatem mentirique [9], id est confiteri dei sapienciam et leg et docere et predicare, et cum hoc facere stulta opera vol tarie et ex elleccione. Ita profiteri divinam [h] sapienciam et

---

a) in t. *ed.* b) *sup. lin. A;* et *seq., sed del.* c) amori Christi d) *sup. lin. A.* e) dei *ed.* f) *om. ed.* g) miscere *ed.* h) divi *seq. superflue in A.*

1) *Cf. Lucae VIII. 13.* 2) *Cf. Psalm. LXXVII. 9:* „Filii Ephrem in dentes et mittentes arcum, conversi sunt in die belli.“ 3) *Cf. I. Cor. II* 4) *Apoc. III. 15—16.* 5) *Cf. Psalm. LII. 6.* 6) *Galat. I. 10.* 7) *Cf. Isaiae V. 20.* 8) *Cf. Rom. VIII. 7.* 9) *Cf. Isaiae LIX. 13* (pec et mentiri contra Dominum).

i ab hominibus pro sapiente, pro scriba docto in regno[a]) orum[1]) et pro doctore, et tamen nulla digna sapiencia tali ere, sed magis in omnibus sapienciam huius mundi imitari, sapiencie[b]) inimicam[2]), quid aliud est nisi abhominacionem poculo vel sub poculo aureo propinare[3]), vel habendo[c]) in nu sua, id est in potestate, aureum poculum[4]), sapienciam vel habendo scripturam sanctam in usu[d]) vel ex arte, vel endo auctoritatem ad docendum, et tunc ea convertere ad priam gloriam et ad questum, non autem ad multum fruc- ı afferendum Jhesu Christo[5]), vel indigne vivere et con- ria facere dei virtuti et dei sapiencie in populo?

Hoc enim, ut superius dictum, est dei pulchram et gratis- am sapienciam abhominabilem facere et contempti- m coram peccatoribus huius mundi et est dare arma et defen- nem stulticie et stultis operibus contra veritatem et sapien- n divinam ac virtutem, occasionem simplicibus multa mala endi, ut mala sua allevient et habeant excusacionem[e]) suo- n delictorum, tenentes tales abhominabiles sapientes[f]) et pro- sores[g]) firmissimo pro exemplo. Et illud est meretricis ha- ıtis aureum poculum in manu sua ipsum abhominacionibus inmundiciis nephande adinplere et [ad] alios[h]) portare[6]), contra s loquitur apostolus [ad] Romanos II°, dicens[7]): „Si autem [tu] leus congnominaris et requiescis in lege et gloriaris in deo, nosti voluntatem eius et probas[i]) utiliora, instructus per em, confidens[k]) te ipsum ducem esse cecorum, lumen eorum, in tenebris sunt, eruditorem insipiencium, magistrum in- cium, habentem formam sciencie et veritatis in lege. Qui[l]) o alium doces, et te ipsum non doces; qui predicas non fu- dum, furaris; qui dicis non mechandum, mecharis; qui ab- ninaris ydola, sacrilegium facis; qui in lege gloriaris, per varicacionem legis deum inhonoras. Nomen enim dei per blasphematur inter gentes, sicut scriptum est." Hec scriptura, superius eciam dictum[8]), non iam Judeis loquitur, quia illi

a) dei *seq. in A, sed del.* b) *ras. A.* c) habet *A,* habendo *ed.* isu *corr.* usu *A.* e) *posterius add. A.* f) *om. ed.* g) *lacuna seq.* 1. h) alios et *A.* i) *posterius corr. in A.* k) confidis *biblia.* Quid *A et ed.*

1) *Cf. Matth. XIII. 52.* 2) *Cf. Rom. VIII. 7.* 3) *Cf. Jerem. XXV. 15.* 4) *Cf. Apoc. XVII. 4.* 5) multum fructum afferre, *cf. Joan. XII. 25, etc.* 6) *Cf. Apoc. XVII. 4.* 7) *Rom. II. 17—24.* 8) *v. supra p. 260.*

non sunt, verbum vero hodie manet et loquitur indicatque p forma nunc[a]) illos, qui sibi adversantur. Et hosdem[b]) simili dure increpat Jacobus 3° capitulo, ita dicens[1]): „Quis sapie et disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conversacio operacionem suam in mansuetudine sapiencie sue. Quodsi lum amarum habetis et contenciones sunt in cordibus vest nolite gloriari et mendaces esse adversus veritatem. Non enim ista sapientia desursum descendens, sed terrena, anima dyabolica. Ubi enim zelus et contencio, ibi inconstancia omne opus prawm. Que autem sapiencia est desursum, prim quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bo consenciens, plena misericordia et fructibus bonis, [non][c]) iu cans, sine simulacione, fructus autem iusticie in pace se natur facientibus pacem".

[f. 261[a]]. Capitulum quinquagesimum octavum[d]).

[Abominatio est, cum res ex diametro pugnantes, ut veritas mendacium etc., copulantur, qualis etiam est, cum impii hypocritae ad dignitates ecclesiasticas evehuntur, qui piis cordatis taxantibus eorum vicia irascuntur et vim faciunt]

Iterum pro ampliori declaracione illius „quod pocul plenum abhominacione" et subdit illico „et inmundicia for cacionis eius"[2]), est advertendum, quod innuit hic diver tatem inter abhominàcionem et inmundiciam for cacionis.

Pro quo notandum, quod abhominacio non solum di est esse ibi, ubi malum cum bono vel falsum cum vero c ponitur vel estimatur conponi, sed eciam, ubi res se invic indigne, licet non omnino sint contrarie in suis naturis, c ponunt[ur][f]) vel nituntur conmisceri, fit eciam una abhomina Et quanto maiores res et magis se invicem indigne et a remote adinvicem conponuntur, tanto maior et horribilior c

20) Nota totum *A.*

a) *om. ed.* b) eosdem *ed.* c) *om. A et ed.* d) Cap.[m] L *A in m. alia manu.* e) *ita inscr. in ed.* f) — ur *eras. in A.*

1) *Jacobi III. 13—18.* 2) *Apoc. XVII. 4:* „. . .habens poculum aure in manu sua plenum abominatione et immunditia fornicationis eius."

ituitur abhominacio graviorque deo et toti universo. Et si e[a]) tales res essent seorsum, quelibet earum in suo loco et sua posicione sibi debita, tunc minima vel nulla fie[re]t[b]) hominacio vel deordinacio.

Verbi gracia: turpe est stercus vel turpis serpens aut iffa[c]), tamen si ponatur stercus in suo loco, id est sterquilinio, buffa sub terra in fimo, nulla vel modica est abhominacio. ed[d]) si stercus turpe et fetidum ponatur in sede alicuius hoinis mundi, tunc est mox abhominacio. Si vero ponatur in edio multorum et in prospectu magnorum hominum, adhuc it multo maior. Item si ponatur in mediis epulis mense regie lendide, erit adhuc maior. Sed si ponatur voluntarie in crare aureo regis et inmergatur electo potui ipsius, vel si poatur in ore regis voluntarie et ex contemptu, aut in corona gis, dum sederet in sede maiestatis sue et in gloria sua, specntibus omni frequencia sue milicie et curie regalis, tunc esset axima abhominacio.

Talem facit et admittit abhominacionem sic horrendam, tanto adhuc maiorem, quanto maior est deus quam homo, res spirituales quam corporales, divine quam humane, peretue quam temporales, quilibet christianus et maxime saceros, si peccat voluntarie et dum peccat et quocienscumque vontarie peccat, quoniam quilibet christianus in deo summo et ege omnis glorie[1]) manet et deus in eo, et ad hoc ipsum uilibet christianus et maxime sacerdos est vocatus, electus et anctificatus. Unde scriptum est[2]): „Deus caritas est, et qui anet in caritate, in deo manet“ et cetera[e]).

Abhominacio vero stercoris vel buffe[f]) ex contemptu et oluntarie in ore regis nichil est in conparacione abhominaionis peccati voluntarii in sacerdote, quia illud est inundum solum in estimacione hominum, non in natura sua, sed eccatum est inmundicia et abhominacio intrinsece vel in naura, et deus, sicut est inmense mundicie et fons omnis puriatis, in tantum exhorret quamlibet inmundiciam peccatorum. ropterea dicit dei[g]) propheta[h])[3]): „Mundi sunt oculi tui, [ne

a) istae *ed.* b) fiet *A.* c) buffo *ed., ita et infra.* d) Sed — bhominacio *om. ed.* e) et cetera *om. ed.* f) buffonis *ed.* g) deo *A;* ei *ed.* h) *lacuna seq. in A.*

1) *Cf. Psalm. XXIII. 10.* 2) *I. Joan. IV. 16.* 3) *Habacuc I. 13.*

videas malum], et iniquitatem aspicere non poteris.“ Et idcirc alibi loquitur, dicens[1]: „Auferte malum cogitacionum vestra rum ab oculis meis.“ Abhominatur namque ita dominus Jhesu rex omnis glorie[2]) et puritatis, peccatum, ut eciam non tantur peccatum, sed hominem dispositum ad peccandum vel cogi tacionem [peccandi] non queat in[a]) se vel in suo ore con tinere. Unde dicit[3]): „Quia tepidus es, incipiam te evomere d ore meo“, id est, quia es michi abhominacio in ore meo. Et no tantum cogitacio varia est gravis Christo Jhesu in christiano sicud scriptum est[4]): „Spiritus sanctus discipline effugiet fictur et auffer[e]t se a cogitacione, que est sine intellectu“[b]), se eciam servicia christianorum facta sine sapiencia et oblacione sunt sibi graves et horrende. Unde scriptum est Proverbio rum II°[c])[5]): „Victime stultorum abhominabiles.“

Sicut itaque rex iustus et clemens, splendidus et coro natus valde decore et ordinate stat positus in solio suo rega et palacio regni in medio ecclesie sanctorum, ita iniquus latr et fur rapax, inpius et scelestus[d]) bene stat et decore i carcere in vinculis, ne amplius valeat male operari et nocer vel in patibulo suspensus, recipiens iam condignam vindictar pro delictis. Ita eciam optime stant panis et vinum in mund mensa proposita hominibus famelicis ad comedendum et pran dendum, lutum autem[e]) bene est in gloaca[f]), seorsum ab sconditum, ne cuiquam feteat et nauseam faciat. Quod inter ista fiant loca, tempora et vices conmutate ex advers aut quelibet istis similia, mox erit magna abhominacio const tuta, maxime si ista fiant vel similia ex superbia voluntaria e ex presumpcione vel contemptu.

Verbi gracia: Si latronem et furem inpium et infideler atque fornicarium ponas in solio regali, corona splendida de coratum, in medio magnatorum regni, omni secum nequici inpietate et inmundicia perseverante, vel si ponatur similite [f. 261[b]] clericus fornicarius, infidelis et inpius et fatuus in ca

---

15) Nota *A alia manu.*

[a]) et *(sic) A.* [b]) interitu *ed.* [c]) Proverb. II. *posterius add. A.* [d]) inscelestus *A.* [e]) atque *corr.* autem *A.* [f]) gloaca *A,* cloaca *ed.; qu seq. in A et ed.*

[1]) *Isaiae I. 16.* [2]) *Cf. Psalm. XXIII. 10.* [3]) *Apoc. III. 16.* [4]) *Sap. I. 5.* [5]) *Proverb. XV. 8* (victimae impiorum).

edra episcopalis dignitatis[a]), episcopalibus decoratus auctorite et potestate, in medio sancte ecclesie, in locum dei summi, ram oculis divine maiestatis: nonne esset hec horrenda abminacio in dei ecclesia et in templo constituta multo magis ntraria et pessima, quam si poneretur ad templum christiarum ydolum gentilium, ut statua Jovis vel huius modi, que chil est secundum apostolum[1]), nisi secundum errorem in inione hominum, et non potest bene facere neque male?

Sed adhuc maior [abhominacio] est, si et dum aliis huius modi iniquus et infidelis et scelestus et ex sua cuditate propria, qua est malus, ingerat [se] vel intrudat fraude[b]) solium regis vel in locum dei summi[2]), id est ad gradum iscopi et fiat episcopus. Et insuper maior adhuc, si hoc communiter per multos [fiat] sine reprehensione et vindicta[3]). Et huc nimis maior abhominacio, si illud ita fiat communiter et n [solum] sine reprehensione ulla, sed [ec]iam sine timore et recundia, acsi dominus Jhesus id diligeret, vel acsi hoc non raret, vel acsi iam deus non esset. Et sine verecundia dico, cum asi hoc esset licitum et honestum et, qui talia abhorrent et non ierunt vel forte reprehendunt, vilipenduntur[c]), eiciuntur et iciuntur, licet sint quomodolibet iusti, sancti et sapientes. Et lhuc maior abhominacio fieret, si iam tales carnales et inpii infideles, existentes multi et regnum ecclesie iam obtinentes, niliter[d]) suos, scilicet eciam carnales sine spiritu Jhesu et qui niliter amant hunc mundum et ipsius voluptates, divicias et nores amant, potenter promovent et eciam ad potestates, vicias et honores vocant tamquam homines valentes et eriint, viros vero habentes spiritum Jhesu, humiles in hoc mundo, ia mundum non diligunt, voluptates, divicias et honores huius undi non querunt, per hoc volentes edificare verbo et exemplo Christo Jhesu, illos, inquam, tales nec diligunt nec inquirunt, iodsi sciunt, tunc ad malum eorum bona interpretantes, conmpnunt et blasphemant atque inpediunt ipsos, ne possint ea, l que ex caritate urgentur et monentur, exercere. Quodsi odica responsione virili in Christo Jhesu pro veritate eisdem

[a]) in cathedra episcopali dignitatibus episcopalibus decoratus *ed.* fraudat *(sic) A;* fraudet *ed.* [c]) vilipendunt *ed.* [d]) *corr. A.*

[1]) *Cf. I. Cor. VIII. 4.* [2]) „summus deus", *cf. Tobiae IV. 12, etc; in-* *a non amplius indicatur.* [3]) *Cf. Philipp. II. 15; etiam vox* „vindicta" *liae saporem trahit.*

obvietur ita, quodsi[a]) in modico ipsis tamquam deo promp non obediatur in illis, que ipsi districte et dure mandant, principaliter si id fiat a viris prefatis, humilibus et strennuis virtute, mox nimium ipsos persecuntur excommunicacion suspensione, carceribus, de civitate in civitatem propulsione criminum heresis inieccione cum tali adieccione, quo hec ipsa sanctis facientes, credunt se in hoc deo obsequiu prestare[1]), estimantes hoc et predicantes, quod optime deo ta vita placeat, quam ipsi ducunt[b]) communiter fere omn et sine reprehensione, puta[c]) deo placere et amare vitam hui seculi et frui in ea diviciis, pace et honore, et diligere talia manifeste sequi et inpudice inquirere, licet hoc aput tales n sit inpudicum[d]), scilicet ad sacerdocium non vocatum se i gerere, beneficia et officia rogare et dignitates. Nam sicut ia dictum est, qui talia contemnit et non inquirit vel reprehend vilipenditur et societas ipsius evitatur[e]) tamquam hominis co trarii et despecti, et sapiencia[f]) ipsius vel consilia nequaqua inquiruntur et operibus ipsius quibuslibet[g]) detrahitur et nullo promovetur, sed, ut dictum est, magis in ipsis inpedit

Capitulum quinquagesimum nonum[h]).

[Abominatio desolationis iam in templo statuta et manifesta impletis omnibus prophetiis de Antichristo][i]).

Ex istis evidenter colligitur, quod illa[k]) maxima abh minacio desolacionis modo in hiis diebus stat templo dei constituta, que dicta est a Danyele propheta a domino Jhesu expressa[2]), nisi, quia non est, qui legat et i telligat[3]), quia moram faciente sponso omnes virgines dorn taverunt[l]) et dormierunt[4]), ideo subsequenter in Daniele sc ptum est[5]): „Inpie agent[m]) inpii et non intelligent omnes inp

---

23) Nota totum *A*.

[a]) obvietur aut si *ed.* [b]) *ita emend. ab. editore;* quamquam ipsi cunt *A.* [c]) pura *ed.* [d]) in publicum *A;* inpudicum *ed.* [e]) vitatur [f]) sapientiam *ed.* [g]) quomodolibet *ed.* [h]) Cap. LIX. *A in m.* *manu.* [i]) *ita inscr. in ed.* [k]) ista *ed.* [l]) dormitarunt *ed.* [m]) eg *corr.* agent *A.*

[1]) *Cf. Joann. XVI. 2* (arbitretur obsequium se praestare deo.) [2]) *Daniel. IX. 27 et Matth. XXIV. 15.* [3]) qui legit, intelligat, *cf. Ma XXIV. 15.* [4]) *Cf. Matth. XXV. 5.* [5]) *Dan. XII. 10.*

'erum merito inpii non intelligunt, quia altitudo Sathane et peracio demoniorum [1]) scit bene tanta et multo ampliora facere, t non intelligant, vel ut videntes yppocrite non videant et udientes non audiant et legentes non intelligant, ne forte conertantur et sanentur [a]) [2]). Et quia si inpii intelligerent, ita sunt apti sua ambicione et suis propriis concupiscenciis, quod illa [b]) oticia [non] cederet ipsis ad profectum [3]), sed si revertereniur [c]) et iterum sanarentur, inpetu suarum libidinum multo peius ierent et ergo veniret ipsis [d]) intelleccio ad gehenam ampliorem. Quapropter iusticia [f. 262[a]] dei et misericordia permissum st altitudini Sathane modernos yppocritas et gentes per uniersum ita seducere et excecare omni decepcione possibili [e]) et xcogitabili in operacione subtili non tantum, quam posset omo quisquam cogitare, sed secundum omnem subtilitatem, uam possibile est dyabolo invenire, secundum omnem ipsius onacionem tantum, [ut] si fieri posset, eciam electi in errorem iducantur [4]).

Unde licet modo sit tempus illud, in quo omnes prohecie [f]), que umquam de periculis novissimorum temporum oquebantur, sint inplete et sint in actu inplecionis, et precipue rophecia Jhesu et apostolorum atque ewangelistarum ipsius, ut st illud de meretrice [5]), quod modo tractamus, et illud de Antyhristo vel filio iniquitatis, de quo [Paulus] loquitur ad Thessaloicenses [6]), et alia singula, tamen ita late et profunde sumus execati et negligentes, circa sarcinas nostras [7]) et concupiscencias nundi occupati, quod nichil horum intelligimus [8]), sed adhuc olum futura expectamus, quatenus ita decepti et circumventi Sathana [9]) nos, Antychristi, alium adhuc Antychristum xpectemus, interim christos domini simplices et fideles prenentes, deridentes et persequentes. Similiter nos, existentes neretrix illa horrenda, aliam meretricem adhuc fore som-

---

[a]) sanarentur *A*; sanentur *ed.* [b]) in illa *A*, in ipsis *ed.* [c]) reverenerentur *A et ed.* [d]) illis *ed.* [e]) populi *(sic) ed.* [f]) prophete *corr.* rophecie *A.*

[1]) *phrases quoque biblicae.* [2]) *Cf. Matth. XIII. 15.* [3]) *Cf. Numer. II. 41* (quod vobis non cedet in prosperum). [4]) *Cf. Matth. XXIV. 24.* [5]) *Cf. Apoc. XVII. 1 sq.* [6]) *Cf. II. Thess. II. passim.* [7]) *Cf. Lucae XI. 46:* ,Et vobis legisperitis vae, quia oneratis homines oneribus, quae portare non ossunt." [8]) *Cf. Lucae XVIII. 34* (nihil horum intellexerunt). [9]) *Cf. II. Cor. II. 11*(ut non circumveniamur a Satana).

pniamus[a]), interim nostras confusiones dispumantes[1]) et h rendas abhominaciones nostras in poculo aureo, quod in po state nostra tenemus, universis propinantes[2]). Videat tam unusquisque, qui potest videre, quid sit hic securius, An christum, id est contrarium christum, se[b]) confiteri et timere penitere, cum et sancti viri id fecerunt, ut Job, qui dixit „Quare me posuisti contrarium tibi et factus sum michin ipsi gravis?" — vel detrahere et dedignari[c]) irascique[d]), se prehendi et declarari esse Antychristum? Vel similiter, qui sit magis certum et utile ad salutem, confiteri se meretric fornicariam et dolere[f]) atque fugere ad virum, ducem puberta sue[4]), dominum Jhesum crucifixum, vel abhominari se descr vel iudicari meretricem inpudicam? Et nemini potest esse d bium, qui secundum spiritum Jhesu sapit, quod primum christorum, qui in veritate ambulant[5]), dicentes se peccat habere et ingemiscentes ac plangentes se ipsos esse contrar deo suo, et secundum esse Antychristorum, filiorum iniq tatis, id est mendacii, quos generat dyabolus mendax et pa eius[6]). Primum, inquam, est sponse Christi, que erubes pro suis turpitudinibus, festinans[g]) ad eum, qui vult et pot iterum suscipere et operire suam nuditatem et turpitudin sua caritate divina, que operit multitudinem peccatorum[7]). S cundum est proprie proprium meretricis adultere, q postquam iniquitatem sicut aquam furtivam suavem sibi e berit et conmederit, iuxta modum loquendi Salomonis[8]), illi tergit os suum et dicit: Non conmedi[9]), manifestum[h]) siquide est argumentum abhominabilis meretricis habere frontem att tam et nescire erubescere[10]).

---

a) sompniemus *A.* b) *om. ed.* c) indignari *ed.* d) — que *sup.* *add. A.* e) quod *ed.* f) delere *(sic) A; infra* et 2m est *corr. A in m.* *manu.* g) festinando *ed.* h) non comedi maritum (!) *ed.*

1) *Cf. Judae 13* (despumantes suas confusiones). 2) *Cf. Apoc. X* *4 et Jerem. XXV. 15.* 3) *Job. VII. 20.* 4) *Cf. Proverb. II. 7.* 5) *phra* *biblica non rara.* 6) *Cf. Joan. VIII. 44.* 7) *Cf. Jacobi V. 20.* 8) *Proverb. IX. 17:* „Aquae furtivae dulciores sunt et panis absconditus suavio 9) *Cf. Prov. XXX. 20:* „Talis est via mulieris adulterae, quae comedit tergens os suum, dicit: Non sum operata malum." 10) *Cf. Ezech. III* (attrita fronte) *et XXIII. 43* (attrita in adultariis). *Cf. Jerem. VI. 15* (eru scere nescierunt).

Capitulum sexagesimum[a]).

[A]ntichristus deus terrenus est, et quibus praestigiis mentes [h]ominum spiritu Christi carentium in fraudem illexerit, ut pro Deo coleretur][b]).

Et ut ad prius positum exemplum redeam, de „horrenda)hominacione desolacionis nunc posita in templo dei" pro ɘclaracione[1]): „Nunc filius iniquitatis extollitur super omne, quod collitur aut dicitur deus", nonne tunc :oprie illa prophecia est adinpleta, quando tales homines carıles, spiritum Jhesu crucifixi non habentes, inpii, infideles et :elesti, mundi amatores resident communiter in loco dei et ro diis in terra venerantur ab hominibus? Non enim putanım est Antychristum illum famosum cogitare vel estimare se ;se deum eternum et celestem, nam cum racionem non[c]) ıbeat[d]), nec Lucifer umquam id se esse cogitavit. Sed deum . terris vel terrestrem se faciet et fecit iam Antychristus, sum superbia sua inpellente et cupiditate glorie et honoris[e]). t ita fecerunt multi pagani cesares et inperatores Romani et ii, scilicet deum in terris [se][f]) estimantes a nativitate sua et ırtuna, et ita se col[l]i et adorari ab omnibus hominibus dignum ;se crediderunt, tamquam bene nati et fortunati supra[g]) omnes ortales super terram. Sed de illo scriptura non habet curam ultam facere mencionem propter causam sepe dictam, scilicet ıod de illis, qui foris sunt et qui sunt iam nichil aput Jhesum 'ucifixum, non est opus scribere aut iudicare[2]). Sed hoc pro agno et mirabili et horrendo nimis in hoc mundo prophete : sancti apostoli posuerunt et pro maximo malo atque ultimo ɘscripserunt et diligenter multis modis[h]) expresserunt, si forte)ssit ab electis dei evitari, dum venerit illud, in quantum populus maxime et ultime perfeccionis[3]) [f. 262[b]], asımptus in filios dei[4]), ditatus et glorificatus a deo maximis

5) Nota totum *A in m.* 13) Nota de Antichristo *A alia manu.*

a) Cap.m LX *A in m. duabus man.* b) *ita inscr. in editione.* c) *po-ɘa sup. lin. add. A.* d) cum *seq. in ed.* e) honorum *ed.* f) *om. A.* super *ed.* h) in multis locis *ed.*

1) *II. Thess. II. 4.* 2) *Cf. I. Cor. V. 12—13; cf. supra p. 263, n. 8.* 3) *Cf. I. Petri II. 9.* 4) *crebrius in biblia occurrit, ex. gr. Rom. VIII. 16* umus filii dei).

et ultimis bonis dei, ornatus omni sapiencia, sciencia et omni virtutibus eciam celestibus, fulcitus omni potestate et auctorit eciam divina, in terris repletus spiritu dei[1]) et omnibus do eius, cum igitur hiis omnibus ornatus et ideo et per deum tatus et dilatatus per universum orbem, sicut aliquando Luc in celestibus[2]), multo amplius ex istis in superbiam elatus[3]) contra Jhesum crucifixum. Et incipiens se sum amare in hoc mundo, amplexatus [est] gloriam et honor huius mundi et in hoc se posuit ad delectandum et ad inq rendum, suffragantibus sibi illis bonis maximis, spiritualibus divinis, que a deo quondam accepit, puta auctoritatem et testatem divinam super terram, omnique sapiencia, sciencia divinis sacramentis, que omnia convertit ad suum libitum exaltacionem, per ista et in istis superbiendo et dominando clero, dure inperando, maxima promittendo, multos, ymmo finitos conchristianos per hoc seducendo et inducendo ad am dum vitam[a]) huius seculi, corporalem et carnalem, et insequ dum eius concupiscencias, spiritui sancto contrarias omni propter quod spiritus Jhesu desertat templa sibi consecrata.

Cumque insuper talis sic[b]) carnalis populus [fuerit] ni multiplicatus per orbem ecclesie universum et cum per mag tempora fuerit secundum sua vota in diviciis, gloria et hono in omni voluptate in isto mundo prosperatus, domino Jh crucifixo irato idque Sathane permittente in ipsis talibus operari, ut sic crucis humilitas et ignominia evacuaretur[4]) christianis et Jhesus crucifixus esset tamquam mortuus a corde mundus hic valde conplaceret, vita eius et gloria eius, et pass nes et labores pro virtute et veritate essent ipsis nimis terribi et amare et vita eterna et promissiones eius in scripturis ess ipsis pro nichilo, et reliquie Israel[5]), id est sancti, boni et dev christiani, quamvis pauci, [huius mundi] contemptores, invo toresque fideles Jhesu Christi essent contemptui, et quod fie estimacio communis, quod deo placet hec vita hominum c nalis et secularis et quod bene deo servitur cum amore di ciarum, fruendo pace et deliciis huius vite, et quod deus n

---

a) sicut *ed.* b) *ras. A.*

1) *saepius in Act. apost. legitur.* 2) *Cf. Isaiae XIV. 13.* 3) *Cf Tim. III. 6* (in superbiam elatus). 4) *Cf. I. Cor. I. 17* (ut non evacue crux Christi). 5) *Cf. Sophon. III. 13* (reliquiae Israel).

ı horrende perpendit et punit facta hominum carnalia vel ccata.

Et ideo ad hoc conparandum dyabolus omnem reli-ɔsitatem in ecclesia multiplicat in conventibus et per-ıis et per consequens omnem sanctitatem et faciem pietatis ı[a]) gracie in verbis[b]) et habitu exteriori, sed omnia solum ad ra et secundum faciem corporalem et sine spiritu Jhesu cru-xi. Multiplicavit insuper et procuravit vel permisit multi-cari omnem decorem et honestatem in ecclesiasticis, vel tem illa omnia accepit sibi in aminiculum[c]) seducendi chri-ınos ad amorem huius seculi et ad ponendum se in magna : conplacendi deo et domino Jhesu Christo cum amicicia et ce huius mundi, ad ponendum se christianos ad querendum nc mundum et ea, que diligit iste mundus. Inde eciam idem han secundum operacionem suam subtilem[1]) multiplivavit omissiones infinitas et magnas in dei ecclesia peccatori-s et amatoribus talibus huius seculi et iustificaciones[d]) ıltas inventicias et humanas, aut ipsas convertit ad suam ciorem decepcionem, ut christiani in illis sibi blandirentur et ıstituerent suam spem salutis, non habentes ad Jhesum cru-xum fidelem caritatem et ad proximos et habentes vitam aliter carnalem[e]) et amicam huic mundo.

Item ob id permisit vel procuravit fieri ad usum suum cipiendum et as[s]eruit multas[f]) sciencias, adinventicias et entes, que equaliter vel magis quam sciencia dei et dei sa-ncia sunt authentica, tremenda[g]) et maxime auctoritatis, ut verbum dei fidele et solum tremendum desoletur vel obnu-etur aput amatores huius vite, vel non tantum, ut dignum , reputetur. Et ille sciencie multum sunt promote in ecclesia, ıgnis titulis et gloria adornate, habundancia[h]) diviciarum in ipsum ei[s][i]) adiuvante. Et quod solum illi vel maxime tales ctores ecclesie christianorum ponerentur, multiplicata sunt ad c mandata et cerimonie hominum infinite et, ut tantum[k]) ent tremenda et tante auctoritatis, quemadmodum dei summi

---

[a]) glorie *corr.* gracie *A.* [b]) *ras. A.* [c]) adminiculum *ed.* [d]) iusti-ıntes *(sic) A.* [e]) corporalem *corr.* carnalem *A;* et corporalem *add. ed.* [f]) multa *corr. post.* multas *A.* [g]) autenticae, tremendae *ed.* [h]) de h. *et ed.* [i]) eum *ed.* [k]) tante *A et D 1.*

[1]) *Cf. Thess. II. 9* (secundum operationem Satanae).

precepta, predicantur et docentur et cum magna districc imperantur, que Sathanas secundum ipsius subtilitatem v congrue et utiliter convertit ad profectum sue dampnaci ut homines huius modi carnales, neglectis dei preceptis minus ponderatis, timeant deum[a]) [minus] mandato homir et cum solum ea, que homines tales in loco [f. 263[a]] dei tradiderunt, expleverint, credant iam se omnia effecisse, stentes transgressores dei tremendi preceptorum[1]), et ut m precepta hominum et multe cerimonie et obligaciones tales verse et inscie essent instrumenta Sathane ad circ veniendum multos et inplicandum et ad hesitacionem indu dum et ad distrahendum et ad temptandum et ad transg siones christianorum mundialium multiplicandum et ad i cendum precepta dei in oblivionem vel levitatem.

Multiplicata sunt quoque multa incerta corpor simpliciter nullam virtutem in se ipsis habencia, nullam ef ciam salutis, nullam sanctitatem spiritus Jhesu, nullam auc tatem ex deo vel scripturis; que quia sunt in se recenci nova[2]) et splendida coram hominibus[b]) et quasi stupenda celeberrime predicantur, comendantur et famantur, wlgus accipit[c]) nimis, ardue col[l]it et adorat strennue, tremit co ipsis et virtutem quandam magnam et suffragia ponit[d]) in bus corporalibus, credens maxime, quod[e]) in talibus et per sit deus col[l]endus et inquirendus.

Que omnia subtilis Sathan sibi accepit ad magnum fectum homines, qui Christi[f]) Jhesu spiritum non habent, se cendi, quatenus ingrati existentes domino suo Jhesu cruci qui eos redemit, et ducentes vitam omnino carnalem aman que vitam huius seculi, divicias, delicias[g]) et honores, cre se in talibus et per talia bene deum honorare et magnam ciam assequi et salutem in tempore necessitatis[3]) ea, que sunt, et maxime et publice et solempniter et ab antiquo, curantes vel minus digne curantes vel obmittentes, ut est quentare divina sacramenta et summe amare et desiderare di atque colere et venerari, utpote est in veritate penitenciam

---

a) dominum *ed.* b) horribilis *(sic) A.* c) accepit *corr.* accip d) ponit, quod *A, D 1 et ed.* e) *om. ed.*; quod in talibus *om. D 1.* f) *om. D 1.* g) et delitias *ed.*

1) *Cf. Jacobi II. 11* (transgressor legis). 2) *Cf. Deuter. XXXII* (novi recentesque). 3) *Cf. Eccli. VIII. 12.*

ccatis [agere] et sepe confiteri peccata, satisfaccionem grate plere[a]) et communicare sepe corpore Christi Jhesu.

Capitulum sexagesimum primum[b]).

'is sublatis ex hac vita in persequutionibus crevit potentia ıtichristi, nemine contradicente et populo cupide amplexante eius fallacia signa][c]).

Cum itaque vir talis iniquus et filius iniquitatis homoque rdicionis[1]) sic, ut prescribitur, ad summum locum venit vel ıerit dignitatis, omni potestate divina vel[d]) mundana exalus, diviciis et gloria supra modum habundante, potens valde ɔer ecclesiam malicia et iniquitate, conferensque, qualiter vorit et quibus volet[e]), huius seculi divicias et cathedras et sumɔs honores, habens in potestate sua vel auctoritate personas ulares vel spirituales, quas voluerit, quomodo[f]) voluerit, aut universam ecclesiam promovere, et, quia non habet spiritum ɜsu crucifixi, amator est huius mundi et omnium, que sunt hoc mundo, ideo ex omnibus illis[g]) inflatus, factus superbus templo dei se ponit in locum dei summi, tamquam deus in ris ab omnibus adoratus: iste talis est vel fuit summa hominacio desolacionis in ecclesia, per operacionem thane sic subtiliter procurata et valida ad nocumentum eccleet decepcionem, ut eciam, si fieri potest, electi in errorem incantur[2]). Et iste est in mundo summus Antychristus, qui mus et auctor est omnium[h]) infra et depost Antychristorum.

Et cum[i]) in tempore illius nimia multitudo hominum, solo mine christianorum, carnalium, iam desolatorum a spiritu ɜsu Christi super terram est vel fuit effusa[3]), et similiter infinita ıltitudo virorum inpiorum, cupidorum, elatorum, superborum[4]), ri modo se ipsos amancium et hunc mundum, est vel fuit pro-

7) Nota totum *A*.

[a]) satisfactionem grate explere *om. ed. (sic).* [b]) Cap.[m] LXI *A in m.* *manu.* [c]) *ita inscr. in ed.* [d]) v3 *A;* videlicet et *D 1.* [e]) *ita A,* *et ed.* [f]) quo *tantum D 1.* [g]) istis *ed.* [h]) atque omnium *A, D 1* *d.* [i]) *haec periodus temporalis non habet finem sibi congruum.*

[1]) *Cf. II. Thess. II. 3* (homo peccati, filius perditionis). [2]) *Cf. Matth.* *IV. 24.* [3]) effusus super terram, *cf. Matth. XXIII. 35.* [4]) *Cf. II.* *m. III. 2.*

mota ad regimina et ad cathedras ecclesie et ad imperia et prin patus[a]) seculi ita, quod illi tales omnes, quia sunt de parib votis et sibi similes, id est omnes vitam huius carnis amant et mundum et, que in mundo sunt, sequentes, ideo[b]) invic carnaliter se amantes, alludente ipsis parentela et consangui tate et amore pacis et diviciarum, sicut et pagani faciunt, c naliter obediunt vel obedierunt sibi invicem, alludunt sibi vicem, gaudentes et congaudentes super suis diviciis, glo pace huius vite et honore, regnum ecclesie inpleverunt et f titer possederunt[c]), omnes amici amatorum huius mundi. Sa tique viri et inimici talium omnium, que mundus diligit, an autem Jhesu Christi, per dei permissionem omnes vel quasi o nes sunt de medio sublati vel per mortem vel [per] persecutor magis tamen per dei summi disposicionem[1]). Et reliqui, q cumque fuerunt viri, qui non curvaverunt genua sua ante l alym[2]), residui super terram, videntes mala, que fiebant, su pressi ingemuerunt; aliqui a facie multitudinis amatorum mu et persecucionum ab eisdem oppresi tacent et tacuerunt; sunt in errorem inducti similem[d]); aliorum sunt ossa dissipat quia talibus hominibus placuerunt ita, quod nichil virile v tutis[e]), nullam correccionem audentes[f]) iniquitatis exerce eciam similiter ipsi in quiete[g]) siluerunt.

Et sic amatores mundi et huius vite carnalis, nullo ip reprehendente, nullo ipsis aliud demonstrante, nullo re stente, [f. 263[b]] ipsorum nimia multitudine et fere communi omnibus sibi invicem alludentibus et congaudentibus in id sum, ut superius dicebatur[4]), quiete et secure ad fruendum l mundo et ad ducendum in bonis dies sue carnis cupitos *(sic)* om communiter posuerunt et in id ipsum stabilierunt, arridentib ipsis diviciis et copia omnium, annis fertilibus[5]), sanitate et d tina vita et remota omni plaga pestis, famis et bellorum[6]).

---

[a]) ad principatus *ed.* [b]) immo *ed.* [c]) possiderunt *A.* [d]) si liter *ed.* [e]) veritatis *ed.* [f]) audientes iniquitatem *ed.* [g]) inquirere

[1]) *Cf. Eccli. XXXIII. 14* (secundum dispositionem eius). [2]) *Cf. R XI. 4:* „Reliqui mihi septem milia virorum, qui non curvaverunt genua a Baal"; *etiam phrases sequentes sunt biblicae.* [3]) *Cf. Psalm. CXL. 7* (dissip sunt ossa nostra). [4]) *vide supra p. 244.* [5]) *Cf. Genes. XLI. 26* (sep ubertatis anni). [6]) *phrasis* „gladius, fames et pestis" *saepius in Je legitur.*

meretrix Jezabel[1]) ob suas fornicaciones missa est in locum[a]), quiesceret bene in suis multis et magnis beneficiis, officiis prebendis, usque quaque[b]) fornicaciones suas exercens in iciis, deliciis, gloria mundi et honore usque ad tempora sibi r indignacionem Jhesu dispensata[2]).

Et quia, ut dictum est, sancti et viri iusti, reprehensores inimici illorum[c]), fidelesque Christi Jhesu et ignominie crucis is amatores, qui erant stelle et in perpetuas eternitates[3]) lu-icia sydera in hoc caliginoso loco[4]), lux mundi, sal terre[5]), nt excussi[6]), tamquam ficus emittit grossos suos[7]), et per idam draconis de celo in terram detracti[8]): et spiritus esu, propter presenciam abhominacionis desolacionis in nplo eius constitutam[9]), ecclesiam, quoad hoc[d]), deseruit taque est sola civitas plena populo[10]) et Sydon meretrix est dita oblivioni[11]). Et tunc conpletus est sermo, qui scriptus Apocalypsis VI° [12]): „Sol factus est niger tamquam saccus icinus[e]) et luna tota facta est sicut sanguis. Et stelle celi ciderunt super terram, sicut ficus emittit grossos suos, cum vento magno movetur. Et celum recessit sicut liber invo-us, et omnis mons et insule de locis suis mote sunt. Et ges terre et principes et tribuni et divites et fortes et omnis vus et liber absconderunt se in speluncis et petris moncium. dicunt montibus et petris: Cadite super nos, et collibus: oscondite nos a facie sedentis super thronum et ab ira agni, oniam venit dies magnus ire ipsorum, et quis poterit stare?" eo facte sunt dense tenebre per terram ecclesie universam[13]) facta est nox profunda, in qua iam pertransierunt omnes stie silve[14]), id est carnalium christianorum multitudinis po-li cor est aggravatum, oculi excecati, aures obturate, ut vi-

---

[a]) in lectum *ed.* [b]) -que- *sup. lin. A.* [c]) et inimici illorum *om. ed.* [d]) quoque ad hoc *ed.* [e]) cilicius *ed.*

[1]) *de qua v. IV. Reg. IX. passim.* [2]) *Cf. Coloss. I. 25* (secundum pensationem dei). [3]) *Cf. Daniel XII. 3.* [4]) *Cf. II. Petri I. 19* (quasi ernae lucenti in caliginoso loco). [5]) *Cf. Matth. V. 13—14* (sal terrae — mundi). [6]) *Cf. Psalm. CVIII. 23* (excussus sum sicut locustae). *Cf. Apoc. VI. 13.* [8]) *Cf. Apoc. XII. 4.* [9]) *Cf. Matth. XXIV. 15.* *Cf. Thren. I. 1.* [11]) *Cf. Isaiae XXIII. passim.* [12]) *Apoc. VI. 12—17.* [13]) *Cf. Exodi X. 21* (tenebrae super terram Aegypti tam densae, ut pal-i queant). [14]) *Cf. Psalm. CIII. 20:* „Posuisti tenebras et facta est nox: ipsa pertransibunt omnes bestiae silvae."

dentes non videant et audientes non audiant et corde non telligant, ne forte converterentur et sanarentur[1]). Et ita obscuratus est et luna non dedit lumen suum et stelle ce derunt de celo[2]) et lumen reliquum positum est sub modi et sal infatuatum missum est foras in conculcacionem[4]).

Et tunc pseudoprophete nimis multiplicati su et[a]) super numerum[5]), venientes in nomine Jhesu Christi et centes se Christos esse et veros apostolos[6]), et constituer sibi civitates habitacionis[7]) et dederunt signa multa sanctit et religiositatis et portenta[8]) in factis suis magnis super cete omnes homines ita, ut homines mirarentur ipsos et stuperen Sed omnia et singula desertata [sunt] a spiritu Jhesu cruci et simulata promittenciaque[b]) pietatem christianam, sed null eius virtutem continentes. Et tunc confortate[c]) sunt manus inpiorum nimis et ita seduxerunt plurimos, beatificantes pulum[11]) in pace et vita huius mundi dicentesque: Pax, ubi non erat pax[12]). Sed quia carni et sanguini favorabile talia audire[13]), ideo grate tales susceperunt et prompte au runt magistros prurientes auribus[14]) et loquentes placen homines iuxta sua desideria ambulantes[15]). Et istius modi gistros vulgus christianum carnale nec non divites seculi magnates magnis diviciis, honoribus et copia omnium glori elevaverunt[d]), dilataverunt et inpinguaverunt[e]) pariter cum i viventes et morientes, non alibi quam aput ipsos suorum ca verum quietem reponentes, ad magnam devocionem conci ad ipsos et grate se ipsorum obediencie subicientes, usqueq

---

a) *om. ed.* b) permittentiaque *A.* c) forte confortatae *ed.*
d) elevarunt *ed.* e) impinguarunt *ed.*

1) *Cf. Joan. XII. 40 et Eccli. XXVII. 15* (obturatio aurium). 2) *Matth. XXIV. 29.* 3) *Cf. Matth. V. 15* (lucernam ... ponunt sub mo 4) *Cf. Matth. V. 13.* 5) *Cf. Psalm. XXXIX. 6* (multiplicati sunt s numerum); *auctor loquitur de monachis!* 6) *Cf. Apoc. II. 2.* 7) *Psalm. CVI. 36* (et constituerunt civitates habitationis). 8) *Cf. Marci XIII.* „Exsurgent enim pseudochristi et pseudoprophetae et dabunt signa et tenta.“ 9) *Cf. Marci II. 12* (ita ut mirarentur omnes) *et Act. apost.* (stupebant autem omnes et mirabantur), *etc.* 10) *crebrius in biblia occu*
11) *Cf. Isaiae IX. 16:* „Et erunt, qui beatificant populum illum, s centes.“ 12) *Cf. Ezech. XIII. 10:* „Eo, quod deceperint populum me dicentes: Pax, et non est pax.“ 13) *Cf. Hebr. II. 14* (carni et sangu
14) *Cf. II. Tim. IV. 3* (coacervabunt sibi magistros prurientes aurib
15) *Cf. Judae 16* (secundum desideria sua ambulantes).

: relinquentes ordinem ecclesiastice obediencie et subieccionis, ›entesque suos proprios sacerdotes quasi sal infatuatum [1]), domos ipsorum quasi forum vel domum negociacionis re- :antes [2]).

Verum merito hoc ipsis sacerdotibus accidit, quia :caverunt nimis in fratrem suum Jhesum crucifixum [3]), mit- tes ipsum in foveam vel cisternam veterem sue vite car- is et dehinc Ismahelitis negociatoribus ipsum tradentes pro rcede [4]), et veluti primogenitus Ruben patris sui ascendentes ıtum turpiter maculaverunt [a]), per hoc facti meretrix, effusi ıt sicut aqua, ne crescerent [5]), et quasi sal infatuatum missi conculcacionem [6]) et quasi lapides sanctuarii dispersi iacent angulis omnium platearum [7]) et regiones ipsorum coram eis :ni [b]) pos[s]ident et pro suo libito devastant [8]).

[f. 264a] Capitulum sexagesimum secundum [c]).

ysterium Gog et Magog et locustarum. Schismata in papatu et distractio ecclesiae Antichristi tripartita] [d]).

Quemadmodum igitur dicere ceperam, quia [e]) tenebre rribiles ita sunt conglobate et conpacte super terram univer- ı [9]) et surrexerunt multi nimis prophete pseudo [10]), dicentes lum bonum et bonum malum, ponentes tenebras lucem et em tenebras, ponentes amarum in dulce et dulce in ama- n [11]), quibus dicitur [12]): „Ve, qui sapientes estis in oculis :tris et coram vobismet ipsis prudentes. Ve, qui potentes is ad bibendum vinum et viri fortes ad miscendam ebrie- ›m. Ve, qui iustificatis inpium pro muneribus et iusticiam ti aufertis ab eo“: liber scripture sancte clausus et signa-

---

a) macularunt *ed.* b) *in m. A.* c) Cap.m LXII. *A in m. duabus ıibus.* d) *ita inscr. in ed.* e) *voci* quia *correspondet phrasis, quae infra :equitur:* liber scripture ɔc.

1) *Cf. Marci IX. 49* (sal insulsum). 2) *Cf. Joan. II. 16* (nolite facere ıum patris mei domum negotiationis). 3) *Cf. I. Cor. VIII. 12.* 4) *Cf. ıes. XXXVII. 24—28.* 5) *Cf. Genes. XLIX. 3—4.* 6) *Cf. Matth. V. 13.* 7) *Cf. Thren. IV. 1.* 8) *Cf. Isaiae I. 7.* 9) *Cf. Exodi X. 21, l. c.* *Cf. Matth. XXIV. 11* (et multi pseudoprophetae surgent). 11) *Cf. Isaiae 20.* 12) *Isaiae V. 21—23.*

tus [1]) et [a]) omnis sapiencia et sciencia eius [2]) est mortua omnis aqua Egypti conversa est in sanguinem [3]). Et tunc pletus est sermo, qui scriptus est Apocalypsis XVI⁰ [4]): „Et cius angelus effudit phialam suam super flumina et super fo aquarum et factus est sanguis. Et audivi angelum quartum centem: Justus es, [Domine], qui es et qui eras sanctus, quia iudicasti, quia sanguinem sanctorum et prophetarum [ef]fuder et sanguinem eis dedisti bibere, ut enim digni [b]) sunt. Et au alterum angelum ab altari dicentem: Eciam, domine [c]) deus nipotens, nam [d]) et iusta iudicia tua." Et facta sunt sacrame dei in ecclesia et oblaciones iugis [e]) sacrificii [5]) et omnes tutes [6]), id est fides, spes et caritas, et reliqua [f]) similia et om ordo et decor ecclesie et omnia [g]) obsequia deo abhominal Christo Jhesu et amara sicut absintium [7]). Et tunc conple est sermo, qui scriptus est, ubi supra [8]): „Uva [h]) eorum fellis et botrus amarissimus. Fel draconum vinum eorum venenum aspidum insanabile."

Et tunc errores sunt multiplicati in dei ecclesia m biliter, absconditi, periculosi et magni, ut, si fieri posset, ec electi dei in errorem inducerentur [9]). Et facta est tribula sanctorum tanta et talis, qualis numquam precessit ab orig nec depost est futura [10]), quia tunc Gog et Magog, i gentes horribiles et infinite, castra sanctorum circumdar ipsos affligere non cessant nec cessaverunt [11]). Et tunc „loc de fumo putei abyssi exierunt et data est eis potestas, s habent scorpiones terre" [12]).

Gog tamen hic significat omnes nequam christianos religionibus et Magog omnes inpios christianos in vulgo,

---

27) Nota *A.*

[a]) est *ed.* [b]) bibere, digni enim *ed.* [c]) dominus *corr.* domin *m. A.* [d]) vera *ed.* [e]) *corr. A.* [f]) reliquia *corr.* reliqua *A.* [g]) et nia *seq. superflue in A.* [h]) *corr. A.* Uvae *ed.* [i]) istae *ed.*

[1]) *Cf. Jerem. XXXII. 10* (Et scripsi in libro et signavi). [2]) *ph* „sapientia et sciencia" *saepius in biblia occurrit.* [3]) *Cf. Exodi IV. 9.* [4]) *Apoc. XVI. 4—7.* [5]) *de iugi sacrificio v. Daniel. XII. 11, etc.* [6]) *I. Cor. XII. 29* (omnes virtutes). [7]) *Cf. Proverb. V. 4:* „Novissima a illius amara quasi absynthium." [8]) *Deuter. XXXII. 32—33, vide supra p.* [9]) *Cf. Matth. XXIV. 24.* [10]) *Cf. I. Machab. IX. 27:* „Et facta es bulatio magna in Israel, qualis non fuit ex die" ɔc. [11]) *Cf. Apoc. XX.* [12]) *Apoc. IX. 3.*

ocuste clericos et sacerdotes et singulos nequam rectores iam[a]) seculares. Nam de locustis subditur ibidem[1]): „Et receptum [est] eis, ne lederent fenum terre, neque omne viride, eque omnem arborem“, — id est quod sub talibus, licet eciam rnalibus rectoribus et discolis, tamen dominus Jhesus suos ectos bene conservat sub regimine ipsorum, incipientes, per-cientes et perfectos, — „nisi tantum [in] illis, qui non habent gnum dei vivi in frontibus suis“, — id est illi, qui Jhesu cari-tem non habent seu spiritum Jhesu, illi[s] rectores tales valde ocent et ipsos crudelitate sua miro modo affligunt, sed sanctos ei magis per hoc custodiunt in disciplina et exercent ipsos ad eritum et virtutes eo, quod[b]) deum diligunt et omnia ipsis ooperantur in bonum. Sequitur[2]): „Et datum[c]) est illis, ut non cciderent eos“, sed caperent sua crudelitate et fatuitate, quia residencia, licet iniquorum prelatorum et aliorum dominorum, emper iusta est et inperat publice iusticiam, quam qui servat, on moritur; et quanto sunt magis crudeles, tanto iusticie ma-is proficiunt et virtutem promovent et per consequens bonis ultum cedunt ad profectum. Sed illis, qui iusticiam non dili-unt et virtutem in nullo operantur, tales rectores crudeles int ipsis ad cruciatum et tormentum. Preceptum siquidem emper habent rectores et prelati rigidi a spiritu Jhesu intus, est in scripturis, ut, licet sint mali et truculenti et sine spiritu iesu suavi, tamen in ecclesia publice iusticiam[d]) inperarent[e]) propugnarent[f]) [et] in cathedra docerent; nam hoc[g]) habue-int et rectores paganorum. Habent enim magnum questum et loriam a populis, id est mundum amantibus, direccio[ne] et doc-ina iusticie publice in prelato et rectore [existente], et opposi-im istorum habet magnum et publicum vituperium et dampnum t citam deposicionem a sede glorie et honoris. Quapropter ectores et prelati yppocrite, etsi caritatem Jhesu non abeant nec iusticiam ament propter deum, tamen propter se sos et pacem atque comodum in hoc mundo atque gloriam t honorem efficiuntur publice iusticie zelatores et con-arium iusticie facere publice in communitate vulgi non pre-umunt. Propterea namque dictum est[3]): „Super cathedra Moysi

[a]) et *ed.* [b]) eoque *ed.* [c]) dictum *ed.* [d]) quatenus i. *superflue et ed.* [e]) impugnarent *ed.* [f]) propugnaverunt *corr.* propugnarent *A.* [g]) et *seq. in A.*

[1]) *Apoc. IX. 4.* [2]) *Apoc. IX. 5.* [3]) *Matth. XXIII. 2.*

sederunt scribe et Pharisei yppocrite." Et sequitur ad prop situm [1]): „Omnia, quecumque dixerint vobis, [servate et] facit que autem faciunt, facere nolite: dicunt enim et non faciun et cetera. Et alibi dictum est [2]): „Obedite prepositis vestris ecia discolis." Sunt itaque huiusmodi rectores, mali et cupi electis dei ad magnum bonum et hominibus, qui amant h seculum et non amant iusticiam, in magnam et amaram affli cionem. — Reliqua vero, que secuntur [f. 264ᵇ] de locust et interpretacionem ipsorum habes [a]) supra in tractatu III°, d stinccione V [b]) de Antychristo [3]).

Et tunc revelatus est homo perdicionis et filius iniqu tatis [4]), qui adversatur et extollitur super omne, quod dic tur deus [5]), id est supra omnem potestatem sacerdotum, super omnes sacerdotes domini, quoniam sacerdotes dicti sunt deus hic in terra iuxta scripturam, que dicit [6]): „Ego dixi: dii es et filii Excelsi omnes". Quapropter apostolus dicit notante „Super omne, quod dicitur deus, et super omne, quod collit deus", id est [e]) super omnia divina sacramenta, quia ipsa su que coi[i]untur deus, ut specialiter sacramentum corporis sanguinis Jhesu Christi.

Et tunc iuge sacrificium [7]), id est communio cottidia vel alias crebra corporis et sanguinis est ablata a popu plebeio christiano, (1) tum per hoc, quod habundante iniquita et refrigescente caritate [8]) cessaverunt venire ad sacramentu altaris frequentandum, conversi ad amorem huius mundi et i sius deliciis et diviciis occupati, (2) tum quia sacerdotes cess verunt hortari sanctum populum christianum ad pascua sic si a deo et domino Jhesu preparata, sine timore pascentes sem ipsos, oves autem sibi conmissas pascere contempnentes (3) tum quia alii, adhuc peius facientes, non tantum non voc

---

8) Quomodo ablata est a populo christiano crebra communio corpo et sanguinis domini *A ad calc. fol. super. manu alia; cf. lin. 21.*

a) habentes *(sic) ed.* b) *om. ed.* c) supra *ed.* d) dii *ed.* e) est *usque ad voces* ad sacramentum altaris frequentandum *om. ed. (sic!)*

1) *Matth. XXIII. 3.* 2) *Hebr. XIII. 17:* „Obedite praepositis vest et subiacete eis." 3) *vide Regularum lib. III, tract. V, dist. VII. c. 6, d VIII. et IX. passim, in vol. III, p. 105 sq.* 4) *Cf. II. Thess. II. 3* (ho peccati, filius perditionis). 5) *Cf. II. Thess. II. 4.* 6) *Psalm. LXXX.* 7) *Cf. Daniel. XII. 11.* 8) *Cf. Matth. XXIV. 12.* 9) *voces singu* „pascua", „pascere" *etiam in biblia leguntur.*

runt ad cenam, prout erant ad hoc missi[1]), sed eciam oppo- ım eis facientes, volentes venire ad cenam disuaserunt [et] duxerunt veniendum, (4) tum quia tunc temporis precepta constituciones fecerunt, publice in synodis et conciliis s ea proclamantes, per que prohibuerunt ministris', ne di- ensarent Christi fidelibus volentibus frequentare corporis et ıguinis Christi sacramentum[2]), (5) tum quia tunc magistri doctores in theologia et in iure solempniter deter- naverunt et promulgaverunt ad ipsum publice, quod po- lus christianus non debeat cottidie ad sacramentum altaris ritari[3]).

Et tunc facta est fames magna super terram[4]), non fames nis et vini istius, puta carnalis, sed fames audiendi ver- m dei et communionis domini Jhesu sacramenti. Nam asi omnes sacerdotes parrochiani et sacerdotes ordinarii, oc- pati mundo et diviciis, saciati honoribus et deliciis, ubique edicare verbum dei cessaverunt, mortuo in ipsis zelo fideli imarum. Et tunc est prophecia inpleta Ysaie VI° [5]): „Specu- ores eius ceci omnes, nescierunt universi, canes muti non lentes latrare, videntes vana, [et] dormientes et amantes mpnia. Et canes inpudentissimi nescierunt saturitatem, ipsi stores ignoraverunt intelligenciam, omnes in viam suam de- naverunt, unusquisque ad avariciam suam, a summo usque l][a]) novissimum, dicentes: Venite, sumamus vinum et inpleamur orietate][b]), et erit sicut hodie, sic et cras et multo amplius."

Et tunc „omnes bestie agri" in veritate eruperunt „ad vorandum, universe bestie saltus" [6]). Ysaie XXXIIII° f.[c]) [7]): t non erit transiens per eam, et possidebit eam onocratulus[d]) ericius, et ibis et corvus habitabunt in ea, et extendetur super m] mensura, ut redigatur ad nihilum, et perpendiculum in solacionem. Nobiles eius non erunt ibi, regem pocius in- cabunt, et omnes principes eius erunt in nihilum. Et orientur domibus eius spine et urtice et paliurus in municionibus ıs, et erunt cubile draconum et pascua strutionum. Et occur-

---

[a]) ad *om. A.* [b]) *om. A et ed.* [c]) f. *om. ed.* [d]) onocrotalus *ed.*

[1]) *Cf. Lucae XIV. 16 sq.* [2]) *vide decretum synodi Pragensis de 19. Nov. 1388 in vol. I., p. 76—77.* [3]) *haec determinatio universitatis Pragensis ignota* [4]) *Cf. Lucae IV. 25* (facta fames magna in omni terra). [5]) *Isaiae LVI. —12.* [6]) *Cf. Isaiae LVI. 9.* [7]) *Isaiae XXXIV. 10—17.*

rent demonia, honocentaurus et pilosus clamabit ibi alter alterum: Ibi cubavit[a] lamia, et invenit[b] sibi requiem. Ibi h buit sibi foveam ericius, enutrivit catulos et circumfodit et fo in umbra eius. Illuc congregati sunt milvi, alter [ad] alteru Requirite diligenter in libro domini et legite: unus[c] ex eis n defuit, alter alterum[d] non quesivit, quia quod ex ore meo pr cedit, ille mandavit et spiritus eius. Ipse congregavit ea et ip misit ei[u]s[e] fortem, et manus eius divisit ea illis in me suram."

Nam invitavit et permisit deus quosdam alienos extraneos ad predicandum, docendum et regendum p pulum christianum, et tales multiplicati nimis, fortificati et co firmati, arripuerunt late potestatem in populum christianum in oves omnino alienas, ad quas[f] nec a principio nec in fi nec aliquando cura pastoralis pertinebat, sed de nemoribus silvis et de subtecto exilientes, induti veste ovili, se ipsos ama tes, pleni simulacione, a tota sua facie pietatem promittent sed totaliter virtutem eius abnegantes[1], mirantes personas qu stus causa[g][2], reputantes pietatem, multipliciter oves sedux runt, abduxerunt[h] et sibi conscinderunt[i], nichil aliud nisi lan et carnes ovium vorare cupientes, dissecantes quoque pregna tes Galaad ad dilatandum terminos suos[3].

Et tunc multa scismata inceperunt, multe fraternit tes seorsum et multe societates seorsum[k], multi homir seorsum[l]. Et tunc inceperunt dicere: Ecce, hic est Christ ecce, illic[4]. Ecce, in penetralibus est Christus[5], ecce, in ag est Christus[6], et cetera. Et tunc incepit tempus illius mulie magne fornicarie, „cum [f. 265[a]] qua fornicati sunt reges te et inebriati sunt, qui habitant terram, de vino prostitucio eius", „sedens super bestiam coccineam", et cetera, „habens p culum aureum in manu sua plenum abhominacione et inmu dicia fornicacionis eius"[7]. Et tunc excitatus est dominus Jhe

---

a) cubabit *A et ed.* b) inveniet *ed.* c) unum *biblia.* d) ad alterum e) eis *A et ed.* f) ad quos *A.* g) quaestum *ed.* h) ac duxerunt i) consciderunt *ed.* k) seorsim *ed.* l) seipsos seorsim *A;* s. seorsim

1) *Cf. II. Tim. III. 5:* „Habentes speciem quidem pietatis, virtu autem eius abnegantes." *Cf. I. Tim. II. 10* (promittentes pietatem). 2) *Judae 16* (mirantes personas quaestus causa). 3) *Cf. Amos I. 13.* 4) *Marci XIII. 21.* 5) *Cf. Matth. XXIV. 26.* 6) *Cf. Marci XIII. 16.* 7) *Cf. Apoc. XVII. 1—2, 3, 4—5.*

ıcificus, iam iamque „excitatus est tamquam dormiens et asi potens crapulatus a vino. Et percussit inimicos suos in steriora, obproprium sempiternum dedit eis“ [1]). Et tunc in- ·tus sermo, qui dictus est in Ezechiele capitulo IX [a]) [2]): „Apro- ıquaverunt dies visitacionis Jerusalem et unusquisque vas erfeccionis habet in manu sua“, et cetera ibidem per totum. t tunc pertransivit equus palidus et, qui sedebat super eum, men illi mors et inferius sequebatur eum et data est illi po- ;tas super quatuor partes terre interficere gladio et fame et ərte et bestiis terre“ [3]). Et tunc, ut abreviarentur dies illos [b]), sit [4]) horrendas pestilencias et crebras et fames magnas et ras, bella multa et magna atque strages horribiles christiano- m adinvicem per universam suam ecclesiam ita, quod non t civitas vel patria, quin ista mala horribilia ipsam devastarent.

Et tunc factum est magnum scisma et dubitacio in .patu et communiter in toto sacerdocio et clero et ecclesia iversa. Quod scisma usque hodie durat. Et tunc facta est ;cessio [5]) ab ecclesia. Et Babylon illa magna [6]) scissa est in ·s partes, id est ecclesia [c]) christianorum carnalium [scissa est] ecclesiam Grecorum, in ecclesiam romanam [d]) et in ecclesiam inionensem [e]) vel Romanorum, Grecorum et Francigenarum.

Capitulum sexagesimum tercium [f]).

.dmonitio de abominatione desolationis superante omnem aliam ·quitatem et nequiciam, sed tecta et occultata mirabili hypocrisi et praestigiis diaboli] [g]).

Hic adhuc videtur considerandum pro expressione abho- nacionum, quibus plenum est aureum poculum in manu mere- cis [7]), quod sicut est abhominacio, quando quid vilissimum et

26) Nota *A alia manu.*

[a]) qui scriptus est Ezech. 9. *ed.* [b]) illi *ed. recte.* [c]) ecclesiam *ed.* [d]) Romanorum *ed.* [e]) Arminensem *(sic) ed.* [f]) Cap.m LXIII. *A in* ·*rg. duabus manibus.* [g]) *ita inscr. in ed.*

[1]) *Cf. Psalm. LXXVII. 65—66.* [2]) *Ezech. IX. 1.* [3]) *Cf. Apoc. VI. 8.* [4]) *voces sequentes hic et illic in biblia inveniuntur.* [5]) *vox biblica, cf. II.* ·*ess. II. 3* (nisi venerit discessio primum). [6]) *Cf. Apoc. XVII. 5* (Babylon ·gna). [7]) *Cf. Apoc. XVII. 4.*

indignum ponitur ad preciosissimum et dignissimum, utp peccatum horrendum[a]) ponitur in anima vel in corde christi et per consequens in ore tremendi domini Jhesu Christi, est summa omnis mundicie et rex tocius glorie[1]), quod tam facit quilibet christianus, dum peccat et dum [id] fa voluntarie, alias enim satis et supra omnem cogitacionem stram est gravissima abhominacio Christo Jhesu, d infinite paciencie[2]), et in ore suo divino nostra anima, repl in se[b]) malis, et vita inferno apropinquans[3]) et nostra cottidi peccata, quibus quasi continue[c]) horrende fetemus fetorem exalamus, quasi sepulchra patencia et plena intrinsecus om spurticia[e]) et ossibus[4]), ex nostra miserabili pronitate in mal et[f]) omni nostra etate ab adolescencia nostra. Quibus hec felix vita, contraria spiritui Jhesu, carere non potest prop carnis inepcias et vanitatem, sed eciam iustus sepcies in cadit in ipsis[5]). Cum igitur omnis christianus huius modi sit ore Christi Jhesu secundum spiritum et veritatem manet [Jhesus] in nobis et nos in illo[6]), quam graves simus ipsi quanta abhominacio propter talia nostra propria et intrins quis digne potest cogitare?

Verumptamen hoc in veritate sibi recognoscimus dolemus continue[g]) atque erubescimus vehementer pro no ipsis, coram deo plangendo fideliter et ingemiscendo incessan quasi nudata abhominacio et sibi contraria et gravis cor oculis eius constituti, voluntarie clamando et dicendo[7]): „Ave faciem tuam a peccatis meis et omnes iniquitates meas d Cor mundum crea in me, deus, et spiritum rectum innova sceribus“[h]), „quoniam[8]) iniquitatem meam ego congnosco[i]) peccatum meum contra[k]) me est semper.“ Tunc ipse, quia fi lis est[9]) et inmense misericordie[l]) atque paciencie infinite, titur illam abhominacionem nostram in ore suo et non

---

30) Nota *A alia manu.*

[a]) horridum *ed.* [b]) *ras. A; item* inferno *ras.* [c]) quotidie *ed.* [d]) *ras. A.* [e]) spurcicia *ed.* [f]) in *ed.* [g]) quotidie *ed.* [h]) in visceri meis *ed.* [i]) agnosco *ed.* [k]) coram *A et ed.* [l]) misericors *corr.* misericordi

[1]) *Cf. Psalm. XXIII. 8.* [2]) *Cf. Rom. XV. 5* (deus patientiae et sola [3]) *Cf. Psalm. LXXXVII. 4.* [4]) *Cf. Matth. XXIII. 27.* [5]) *Cf. P XXIV. 16.* [6]) *Cf. I. Joan. III. 24* (manet in nobis de spiritu). [7]) *Psa L. 11—12.* [8]) *Psalm. L. 5.* [9]) *Cf. II. Thess. III. 3* (fidelis autem d est), *etc.*

ıtat nobis peccata nostra [1]), sed operit ea sua inmensa caritate : digerit suo igne et lavat suo sanguine precioso usque ad ·mpora in suis iudiciis dispensata [2]).

Sed si nos existentes in ipso, sicut palmes in vite [3]), sicut bus in ore eius, a se ipsis et intrinsece ita, ut dictum est, ɔhominabiles sibi et graves existentes divine virtuti et divine ıpiencie et summe mundicie et claritati, non displicemus ɜhementer ob hoc nobis ipsis nec propter hoc odimus [a]) noram animam [4]) repletam malis [5]) et alias in se vanam, sed ssimulamus et segniter agimus, ducentes in carne vitam pladam et quietam, tunc sumus Christo Jhesu horrenda et inɔllerabilis abhominacio, quam veritas divina et fidelisma supportare nequiens, optat, exlamat et dicit [6]): „Utinam ses calidus vel frigidus, sed quia tepidus es, incipiam te evoere de ore meo“. Et alibi [7]): „O generacio prava et adultera, ;quequo ero vobiscum, quamdiu paciar vos?“

Non enim credas mediocrem esse difficultatem illi deo isericordissimo, qui non wlt mortem [f. 265[b]] peccatoris [8]), et lvatori [b]) clementissimo, qui tanta et tam crudelia passus est ·o animabus suis et sua gratissima creatura, quando nos sic se ipso et in ore suo portat, sic abhominabiles, spurtos [c]) et mundos atque amarissimos, si nos cum hoc sibi non reconıoscimus, sed conparati iumentis insipientibus et similes facti is, adhuc cum eo placemus nobis ipsis et ludimus et blandiur. Ecce enim, sic nos abhominabiles sibi et ingratos in se ɔrtare est prorsus intollerabile, presertim ipsius iusticie et ·ritati. Et e contrario nos proicere a se et perdere est sibi mis alienum et contrarium sue misericordie et infinite beniıitati. Et ita deus fidelis et absque ulla iniquitate [9]) borat quasi parturiens [10]) continue, dicens illud pro-

---

[a]) agimus *(sic) A.* [b]) *post corr. A.* [c]) spurcos *ed.*

[1]) *Cf. Psalm. XXXI. 1—2* (beati, quorum tecta sunt peccata; beatus ·, cui non imputavit dominus peccatum). [2]) *Cf. Galat. IV. 2* (usque ad ɜefinitum tempus a patre). [3]) *Cf. Joan. XV. 4.* [4]) *Cf. Joan. XII. 25* ɪi odit animam suam in hoc mundo). [5]) *Cf. Psalm. LXXXVII. 4* (quia ɔleta est malis anima mea). [6]) *Apoc. III. 15—16.* [7]) *Matth. XVII. 16* *ɔere allatum).* [8]) *Cf. Ezech. XXXIII. 11:* „Nolo mortem impii, sed ut ɔnvertatur.“ [9]) *Cf. Deuter. XXXII. 4.* [10]) *phrasis* quasi parturiens *saeɪs biblia occurrit; cf. Isaiae XIII. 8* (quasi parturiens, dolebunt).

phete Ysaie XLVI° [a]) [1]): „Audite [me], domus Jacob et o residuum domus Israel, qui portamini a meo utero, qui ge mini a mea vulva [b]). Usque ad senectam ego ipse et usque canos ego portabo.“ Et paulo post [2]): „Redite, prevaricato ad cor et recordamini.“ Et iterum [c]) [3]): „Servire me fecist peccatis tuis, prebuisti michi laborem in iniquitatibus tuis. sum, ego sum, ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me et catorum tuorum non recordabor. Reduc [d]) me in memorian iudicemur [e]) simul. Narra, si quid habes, ut iustificeris. P tuus primus peccavit et interpretes tui prevaricati sunt in

Hiis sic pensatis et digestis inferendum est, quam ma et quam terribilis est abhominacio, si et dum c stianus, sic existens in deo vivo et portatus in ore Jhesu Chr voluntarie peccat et obstinate, et quatenus putamus, est ille ta contemptus dei in infinitum maior, quam [si] horrendum ste superbe et violenter niteretur quis intrudere [g]) in os summi gis, in contemptum ipsius, coram omni frequencia sue curi suorum magnatorum. Ita se habet ad deum et dominum sum crucifixum quilibet [h]) sacerdos contemptibiliter et supe atque in infinitum abhominabiliter, quandocumque peccat luntarie et quocienscumque peccat, ut eciam superius est dictum [4]). Et quanta extat abhominacio, quam dampnabili error quam inmensus [i]), cum inpius clericus et inmundus citur sacerdos. Et adhuc multo maior et dampnabilior, c sacerdos indignus ponitur in locum dei in templo et in sa tum sanctorum in conspectu dei et ipsius angelorum [5]) et ho ratur et [k]), existens inpius et dyabolo equalis, ymmomet ip dyabolus, quasi deus honoratur [et] adoratur, et ad ipsum cu populus [m]) pro omni sacramento et sanctitate. Quanta est ab abhominabilis talem dyabolum et filium iniquitatis [6]) habere

---

a) Ysaie XLIII° *A in m.* b) vulava *corr.* vulva *A.* c) Isaia *add. ed.* d) Deduc *A et ed.* e) iudicent *false A.* f) quatenus prae iste talis *ed.* g) intendere *corr.* intrudere *A.* h) *corr. A.* i) quam mensus *om. ed.* k) *om. ed.* l) imo ipsemet *ed.* m) *sup. lin. A* n *auctoris (?).*

1) *Isaiae XLVI. 3—4.* 2) *Isaiae XLVI. 8—9.* 3) *Isaiae XLVI. 24-* 4) *v. supra c. 46.* 5) *Cf. Ezech. XLII. 13* (sacerdotes, qui appropinq ad dominum in sancta sanctorum, ibi ponent sancta sanctorum . . . locus e sanctus est); *phrasis* in conspectu dei *saepissime in biblia occurrit.* 6) *Psalm. LXXXVIII. 23* (filius iniquitatis).

i et summi [1]) auctoritatem in terra super homines et pote-em contrectare [a]) atque pro sua propria superbia dispensare tremenda sacramenta. Quam incogitabilis abhominacio deso-onis huius modi viros dyabolicos et septem spiritibus ne-oribus obsessos [2]), tamquam ipsi sint dii, sanctis dei inperare, subdole et fraudulenter valde atque sub specie boni et auc-tatis et obediencie divine bonos inpedire et malos promovere, is dare libertatem et incrementa, virtutes autem et carismata su Christi in populis coartare, que omnia nunc hodie sim et quasi ubique videntur actitari publice notorie, nullo resistente, nullo reprehendente nulloque amante.

Quapropter, si quis non dormit, habundancia iniquita-[b]) [3]) profunde demersus, quo modo non videbit esse nunc ulacionem tantam, ut in errorem eciam, si fieri potest, ti inducantur [c]) [4]), ita quod Sathan et omnia demonia om-suam diligenciam et omnem fraudulenciam et subtilitatem mnem decepcionem secundum ipsius summum conatum in mo gradu dyabolo possibili adinplevit et non desinit usque ie adinplere?

Nam si et dum veniret ille [d]) famosus et manifestus, quem gus expectat, Antichristus [e]), puta qui publice et notorie ans Jhesum Christum [5]), se ipsum deum in templo dei vivi ens [6]), tormentis et blandiciis se ipsum faceret christianos ari [f]), existens ita sapiens et potens atque dives, ut de ipso atur, cum hoc signa magna et portenta [7]) faciendo, nullo lo esset tanta tribulacio et tam magnus error, sicut est e videre in sanctis dei et electis. Quoniam [g]) si ita notorie ret, puta negans Christum Jhesum vocaliter et publice et contra deum esse pronuncciansh [h]) ad christianos, primum

[a]) et contrectare *A, D 1 et ed.* [b]) iniquitatis *ed.* [c]) inducantur *A* [d]) iste *ed.* [e]) Anti — *sup. lin. add. A alia manu.* [f]) adorare *et ed.* [g]) Quoniam = Nam; si ita — tribulatio christianis *om. ed.* e *seq. in A, sed del.*

[1]) *phrases* deus vivus *et* deus summus *saepius in biblia leguntur.* [2]) *Cf.* *eg. XXI. 13* (viri diabolici) *et Matth. XII. 45* (septem spiritus nequiores).) *scriptura loquitur de* „multitudine iniquitatum" *Thren. I. 5.* [4]) *Cf.* *h. XXIV. 24.* [5]) *haec est definitio Antichristi ap. I. Jean. II. 22:* „Hic ntichristus, qui negat patrem et filium." [6]) *phrasis* ponere (se) in o dei *crebro in biblia invenitur.* [7]) *haec quoque phrasis non raro in* *invenitur.*

hoc esset quidem tribulacio christianis, si ita esset po astutus et dives, quemadmodum futurus esse nuncciatur, sertim quia[a]) forte multi christiani inpii, et specialiter forte ranni sibi adiuncti, suam crudelitatem et potestatem adauge sed tamen e r r o r[1]) n e q u a q u a m esset m a g n u s et si lariter tam magnus, sicuti veritas eterna ipsum futurum n ciavit, videlicet quod, si fieri potest, eciam electi dei in erro illum[b]) inducantur[2]), qui utique error summus possibilis est expressus et error ex omnibus aliis precedentibus error et fraudibus, que umquam prefuerunt, collectus et supra omnes subtilis et subtiliter conpositus [et] absconditus et poll

Scit namque d y a b o l u s et S a t h a n [f. 266[a]] secun altitudinem suam[3]) talia omnia, que prefuerunt, et multo pliora scit et permittitur[c]) sibi, quod tempus iam breve et vissimum sibi incumbit, in quo neccesse habet omnem ope decipiendi adhibere. Scit insuper et permittitur sibi, q habet populum talem[d]) per suos tales errores et decepci invadere et temptare, puta p o p u l u m c h r i s t i a n u m, iam plures[e]) vices ipsius facciones[f]) subtiles devicit et e res et fraudes eius denudavit et adusque collum omnia sius fundamenta[4]), non ignorans cogitaciones eius[5]), sp Jhesu et verbo dei semper[g]) populum christianum dirige Scit hoc ergo dyabolus, quod populus christianus, q conatur per suas decepciones evertere[h])[6]), habet scienc publicatam et conscriptam et i n p r o m p t u c o n t r a nes p r e c e d e n t e s m u l t a s i p s i u s f r a u d u l e n t a s in s i o n e s, puta per logicam et philosophiam Grecorum et pientum huius mundi, per multiplicem magorum ausum et figmenta eorum resistencia sanctis[i]), per multitudinem ty norum terribilium et ipsorum multam diligenciam et cru tatem tormentorum, per multa genera heres[i]um et subtil

---

[a]) *ita ed.;* praesertimque *A.* [b]) ipsum *ed.* [c]) permittitur *A D 1* [d]) populum christianum, qui iam *A ante corr.* [e]) *post corr. A;* plures *D 1 et ed.* [f]) fractiones *ed.* [g]) super *ed.* [h]) avertere *ed.* [i]) resistenciam s. *A;* factas *(sic) ed.*

[1]) *nota hanc quoque vocem utique biblicam esse, cf. Matth. XXIV. 24,* [2]) *Matth. XXIV. 24, l. c.* [3]) *Cf. II. Thess. II. 9* (altitudines Sata [4]) *Cf. Habacuc III. 13* (denudasti fundamentum eius usque ad coll [5]) *Cf. II. Cor. II. 11* (non ignoramus cogitationes eius). [6]) *Cf. I. chab. VII. 26* (evertere populum).

rum hereticorum, et ex scripturis et philosophia[a]) naturali. ıtra hec, inquam, populus christianus est iam palam inctus et habet copiosa gubernacula contra multa similia ex ncia et ex scripturis[b]) et ex gestis. Igitur scit Sathan sassimus et decipiendi ecclesiam attentissimus, quod si[c]) per vel per similia ecclesiam invaderet et singulariter electos, iino frustraretur, magis ipsemet illusus a sanctis et deceptus, madmodum et prius, Christo Jhesu propicio sue sponse, per cecidit, sub pedibus femine et parvulorum atque lactenn contritus et[d]) calcatus [1]).

Quapropter necesse habet Sathan, iam veniens ultimo tra ecclesiam, quando iam est solutus [2]) ad tempus breve et missum est sibi ex divina iusticia, ut vindicentur hii, qui tatem caritatis Jhesu contempserunt et facti sunt reprobi a fidem [3]), omnino nova genera adinvenire decindi, [que] iam non sunt[e]) manifesta et nuda, sed nimis sub- et occultata, nimis[f]) apparencia et propinqua sanctitati stiane, conplosa ex omni similitudine virtutum, ex omni ere religiositatis specierum, sanctitatis et pietatis. Ex talibus, ıam, decepciones nimis subtiles Sathan conpingit, que va- sibi ad decipiendum non Judeos, non paganos, non cares christianos vel alias manifeste iniquitatem insequentes, quia filiis est iam saciatus et sunt sibi cibus nimis usitatus ommunis, et sine multa opera suo iure tales possidet in ete, sed ad decipiendum sanctum[g]) populum chrinum, in omnibus iam et per omnia exercitatum et, ut s dicebatur, habentem oculos iam apertos ex precedente acione, et gubernacula et lumen in promptu contra omnia temptamenta. Contra illum, inquam, populum sanctum dei ius electos preparat se valde et excogitat errores magnos icare, quia illis talibus nimis valde invidet et illos desiderat le, sicut cibum electum [4]), ut sic[h]) maximam faceret Christo

---

[a]) ex prophecia *A.* [b]) scriptis *ed.* [c]) *sup. lin. A.* [d]) atque *ed.*
) *om. D 1;* scilicet *ed.* [f]) et nimis *ed.* [g]) *om. ed. (sic).* [h]) Et sic *ed.*

[1]) *phrasis tantum leviter alludit bibliae; cf. Rom. XVI 20:* „Deus autem conterat Satanam sub pedibus vestris velociter"; *Gen. III. 15:* „Inimi- ponam inter te et mulierem . . . ipsa conteret caput tuum." [2]) *Cf.* *XX. 7* (solvetur satanas de carcere suo). [3]) *Cf. II. Tim. III. 8* (rei circa fidem). [4]) *Cf. Habac. I. 16* (cibus eius electus).

Jhesu contumeliam, quem summe non desinit inpungnare, sperat semper adhuc contra quemlibet sanctorum se preval maxima astucia sua et diligenti opera dantibus sibi fiduci quod Jordanis influat in os eius[1]). Urgetur etenim nimis ar ab ira et invidia iniqua sua in id ipsum et non sinit umqu quiescere vel pausare.

Cum igitur dyabolus primum et maxime sanctos cl stianos et electos curam[a]) habet seducere et decipere, non estimandum, quod tam nude et aperte ipsos temptaret, ut d tur de Antychristo, sed maxime in illis, que christiani dillig et sequuntur totis suis viribus, subtiliter satagit absc dere laqueos ita, ut narret et dicat: Quis videbit eos? pro eo scrutantur demones quelibet facta et quemlibet homin magno scrutinio[2]), ut absconderent sibi laqueos in tantum, si fieri potest, electi in errorem inducantur[3]).

Et idcirco, ut dicere ceperam, si [is]ta formaret Sathan o racione[4]) suum[b]) Antychristum venire manifeste cum ma solempnitate glorie et potestatis, dominum Jhesum publice c dempnando, tribulacio quidem[c]) esset, qualis pluries ecclesia iam precessit et a tyrannis, inperatoribus et a ma per signa et portenta mendacia[5]) et ab hereticis et a Sarace et sic dyabolus nichil operaretur contra electos, ymmo et c nale wlgus christianum nequaquam cederet facile illi, q cottidie et semper expectat venturum et exhorret, tribula itaque[d]) esset usitata ecclesie, sed error non esset[e]) tan qualem dominus Jhesus futurum propalavit[6]), (1) tum quia ta fama fuit et est de adventu Antichristi per universam ecclesi et ita est descriptus, ut eciam pueri decipi non possent eundem, (2) tum quia virtutem et veritatem publice, castitat iusticiam, temperanciam et similia si quis manifeste et note

---

a) *post corr. A.* b) sua *ed.* c) quaedam *ed.* d) namque *ed.* e) *in m. A.*

1) *Cf. Job. XL. 18* (quod influat Jordanis in os eius). 2) *Cf. Ps LXIII. 6—7:* „Narraverunt, ut absconderent laqueos; dixerunt: Quis vid eos? Scrutati sunt iniquitates: defecerunt scrutantes scrutinio.“ 3) *Matth. XXIV. 24.* 4) *de „operatione Sathanae“ loquitur ex. gr. II. Thess.* 5) *phrasis* signa et portenta *saepius in biblia legitur.* 6) *scilicet ve Matth. XXIV. 24:* „Surgent enim pseudochristi et pseudoprophetae, et bunt signa magna et prodigia, ita ut in errorem inducantur, si fieri po etiam electi.“

strueret in populo et ipsorum [contraria] conmendaret et se-eretur[a]), quemadmodum dicitur futurum de Antychristo, talem um sic scelestum[b]) populus non sequeretur[c]), sed eciam rreret[d]) et detestaretur[e]), et non tantum populus dei christia-s, sed populus [f. 265[b]] gentilis et omnis homo, [qui] racione ectus, mox a natura talia, que honestatis et boni et veritatis it, amplectitur, etsi non in facto et vita[f]), sed tamen in ione, que semper secundum Aristotelem ad optima depre-ur et que in sinderesi[g]) sua numquam extinguitur, (3) tum a[1]) fides Jhesu Christi iam antiquata, dilatata et valde habi-ita in dei ecclesia per orbem universum et iam mille modis iquam aurum probata et excocta[2]), licet sit mortua in plu-iis, tamen tunc nequaquam facile cederet recenti[h]) fidei, aliene, itrarie et in conparacione sui valde inpudice, inepte et in nullo orsus tam pie, tam misericordi, tam plene gracie, tam mag-rum et multorum promisse[i]), tam stabilite in deo uno nipotente[k]) et eterno creatore celi et terre, summe et prime itati innixe tantis viris et tam a sanctis viris, prophetis ictis[l]) et lege tota Moysi[m]) stabilite, prophetate[n]) et vita et rte corroborate a tantis viris apostolis[o]) et martiribus et con-soribus et a tota ecclesia dilecte vehementer, tente inviola-ter et confesse viriliter per[p]) vitam, vitam suam et mortem, omnes fuerunt[q]) sanctissimi in sua vita et maximarum vir-um et amatores zelantissimi veritatis et iusticie, et horrentes od[libet], licet eciam[r]) minimum, mendacium vehementer et odlibet[s]) peccatum et eciam minimam inhonestatem. — ut est es christiana, fides dignissima, fides clarissima[t]), fides xima maximo unico summo bono, summo[u]) omnipotenti,

---

[a]) et ipsis commendaret contraria, quae et sequeretur *ed.* [b]) sce-em *A.* [c]) quemadmodum dicitur *seq. in A, sed del.* [d]) honores . horreret *A.* [e]) *post corr. A.* [f]) et vita *om. ed.* [g]) sinteresi *ed.* etenti *A et ed.* [i]) scilicet *seq. in A, sed om. in D 1 et ed.* [k]) cum po-e *A post corr. et ed.* [l]) *om. ed.* [m]) Mosi *ed.* [n]) probante *ed.* mplis *(sic) ed.* [p]) promptam *(sic) ed.;* vitam *om. D 1.* [q]) tente *seq.* A, sed del.* [r]) horrentes etiam quodlibet *ed.;* quodlibet *D 1.* [s]) *post* . *alia manu A.* [t]) fides clarissima *A in m.* [u]) *om. ed.*

[1]) *verba sequentia de fide christiana non de biblia, sed de pura anima atque zelantis auctoris defluxerunt; quae etiam de admirabili eloquentia na-ilis ingenii ipsius auctoris validum testimonium praebent.* [2]) *scriptura s. itur de argento probato (cf. Psalm. XI. 7) et excocto (cf. Isaiae XLVIII. 10).*

unico summe sapienti, fides amica et doctrix omnium, verita sapiencie et virtutis, fides inimica et vindex omnis menda omnis falsi, omnis vicii, omnis simulacionis et iniquitatis, fi unica, sola, elevata supra omnem sensum et intelligenciam l minum secundum proprietatem sui nominis ita, quod quidq tenet, quidquid diligit, et omne, quod credit, sperat [et][a]) co trectat, totum est inconprehensibile ingenio humano et inatt gibile[b]) per humanam racionem, quia totum est divinum, mensum in se et opus divinum inconprehensibile eciam intellectum celestium, sed tantum admirabile, perpetuum et p bens vitam eternam se videnti et habenti.

Non itaque facile astutus[c]) ita veniens, secundum ope cionem Sathane formatus[1]), ita se nude ostentabit adversari fidei christiane, quia scit Sathan, quod porte inferi con ecclesiam Jhesu in petra talis et tante fidei edificata[m] numqu potuerint neque[d]) poterunt prevalere[2]), maxime [et] pri paliter in sanctis dei, quos solum et vehementer decipere tendit. Tamen[e]) et infinitam multitudinem christia rum peccatorum, quos per amorem huius mundi et a per vitam eorum indignam Jhesu Christo quieto iure possi sinens[f]) ipsos in fide christiana pacifice quiescere, quamvis m tua, et solum ad cumulum eterne dampnacionis eandem in i observans, non[g]) temptat ipsos tales in fide, (1) tum q ut sibi ipsis de fide mortua et indigna blandientes, eo secu ducerent hanc vitam carnalem iuxta sua desideria usque dampnacionem, (2) tum ideo, ut non ad Christum Jhesum, torem et auctorem unicum fidei[3]), clamarent et properar (3) tum ideo, quia timet, ne per hoc forte ipsos, dormiente suis cupitis, excitaret[4]), (4) tum quia ideo[h]) scit, quod in non prevaleret, puta contra ipsorum fidem. Sunt enim infi qui licet caritatem fidei non habeant[5]), tamen propter cons

---

[a]) *om. A, D 1 et ed.* [b]) inattingi *ed.;* eciam per intellectum *seq. i sed del.* [c]) astutis *A, D 1 et ed.* [d]) nec *ed.* [e]) tum *A et ed.* [f]) A (similiter?). [g]) et non *A.* [h]) *om. ed.*

[1]) *Cf. II. Thess. II. 9* (adventus secundum operationem Sathanae); *de „astuto“ saepius biblia loquitur.* [2]) *Cf. Matth. XVI. 18.* [3]) *de „ tore fidei“ v. Hebr. XII. 2:* „Aspicientes in auctorem fidei et consummato Jhesum.“ [4]) *Cf. Eccli. XXII. 8* (quasi qui excitat dormientem de somno). [5]) *Cf. II. Thess. II. 10* (eo quod charitatem veritatis non perunt).

linem a iuventute inbibitam et inbutam et propter commu-atem sui vulgi et propter patriam, tradicionem[a]) et sequelam antur pro fide sua usque [ad] mortem, prout fecerunt et[b]) gen-es ac Judei. Ita[c]) hodie profecto communiter et peccatores chri-ani, si Antychristus insurgeret contra fidem, [protestarent]. iam si veniret ita Antychristus manifeste, abducens christianos Christo Jhesu per munera, per sapienciam multam et per tutem signorum [et] portentorum, manifeste in nomine suo torum vel fieri apparencium, id est per minas crudeles et menta, illi, qui ad suam partem cederent[1]), sic seducti, non set ita magnus eorum reatus infidelitatis, quemadmodum est odo reatus christianorum infidelium Jhesu Christo, quia, amvis illa infidelitas esset iniquitas, tamen non esset[d]) abho-nacio. Esset enim malicia nuda et in se sola consistens, si-lis malicie dyaboli, sed non esset cooperta[e]) vel conposita[f]) m summo bono, sicut superius est abhominacio esse decla-a[2]). Nam talis esset infidelitas, sicut est gentilium, Sarrace-rum et Judeorum, que licet sit iniquitas, tamen nequaquam ta est abhominacio, quia est nuda malicia seorsum et aliena nino a domino Jhesu Christo.

Capitulum sexagesimum quartum[g]).

rudelitas Antichristi iuxta oracula scripturae longe gravior ecclesia quam corporalis illa, quam somniant ex veteribus idam. Irrepsit vero in ecclesiam per fastidium verbi dei et admirationem traditionum humanarum][h]).

[f. 267[a]] Dato tamen et concesso, quod Antychristus, prescribitur et ut de ipso dicitur communiter[3]), sic veniret, quaquam tantus et talis error esset in ecclesia, antum et qualem hodie est videre, quod patet ex racionibus ecedentibus et per hoc, quia omnia sua tendicula et fraudes

[a]) paternam traditionem *ed.* [b]) *om. D 1.* [c]) Et hodie pro facto *ed.* [d]) non esset *A sup. lin. alia manu.* [e]) *corr. alia manu A.* [f]) compo-a *ed.* [g]) Cap.[m] LXIIII. *A in m. duabus manibus.* [h]) *ita inscr. in ed.*

[1]) *phrasis* cedere in partem *legitur ex. gr. Num. XXXI. 40:* „Cesserunt partem domini triginta duae animae." [2]) *v. supra c. 56.* [3]) *verba* „ut ipso dicitur" *non ad bibliam, sed ad alios auctores, qui de adventu Anti-isti scribebant vel praedicabant, referuntur.*

essent ecclesie manifesta[a]), et ergo non essent ita efficacia nocendum sanctis dei et electis. Nec esset tanta tril lacio eisdem, sicut est modo, quia esset tunc solum maxime corporum et non animorum vel non tantum ani rum, que est modica in conparacione tribulacionis animo et conscienciarum, que modo est tribulacio corporum in san simul et animorum[b]). Illa esset extra solum[c]) vel maxime tra, sed non intra, hec autem presens tribulacio in mundo tra per pressuram[1]) ubique a falsis christianis e[s]t intus[d]) m a facie consciencie vulnerate et hesitacionis amare et infi Illa esset ab extraneis solum et manifestis inimicis, hec[e]) simul ab extraneis et inimicis, quia contrariis totaliter in r ribus, simul et ab intraneis in fide christiana, professione Chr religione. Ideo dicit psalmus, aggravans malum huius tri lacionis[2]): „Si inimicus meus maledixisset michi, sustinuis utique. Et si is, qui oderat me, super me magna locutus fuis abscondissem me forsitan ab eo. Tu vero, homo unanimis, meus et notus meus, qui simul mecum[f]) dulces capiebas[g]) ci in domo dei ambulavimus[h]) [cum consensu]". Illa[i]) esset m ciosa, sed non usque[qu]aque contagiosa. Ista est maliciosa, si et mortaliter „cum consensu" contagiosa, et que non po ullo modo evitari. Illa esset[k]) ex parte, ista est ubique. I esset per crudelitatem manifestam et blandimenta manif utrimque, sine colore virtutis Jhesu et veritatis, hec est crudelitatem absconditam et blandimenta et utrimque[m]) v pulcritudine persuasionis scripturarum, racionum et omni parencia veritatis et iusticie atque honestatis pulcherrime picta et colorata ita[n]), quod, nisi assit spiritus, omnino ad vi huius mundi diligendam et sequendam amoremque eorum, sunt in mundo, et electos[o]) pertraheret et perduceret[p]). In electi scirent, quo[q]) fugere et quid tenere[r]) certum et de

---

[a]) manifeste *A et ed.* [b]) animarum *ed.* [c]) extra solem *(sic) ed.* [d]) et intus *A post corr. et ed.* [e]) hec — inimicis *om. ed. (sic).* [f]) *om* [g]) capiebamus *ed.* [h]) ambo *(sic) ed.* [i]) Illa enim maliciosa sent et mortaliter *ed., cet. om.* [k]) est *corr.* esset *A.* [l]) In illa *corr.* Illa *A.* [m]) utrumque *A;* utrinquę *ed.* [n]) Itaque *ed.* [o]) *post corr. A.* [p]) trahit et perducit *A et ed.* [q]) quomodo *ed.* [r]) tenere — et quid *om*

[1]) *Cf. Joan. XVI. 33* (in mundo pressuram habebitis). [2]) *Ps LIV. 13—15.*

ıinatum. In hac nescitur omnino, ad quem fugere et quid equi certum[a]), cum omnia sint fere hesitacionibus adinpleta.

In illa tribulacione in tempore prefati Antychristi, si eniret, vita hec carnalis et amor huius mundi manifeste peruaderetur, que non tantum electi christiani deprehendunt in acione esse vana, sed eciam philosophi gentiles communiter anc vitam cum suis blandimentis contempserunt. Sed in ista ıoderna tribulacione sanctorum persuadetur et per ommunitatem quasi ubique et per vitam sacerdotum et per tudia religiosorum et per omnem habitudinem celestis populi hristiani, persuadetur, inquam, facto et verbo, quod puta hec ita carnalis, id est vivere secundum carnem[1]), bene tat cum vita Christi Jhesu vel vivere secundum Christum, t quod amor diviciarum et sequela honorum et vite delicate otest bene esse in christianis cum[b]) amore dei et zelo et seuela Jhesu Christi et virtutum ipsius et placere deo et placere matoribus huius seculi, et quod, faciendo voluntatem propriam t vivendo sibi ipsi, bene eciam possit homo facere voluntatem dei] et vivere digne Jhesu Christo, et fugiendo pati vel nichil aciendo in hac vita, nichilominus homo possit digne vivere et ie Christo Jhesu, et quod existens amicus huius mundi, posset ıomo esse dei amicus in gracia et veritate.

Hec et multa similia nunc communiter quasi per christiaıos suadentur, aguntur et dicuntur ita colorate, quod nisi dominus reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus et [quasi] Gomora periissemus[2]). Semen illud[c]) vero est verbum dei idele, quod istis omnibus contradicit, sed tamen adhuc gloatur multipliciter[d]) et inducitur ad propositum optime amanium istum mundum aut dissimulatur, acsi presentes non essent ıotati per ipsum quondam prolatum[e]), sed apostoli sancti et psorum sequaces, in quibus sufficit ipsum verbum esse adinpletum secundum estimacionem hominum modernorum, verbi gracia utpote illud verbum[3]): „Non potestis deo servire et namone.“ Et[4]): „Nisi quis renuncciaverit omnibus, que possidet, ıon potest meus esse discipulus.“ Et iterum[5]): „Si quis wlt

[a]) *ras. A.* [b]) *in m. A.* [c]) enim *ed.* [d]) glosatur, multiplicatur *ed.* [e]) *post corr. A.*

[1]) „secundum carnem vivere“, *cf. Rom. VIII. 12.* [2]) *Cf. Isaiae I. 9.* [3]) *Lucae XVI. 13.* [4]) *Lucae XIV. 33.* [5]) *Lucae IX. 23.*

venire post me, abneget semet ipsum et tollat crucem suam sequatur me." Et[1]): „Qui irascitur fratri suo, reus erit iudici Et illud[2]): „Qui viderit mulierem ad concupiscendum[a]) ea iam mechatus est eam corde[b]) suo." Et illud[3]): „Diligite i micos vestros." Et illud[4]): „Qui habet duas tunicas, det una non[c]) habenti." Et illud[5]): „Qui Christi sunt, carnem sua crucifixerunt cum viciis et concupiscenciis", et similia in sc pturis, que nunc vel ipsa quasi iam nobis et in nobis mortua suffocata vel pocius, quia nos mortui, nichil[d]) nos movent se inplendum et quasi aliquos alios concernant quam nos ips ita ipsa legimus et audimus, ita quod nequaquam ipsa ad n stram vitam efficaciter applicamus.

Et idcirco hic dico, si Antychristus modo, quo dictum e adveniret, verbum Jhesu et veritas [apostolorum] atque pr phetarum non esse[n]t per ipsum obducta et obnubilata, sed, ta quam iuxta suum contrarium posita, magis essent elucidata exercitata, ad que electi haberent fugere tamquam ad petra tutissimam[6]) [f. 267b] et turrim David mille clypeis co munitam[7]).

Sed nunc [1] tepiditas yppocritarum et nimia mul tudo ipsorum dei verba contrectancium[8]) eciam ignitum el quium[9]) dei vehementer constituit in teporem et ipsius rig dam veritatem relaxavit et quasi leve quid et inane que inutiliter dictum reddidit et quasi non esset de necessita salutis adinplendum, neque[e]) suos effectus, quos pretendit, s tiri deberetur[f]), et in tantum[g]), quod verba terribilia san scripture verbaque tremenda[h]) dei summi quasi quedam ludicr sibi effecerunt ita, ut in suis iocis, in suis conmessacionibus, suis conventibus et leticiis ea ad sua facta carnalia applicen et turpitudines, et hoc ipsum communiter facientes insuper s cerdotes et prelati, nullo hoc arguente, nullo[l]) increpante, a

---

[a]) concupiscendam *ed.* [b]) in corde *ed.* [c]) *sup. lin. alia manu* [d]) vel *ed.* [e]) nec *ed.* [f]) debere *ed.* [g]) et iterum *ed.* [h]) t mendi *A et ed.* [i]) iudicia *ed.* [k]) applicant *A et ed.* [l]) hoc *add.*

[1]) *Matth. V. 22.* [2]) *Matth. V. 28.* [3]) *Matth. V. 44.* [4]) *Lu III. 11.* [5]) *Galat. V. 24.* [6]) *Cf. Isaiae L. 7* (petra durissima). [7]) *Cantic. IV. 4.* [8]) *Cf. I. Joan. I. 1* (quod manus nostrae contrectaver de verbo vitae). [9]) *Cf. Psalm. CXVIII. 140* (ignitum eloquium tuum hementer).

ıtem quedam sibi multa autentica effecerunt et maxime auctotatis, ut sunt doctrine et mandata hominum quedam[a]) adenticia et recencia, et valde nimis tremunt talium professo:s[b]) et magistros, acsi ipsi sint homines sapientes super terram, ıanifeste verbo et facto tales et talia amplius accipientes et onderantes, quam sacros canones biblie seu verba dei vivi, rout superius extat declaratum [1]).

Et ita contingit, quod ipsimet sacerdotes, sine igne spitus Jhesu, inveterati [2]) per spiritum huius mundi, conformiter bi omnem scripturam sacram et omnia dei verba famiari et cottidiana contrectacione in quandam vetustatem et viliıtem converterunt et quasi ludicra vel fabulas exitimaverunt[c]) et conmiscent fabulas suas verbo dei et coaptant erbum dei suis inepciis et ita, quod totum residuum eorum ermonis est inautenticum et sine ulla edificacione et fructu ılutis animarum; nisi forte in tantum, in quantum cupientes lacere hominibus et se ipsos ostentare diligenter[d]) sermones orum conpingunt quasi canticum, quod dulci suo sono ures delectat [3]), ita isti pruriunt conpositis ipsorum fabulis ures suorum auditorum [4]) et mundus ipsos audit grate et conıendat et extollit[e]), quia iuxta sua vota plebei non in veriıte utili, sed magis in ornatu verborum et sapiencie carnalis arnaliter delectantur. Verumtamen cum ipsi tales yppocrite nt inautentici effecti propter ipsorum levem vitam, spiritu ıesu carentem, et cum hoc, ut dictum est, sancta verba scriture in se gravia per ipsos et in ipsis sunt vetusta et inania ffecta. Et sic totum, quidquid locuntur vel faciunt, quidquid or[r]igunt vel ortantur, exile effectum est, contemptum et incceptatum aput communitatem christianam, similiter, ut ipsi, ıd] vanitatem mundi abductam[f]) et captiva[ta]m. Et ita sal erre factum est insulsum [5]), lumen obumbratum, medicina venit ı nichilum, vel magis proprie dicendo, venit infirmatum et

---

[a]) quasi *ed.* [b]) possessores *ed.* [c]) *post corr.* A. [d]) diligunt *ed.* [e]) extollunt *ed.* [f]) adductam *ed.;* captivam *A et ed.*

[1]) *v. supra c. 51.* [2]) *haec quoque vox in biblia legitur, scil. in Psalm. VII. 46:* „filii alieni inveterati sunt, et claudicaverunt a semitis suis.“
) *Cf. Ezech. XXXIII. 32:* „Et es eis quasi carmen musicum, quod suavi dulique sono canitur.“ [4]) *Cf. II. Tim. IV. 3* (magistri prurientes auribus).
[5]) *Cf. Marci IX. 49* (sal insulsum).

wlneris in augmentum, et facta est ecclesie plaga pessima e insanabilis[a])[1]) et nimis indurata, et prophecia est propriissime adinpleta, que dicit Ysaie primo[2]): „Omne caput langwidur et omne cor merens. A planta pedis usque ad verticem no est in eo sanitas, wlnus et livor et plaga tumens, non est cir cumligata nec curata medicamine neque fota[c]) oleo."

Sathan, pessimus spiritus Antychristi, suam bestiam e meretricem super eam sedentem[3]) eo liberius conpegit et suu corpus quasi scuta fusilia[4]), sic regnum sibi solidand seculis in modernis, quatenus[d]) queat a nullo facile ex pugnari, quemadmodum Job penultimo scriptum est, ubi d Vehemoth[e]) dicitur[5]): „Cor eius indurabitur quasi lapis stringetur quasi malleatoris incus. Cum sublatus fuerit, tim bunt angeli et territi purgabuntur. Cum apprehenderit eu gladius, subsistere non poterit neque[f]) hasta neque torax. R putabit enim quasi palleas ferrum [et] quasi lignum putridu es[g]). Non fugabit eum vir sagittarius, in stipulam versi sunt lapides funde. Quasi stipulam estimabit malleum et deridet vibrantem hastam. Sub ipso erunt radii solis [et] sternet si aurum quasi lutum. Fervescere faci[e]t quasi ollam profundu mare et ponet, quasi cum ungventa[h]) bul[l]iunt. Post eum l cebit semita, estimabit abyssum quasi senectutem[i]). Non e super terram potestas, que conpararetur[k]) ei, qui factus est, nullum timeret. Omne sublime videt, ipse est rex super omn filios superbie."

---

7) Sathan *A alia manu.*

a) in — *sup. lin. A.* b) *ras. seq.* *iñ A;* pr. *tantum ed.* c) lota d) timens *corr.* quatenus *in m. alia manu A.* e) Behemoth *ed.* f) nec — nec *ed.* g) *om. ed.* h) dum ungenta *ed.* i) senescent *biblia.* k) comparetur *ed. et biblia.*

1) *de* „plaga insanabili" *et* „pessima" *loquitur biblia, cf. ex.* *Isaiae XIV. 6* (plaga insanabilis) *et Jerem. X. 19* (pessima plaga). 2) *Isa.* *I. 5—6.* 3) *Cf. Apoc. XVII. 3.* 4) *Cf. Job. XLI. 6* (corpus illius qu scuta fusilia). 5) *Job. XLI. 15—25.*

Capitulum sexagesimum quintum[a]).

[Explicatio verborum Hiob de induratione populi christiani sub Antichristo][b]).

Sicut[c]) etenim humor terrestris unctuosus in visceribus rre consistens a frigoribus terre congelatur[d]) et dehinc, ab eisem frigoribus digestus, successive in lapidem induratur, ita or populi christiani moderni seculi amore huius ite inpinguatum, terrenis inmersum, extinctum a caritate, igoribus voluntariis intensum [f. 268[a]] et maxime quasi per ntyparistasim[e]), id est contrarii circumstanciam, frigoribus se ipsum fugientibus[f]) et a contrario circumstante relisis, nitis et conpactis, in duriciam lapidis cor induraverunt[1]) hoines utique, qui in medio ignis[g]) caritatis Jhesu Christi ositi, frigidi esse eligunt voluntarie, relapsi ad medium terreorum, necessario ad duriciam lapidum riguerunt, quemadmodum ontigit naturaliter grandines fieri in tempore estatis estuantis.

Duplex itaque consistit causa nostre [2] duricie niie in presenti: primo a nostra innata malicia, id est cum mus intus mali, ex nobis ipsis sic induramur frigoribus macie, quasi lapis, inmersi voluntarie ad terrena; secundo propter aximam graciam, qua sumus positi in Christum Jhesum, qui st ignis consumens[2]). Nos autem, quia tantam[h]) et tam proxiam graciam circumstantem gratis et in vacuum accipimus[3]) t in medio ignis divini voluntarie non ardemus, induramur er ingratitudinem nimis cito et incense, quasi frigida aqua cito n glaciem congelatur per antyparistasym, id est contrarii cirumstantis nimiam potestatem. Et de hac duricia dicit scriptura n psalmo[4]): „Mittit cristallum suam sicut buccellam, a facie[i]) igoris eius, quis sustinebit?“ Et alibi Jeremie VI[o] [5]): „Sicut

---

17) De duricia nostra *A alia manu.*

[a]) Cap.[m] LXV. *A in m. duabus manibus.* [b]) *ita inscr. in ed.* Suam nimis *corr.* Sicut etenim *A.* [d]) *ita corr. ab ed.;* coagulatur *A et ed.* [e]) *post corr. A.,* antiperistasim *ed.; ita et infra.* [f]) *post corr. A.* [g]) c. ne *A.* [h]) tantum *A et ed.; sequens* tam *om. ed.* [i]) buccellas a facie *ed.;* uccellas; ante faciem *biblia.*

[1]) cor indurare, cor induratum *est phrasis communis et biblica, saeius occurrens.* [2]) *Cf. Hebr. XII. 9* (Deus noster ignis consumens). *Cf. II. Cor. VI. 1* (ne in vacuum gratiam dei recipiatis). [4]) *Psalm. XLVII. 17.* [5]) *Jerem. VI. 7.*

cisterna frigidam aquam fecit suam, sic frigidam fecit malicia suam."

Nos etenim christiani ingratissimi illi, qui eduxit n de hoc mundo, qui dixit [1]): „Jam vos non estis de hoc mund sicut et ego non sum de hoc mundo, sed ego vos tuli mundo", et cetera, quia iterum sumus abalienati retrorsum [2]) amamus vitam huius mundi et ea, que sunt in mundo, studio inquirendo, merito iam sumus in statuam salis conversi, vel uxor ipsius Loth est conversa [3]). Et quemadmodum eande mulierem, nuper in statuam transmutatam, contemplando era[omnia in ipsa videre eadem vel similia relique et viventis mulieris, sed tantum distabat a vita, quod vitam amplius n habebat, sed omnis figura et similitudo humana, carens spirit salsum lapidem sapiebat, ad lingendum tantum et delectandu bestias [b]) coaptata, que alias in vita ad delectandum deum homines erat in suis iniciis concreata [c]): ita similiter nos m derni christiani, spissa yppocrisi et profunda fermentati, bene nos ipsos vel alios inspectemus ab extra, omnem simi tudinem et omnem pietatem et religionem christianam prefe mus [d]) et ostentamus ad modum ecclesie sacrosancte et dilec sponse domini Jhesu Christi, cum hiis in tantum distamus eo, quod foris exhibemus, sicut mortuum a vivente, quia totu residuum et intrinsecum est desertatum a spiritu Jhesu crucifi Sumus tamen veluti vidua, que existens in deliciis est adh vivens iam mortua, ita nos vivimus quidem adhuc vita bes cornute et capitose [4]), sed prorsus mortui sumus in vi Christi, eius spiritum non habendo. Cuius argumentum in patulo [e]), cum nos ipsos simus [f]) amantes, nobis in carne hac vita conplacemus, amore mundialium ducti, et omnia cundum hoc nostro libito [g]) coaptamus, eciam ea, que sunt clesie bona tradita ex deo hominum ad salutem, omnia, quam, talia, eciam [h]) spiritualia et divina, ad nostras del

---

[a]) reliqua viventis *ed.* [b]) bestiis *ed.* [c]) concinnata *ed.* [d]) p ferimus *ed.* [e]) Paulo *(sic) ed.* [f]) sumus *A et ed.* [g]) secundum strum libitum *ed.* [h]) *om. ed.*

[1]) *Joan. XV. 19, sed libere allatum; textus bibliae proprie sonat:* „Si mundo fuissetis, mundus, quod suum erat, diligeret; quia vero de mun non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus."
[2]) *Cf. Isaiae I. 4* (abalienati sunt retrorsum). [3]) *Cf. Genes. XIX. 26.*
[4]) *Cf. Apoc. XVII. 3.*

as in vitam pacificam in carne convertentes, tene-us poculum aureum in nostra potestate et abhominacionibus pletum et fornicacionum inmundiciis, similiter et aliis propi-imus[1]). Et quia abusus bonorum et omnium spiri-ialium et graciarum nimia consuetudo, utpote sepe onfiteri, sepe missas celebrare seu cottidie multa psallere et ntare omni die, verbum dei audiendo, legendo predicandoque ntrectare, omnia, inquam, ista[a]) et hiis similia veniunt nobis obduracionem lapideam, quamdiu spiritum Jhesu non habe-us, et eo, quod, frigidi semper in se, talia habundanter et ontose exercemus, quasi illa iam non venirent in conpotum itumantes, vel quasi iam hereditarie dei sanctuaria possi-eamus[2]): propterea merito de Behemoth dictum est[3]): „Cor us indurabitur quasi lapis."

Hoc insuper unum accedit ad nostram infaustam du-cie[b]) densitatem, videlicet [3] cecitas intrinseca, quod nos sos nequaquam congnoscimus miseros esse et miserabiles, iritum fidelem Jhesu non habentes[4]), et ea, que foris sunt, stificaciones scilicet infinitas nostras, quas sedule exercemus pensamus, inspicimus cum hoc omnem decorem alium reli-ositatis, honestatis et ordinis universorum, mundiciamque[c]) rum, que afforis nos circumstant, limpide contemplamur et, ia talia nobis adiacere videmus, et nos, licet solum sensua-er, delectari in illis ipsis nobis blandimur, in ipsis nostram lutem ultimam et iusticiam statuentes, mortuo domino Jhesu corde existente et penuria ipsius fervide caritatis, sic itaque ostra consueta via et cupita gradimur[d]) quasi vitula Effraym octa diligere trituram[5]), et continue[e]) [f. 268b] amplius et am-ius in cor lapideum, densioribus et occultis tenebris accre-entibus, conspissamur, et hoc valde admodum subtiliter et culte, sicut corrupcio fermenti[6]) in re nata qualibet, ipsam tam latenter nimis solet pertransire. Sciunt nempe tanta et

---

[a]) omnia contractare, ista inquam *ed.* [b]) duriciem *ed.* [c]) et mun-ciam *ed.* [d]) et cupida graduum *ed.* [e]) quottidie *ed.*

[1]) *Cf. Apoc. XVII. 4.* [2]) *Cf. Ezech. VII. 24* (et possidebunt sanc-aria eorum). [3]) *Job. XLI. 15.* [4]) *Cf. Judae 19* (spiritum non habentes). [5]) *Cf. Oseae X. 11.* [6]) *Cf. Galat. V. 9* (Modicum fermentum totam assam corrumpit).

talia omnia spiritus septem nequiores [1]) et ob id dicti nequior efficere in homine, qui domini Jhesu primam fidem frivole ir tavit [2]). Et ipsi in eum regredi sunt scilicet permissi.

Sequitur [3]): „Induratur quasi malleatoris incus." Ma leatoris quidem incus quanto crebrius et pluries desuper fe entis ictus suscipit, tanto magis profundatur stipiti, cui est i fixus, et tanto amplius in se relisus [a]) induratur. Ita nos pr sentes christiani, et primum sacerdotes, quanto magis crebrius a domino Jhesu corripimur, tanto magis terre affixi inheremus et tanto forcius corde induramur, frigorib nostris et concupiscenciis constipati. Verbi gracia deus, ma ferens pacem inpiorum et sessionem meretricis super bestiam tempus quoque presens huius [b]) pessime presentis yppocris breviavit dies istos [5]), inmittens crebras pestilencias et famies strages. Sed quanto magis hec multiplicantur et pertranseu nos tanto magis inquirimus terrena et corde induramur, in n stris concupiscenciis obstinati, quemadmodum oculo ad oculu est videre, et vulgo publice acclamatur, dum communit locuntur, alterutrum inquirentes, quanto pluries mortalitate adveniunt, tanto magis homines statuuntur nequiores, acsi mo talitates bonis electis et raptis de medio reliquias hic obmitta peioris condicionis. Verumtamen licet hoc in multitudine m lignancium sit videre, qui existentes in sordibus, magis adh ex omnibus eventibus sordescunt [6]) et [d]) continentes causam s scandali, adhuc amplius scandalizantur continue et nunc maloru in profundum [7]), tamen hii, qui iusti sunt nunc, licet pau quassati talibus malis communibus, redduntur iustiores et, q sancti sunt, adhuc amplius sanctificantur iuxta vaticinium di norum secretorum [8]). Sunt nempe aquile [9]) et datum est ips

---

[a]) reversus *ed.* [b]) seculi *seq. in A, sed del.* [c]) moralitates *A et* [d]) *om. ed.*

[1]) *Cf. Matth. XII. 45.* [2]) *Cf. I. Tim. V. 12:* „Habentes damnatione quia primam fidem irritam fecerunt." [3]) *Job. XLI. 15:* „Et stringetur qu malleatoris incus." [4]) *Cf. Apoc. XVII. 3.* [5]) *Cf. Marci XIII. 20:* „Pr pter electos, quos elegit, breviavit dies." [6]) *Cf. Apoc. XXII. 11:* „Qui sordibus est, sordescat adhuc." [7]) *levis allusio huius phrasis invenitur Eccli. XXXII. 19:* „Qui quaerit legem, replebitur ab ea, et qui insidiose a scandalizabitur in ea." [8]) *Cf. Levit. XX. 7:* „Sanctificamini et estote san quia ego sum dominus deus vester." [9]) *de quibus v. Matth. XXIV. 28.*

essent docti a domino [1]), ut intelligant et sapiant et novis-na sua provideant [2]), terreanturque a facie ire dei [3]) dantis iam ıdictam[4]) in male fidos christianos.

Ideo sequitur[5]): „Cum sublatus fuerit, timebunt angeli territi purgabuntur." Scriptum namque est congrue ad pro-situm electis[6]): „Dedisti [metuentibus te][a]) significacionem, fugiant a facie arcus."

Ex hiis itaque colligitur, quo modo vel quare est pes-na plaga yppocritarum et cur dictum est de populo ristiano ingrato domino Jhesu Christo[7]): „Fel draconum ıum[b]) eorum et venenum aspidum insanabile", quoniam ita ıt spisse fermentati, ita profunde indurati, ita dense ex-cati, quod nec[c]) dei industriosa correccio in ipsis proficit, c beneficia, nec sacra scriptura, nec sanctorum priscorum empla, nec dei sacramenta, sed ex omnibus in peius semper oficiunt[8]), et existentes antychristi, ex animo christos se irmant, et hos, qui veri christi sunt, trucidant et zelo quasi sticie incitati, persequuntur, derident, infamant et evitant[d]), sequium deo in hoc prestare se credentes[9]). Et cum hoc mmuniter[e]) fieri oculatus[f]) homo videat, quo modo [non] ncludet pessimi Antychristi tempus esse? Indicibilis idem et incogitabilis est malicia et error istius novissimi tem-ris, de quo omnes prophete, Christus et apostoli multa lo-i studuerunt, ita ut vere dictum illud Jhesu verum sit, ubi cit[10]): „Nisi breviati essent dies illi, non fieret salva omnis ro." Et supra ibidem[11]): „Videte, ne quis vos seducat. Multi im venient in nomine meo et multos seducent. Cum ergo lebitis[g]) abhominacionem desolacionis, que dicta est a Danyele opheta, stantem[h]) in loco sancto, qui legat, intelligat. Tunc,

---

[a]) Dedit eis *ed.* [b]) virus *(sic) ed.* [c]) nec — priscorum exempla *ed.* [d]) derideant, infament et evitent *A.* [e]) *corr. seq. in A.* [f]) oc-atus *ed.* [g]) videritis *ed.* [h]) stante *ed.*

[1]) *Cf. Isaiae LIV. 13* (universos filios tuos doctos a domino). [2]) *Cf. uter. XXXII. 29:* „Utinam saperent et intelligerent et novissima providerent." [3]) *Cf. Jerem. IV. 26* (a facie irae furoris eius), *etc.* [4]) *Cf. Ezech. V. 17* (cum dedero vindictam meam super eos). [5]) *Job. XLI. 16.* *Psalm. LIX. 6.* [7]) *Deuter. XXXII. 33.* [8]) *Cf. II. Tim. III. 13:* „Mali em homines et seductores proficient in peius." [9]) *Cf. Joan. XVI. 2:* nit hora, ut omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium se praestare ." [10]) *Matth. XXIV. 22.* [11]) *Matth. XXIV. 4—5 et 15—18.*

qui in Judea sunt, fugient ad montes. Et qui in tecto, non d scendat tollere aliquid de domo sua. Et qui in agro, non vertatur tollere tunicam suam", et cetera omnia, que sequunt

Capitulum sexagesimum sextum[a]).

[Discrimen verorum et falsorum prophetarum, quorum illi a denti zelo peccata populi taxare, hi vero ad ea connivere sole atque ita fiunt membra Antichristi][b]).

Illa tamen yppocrite omnia vel de aliis quam de gaudent intelligi, vel[c]) ea expectant ad litteram, prout somnian adinpleri, vel sic ea legunt in grosso et non curant tamqu magna misteria inibi clausa venerari, quia ipsis ista suo nimio[e]) viluerunt, nec flere[f]) cum Johanne ewangelista[1]) piunt pro eo, quod ipsos latet tam utilis et necessa intelligencia scripture, ex qua et per quam debere pericula sancte ecclesie intimare et, ut evitentur, vi lare, acsi non adverterent verbum divinum, quod dicit[2]): „P pter hoc ductus est populus meus in captivitatem eo, quod n habuit scienciam." Et iterum[3]): „Quid est Israel, quod in te inimicorum es[g])? Inveterasti in terra aliena, coinquinatus es c mortuis, deputatus es cum descendentibus in infernum. Der quisti fontem sapiencie. Nam si in via dei ambulasses, habitas utique in pace [f. 269[a]] super terram[h]). Disce, ubi sit sapien ubi sit virtus, ubi sit intellectus." Et ad idem est Osee IIII „Audite [verbum domini, filii] Israel, quia iudicium dom cum[i]) habitatoribus terre."

At utinam saltem iam evigilarent hii, qui pos sunt „ad speculandum"[5]), et sicut tempora celi et m suras eorum valoremque et utilitatem prebendarum et[k]) riorum beneficiorum diiudicare sciunt, ita eciam tempus

---

26) Nota *A alia manu.*

[a]) Cap.[m] LXVI *A in m. duabus manibus.* [b]) *ita inscr. in ed.* [c]) *ras. seq. in A.* [d]) sonant *A;* somniant *ed.* [e]) nimis *ed.* [f]) stare [g]) *om. ed.* [h]) *ita A et ed.;* sempiterna *biblia.* [i]) *in m. alia m add. A.* [k]) *om. ed.*

[1]) *Cf. Apoc. V. 4:* „Et ego flebam multum, quoniam nemo dignus ventus est aperire librum, nec videre eum." [2]) *Isaiae V. 13.* [3]) *Bar III. 10—14.* [4]) *Oseae IV. 1.* [5]) *Cf. Eccli. XXXVII. 18* (septem sp latores sedentes in excelso ad speculandum).

ovissimum et pessimum et plenum ubique periculis et plagis ovissimis scirent intelligere et ex scripturis et ex factis et niniculo sancti spiritus invenire, excitare animos ad vigilan- ım et fugiendum de medio Babylonis[1], movere[a]) ad peni- nciam et cessandum a peccatis et opponere se murum pro omo dei[2]) et pro veritate[b]) Jhesu Christi! Ista namque sem- er fuit stabilis differencia inter fideles prophetas et pseudolos ophetas, puta quod yppocrite semper, que sua sunt, inqui- ntes, circa ea, que erant Christi[3]) et proximorum, sunt negli- ntes et, excecante ipsos avaricia et amore sue vite delicate c non amicicia huius mundi, nesciunt mala presencia vel fu- ra advertere et ea, que[c]) utcumque congnoscunt, dissimulant, m[d]) quia spem sibi promittunt, tum quia non conpaciuntur[e]), m quia timent suam pacem et amiciciam conturbare, ne forte quid ipsos adversi pati oporteret. Quemlibet etenim ama- rem sue anime, id est[f]) quietis vite presentis, et non habentem norem patrie celestis necesse est esse pusillanimem ad pa- endum et per consequens ad anuncciandum fideliter mala orum proximorum. Fideles autem prophete semper ha- ıerunt hoc ipsum proprium, quod mala inminencia populis el presencia, que videbant, nunciabant[g]) fideliter, exhortando, per veram penitenciam ad dominum et[h]) deum converterentur omines fugientes mala, que inminebant, et per hoc zelanter [i]) strennue corrigebant vicia omnium maiorum et minorum, nullo peccatis blandiendo. Sed et peccata populi et mala ne, que pro illis inminebant, tamquam propria mala inge- iscebant prophete fidelissimi et quasi matres et patres proprii pleni[k]) visceribus pietatis, paci iniquorum existentes semper aximi inimici et irati et pro[l]) inpenitencia hominum pro pec- tis pleni indignacione et amaritudine, atque vitam hominum ollem et carnalem in hoc mundo verbis et factis expugnando. ıius causa multa paciendo nimis ab hiis, quos pie et fideliter guebant viriliter, sunt perpessi et, ut plurimum, ideo et pro- er[m]) hoc amara[n]) morte vitam suam laboriosam totam et lacri-

---

a) amovere *A;* movere *ed.* b) *post corr. A.* c) quantumcunque *I; om. ed.* d) tamen *corr.* tum *A in m.* e) non conpaciuntur *om. ed.* f) et *D 1.* g) anunciabant *D 1.* h) *om. D 1.* i) et *D 1.* k) propriis plenis *ed.* l) et pro *A et ed.* m) imo propter *ed.* n) amare *(sic) A.*

1) *Cf. Jerem. LI. 6:* „Fugite de medio Babylonis.“ 2) *Cf. Ezech. II. 5* (neque opposuistis murum pro domo Israel). 3) *Cf. Philipp. II. 21.*

mosam terminando, ut patet fere[a]) per omnes prophetas apostolos ac martyres discurrendo.

Non enim umquam prius, sed neque modo[b]) pacem hoc mundo potuit habere et vitam quietam existens inimic huius mundi, neque aliquando quisquam, iniquitatem fideli odiens, potuit non odire suam animam[1]) vel sibi non ira vel huic vite in carne, que scaturit peccatis incessanter, nequ eciam itidem umquam potuit esse bonus et gratus socius atq amicus huius mundi et amator huius mundi[d]), qui totus in n ligno est positus[2]) et habitacio spirituum inmundorum[3]). N que[e]) aliquando quis visus est, qui bene odit vicia, qui ea n corripiat et debellet primum in se ipso durius, debi eciam in aliis, ubicumque occasio sibi adest. Et quicumq talis esse voluerit, pacem et amiciciam cum hominibus hu seculi et amatoribus diviciarum, deliciarum et honorum nu modo poterit invenire neque[f]) eciam[g]) confirmare.

Ex istorum oppositis plene[h]) et proprie quilibet collig poterit et quoad se ipsum et quoad alios, quid est vel q est propheta pseudo vel membrum proprium A tychristi, cuius summa[i]) vel diffinicio est hec, quod (1) homo amicus sue carnis et (2) amicus huius mundi (3) tepidus oditor viciorum, (4) dissimulans mala suorum pr ximorum.

Amicus inquam est sue carnis, cum mollibus v stiatur, mollem ducat vitam et exhorrescat pati laborem adversitatem pro virtute et veritate.

Et [est][k]) amicus huius mundi, cum querat in ipso pr sperari[l]) et timeat vehementer infortunatos eventus, delect eum honor et gloria hominum, humanam paveat abieccion et contemptum. Illos[m]) diligit, qui ipsum honorant et reverent illos odit, qui ipsum contempnunt vel minus curant honorare.

Et propterea raptus ambicione, inquirit cathedras magnas

---

14) Nota *D 1.*

[a]) ferme *ed.* [b]) nunc *ed.* [c]) nec *ed.* [d]) amatorum h. m. *D* et a. h. m. *om. ed.* [e]) *ras. A;* nec *ed.* [f]) quoque *A et D 1.* [g]) aut c quoquam *ed.* [h]) plane *ed.* [i]) est *seq. in A, sed del.;* cum summa *D* [k]) *ita D 1; om. A et ed.* [l]) prosperare *ed.* [m]) Illos — contempnunt *om.*

[1]) *Cf. Joan. XII. 25* (odire animam suam in hoc mundo). [2]) *Cf. Joan. V. 19.* [3]) *Cf. Apoc. XVIII. 2* (Babylon facta est habitatio daem niorum et custodia omnis spiritus inmundi). [4]) *phrasis haec locum biblic*

ɔciatur grate, humiliter et affabiliter hominibus magnatis[a]) et in omibus regum est[1]) et libenter ad noticiam talium promovetur, dmirans personas vel aput se multum ponderans questus causa t idcirco est tepidus oditor viciorum. Illud est in promptu, uia hominibus vult placere, ideo dissipavit deus ossa ipsius[2]), t ita efficitur nimis resolutus et pusillanimis et, querens esse micus amancium hunc mundum, necesse habet, quod sit ɔsis[b]) similis et non contrarius, vel consentaneus vel in parte el in toto, et cum amet suam animam et[c]) vitam hanc in carne, ue tota iniquitatem vel peccatum [f. 269[b]] sapit[3]), consequens st, quod eciam secundum animum[d]) suum rubiginatus malicia ɔntabescat[4]). Hoc autem habet proprium quelibet iniquitas, uod ille, qui ei inmersus et ea inquinatus fuerit, eam odire equaquam potest, nam humidum humido adversari vel frigium frigido esse odiosum non convenit et destruere se altertrum vel[e]) odire non possunt nisi contraria.

Amator igitur quilibet sue peccatricis anime vel quiete ite et huius carnis[f]) et amicus atque socius hunc munum amancium oditor viciorum esse non potest, nisi forte inroprie et simulate et per consequens abhominabiliter et conıixte, ut in precedentibus est deductum[5]). Dissimulans mala uorum proximorum, nisi forte ex causa et[g]) ad tempus t cum molestia habet evidens argumentum, quod non habeat ı se divinam caritatem, sive sint mala culpe, sive mala pene, t probat se esse de genere illius maledicti, qui dixit[6]): „Numuid custos fratris mei[h]) sum ego?"

Probacio vero illius est evidens, puta quod omnis talis issimulat mala suorum proximorum, qui vel ipsos videns inigne domino Jhesu vivere, est ipsis amicus et consentaneus.

---

[a]) magnatibus *ed.* [b]) *om. D 1;* illis *ed.* [c]) ut *D 1.* [d]) *ras. A.* [e]) *ras. A.* [f]) et de nullo (!) h. c. *A et ed.; totum om. D 1.* [g]) *om. ed.* [h]) *post corr. A.*

memoriam reducit, cf. Matth. XXIII. 6: „Amant autem primos recubitus in ɛnis et primas cathedras in synagogis." [1]) *Cf. Matth. XI. 8:* „Ecce, qui molɔus vestiuntur, in domibus regum sunt." [2]) *Cf. Psalm. LII. 6* (quoniam deus ssipavit ossa eorum, qui hominibus placent). [3]) *in biblia non legitur, sed ntum:* „Qui enim secundum carnem sunt, quae carnis sunt, sapiunt", *Rom. III. 5.* [4]) *neque haec phrasis proprie in biblia invenitur, sed tantum levis llusio in Ezech. IV. 17* (et contabescant in iniquitatibus suis). *Cf. etiam Jerem. XII. 22:* „Et tunc confunderis et erubesces ab omni malitia tua". [5]) *v. pra c. 56.* [6]) *Genes. IV. 9.*

Consentaneus vero esse convincitur, si non arguit eorum fructuosa opera et timet ipsis pro virtute et veritate displicer insectans vitam carnis pacificam et quietam. Vel videns pro morum manifesta peccata, non irascitur, et cernens in eis per ipsos Christum Jhesum crucifigi et ostentui habere[1], r dolet super contricione dei virtutis, sapiencie et veritatis. Sign nempe[b]) hoc est clarissimum, quod idem talia[c]) dissimul nec [est] veritatis amicus, que[d]) offenditur, nec proximi sui, vulnerat animam suam. Vel iterum, si homo videns mala p et periculosa tempora esse futura vel iamiam[e]) inminere mediate aut esse iam presencia suis proximis, tamen nec c dolet[f]) vehementer nec exclamat ad dominum deum suum fortitudine[2]) et forte silet et non intimat, cavens derideri eisdem, sicut Loth fuit derisus[3]), vel cruciari et contempni, si fuerunt sancti prophete cruciati, si, inquam, ista timens, r intimat omni via ydonea sibi et possibili, signum est in simul[at]e[g]) vel tepide divine caritatis, que[h]) habet suos poss sores urgere ad talia omnia et sollicitans[i]) de suis proxir quiescere eos non permittit.

Utrinque siquidem necessitatur vir huius modi, bens divinam caritatem, et racione illius, quia dominum Jhes diligit fideliter, qui est veritas dei, dei virtus et dei sapiencia et conspicit hec destrui et offendi vel conculcari a suis c christianis, et continere se bene non potest, quin sancte dom Jhesu irascatur, quin molestetur ex intimis, quin corripiat obiurget iniquitatem, que Christi[k]) Jhesu demolitur equitat stulticiam, que offendit eius sapienciam, mendacium, quod c ciat domini Jhesu veritatem, et omne vicium, quod expung virtutes Jhesu Christi. Zelus enim domus domini comed vel mordet eum et deficit ferre non sustinens et dissimul non potest obprobria, que fiunt piissimo domino suo Jh Christo.

---

[a]) disciplinae *ed.* [b]) namque *ed.* [c]) idem talis *ed.* [d]) qui *ed.* [e]) *om. ed.* [f]) dolet *ed.* [g]) simule *D 1;* simille *A et ed.* [h]) *ras. seq. i* [i]) sollicitos *D 1.* [k]) Christo *ed.*

[1]) *Cf. Hebr. VI. 6:* „Rursum crucifigentes sibimet ipsis filium de ostentui habentes.“ [2]) *Cf. Apoc. XVIII. 2* (et exclamavit in fortitud dicens). [3]) *Cf. Genes. XIX, passim; sed de Lot deriso biblia proprie non quitur.* [4]) *Cf. I. Cor. I. 24* (Christum, dei virtutem et dei sapientiam). [5]) *Cf. Psalm. LXVIII. 10:* „Quoniam zelus domus tuae comedit me.“

Et tunc, quidquid proinde ipsum pati contigerit ab iniquis, el parvipendit et in multa paciencia sustinet[a]) omnia[1]), vel audio gaudet, quoniam dignus est habitus pro nomine Jhesu ontumeliam pati[2]) et quod ob id merces sua multa est in elis[3]). Conmovetur eciam ex altera parte ad inpacienciam o maliciam, quam viderit, racione proximorum, quos sicut se sum quia diligit, mala ipsorum, acsi propria sint sua, grater sustinet et ingemiscit, et perinde[b]) inpellitur continue omem operam exquirere, qua[c]) possit remediari ruinis suorum lectorum, omnem fidem pro eo et solerciam atque sollicitunem suam expendit, quam in suis propriis malis deberet aplicare, existens fideliter operarius mandati divini de dileccione ei sui et suorum proximorum[4]). Quodsi forte, ut[d]) plurimum, det huius modi christianus, fidelis domino suo Jhesu Christo, ala fieri in sua ecclesia et in domo [domini][e]) sui dulcis, domini rtutum et regis omnis glorie[5]) et honoris seu in suis dilectis onchristianis et nullo suasu nullaque via ipsis occurrere prealet, vel propter instanciam mali[f]) temporis, vel propter sue ersone parvitatem et contemptum, aut propter pertinaciam et obur illorum, qui talia operantur, tunc tanto redditur anxius t gemebundus continue ac clamans et dicens[6]): „Quis dabit apiti meo aquam et oculis meis fontem lacrimarum? Plorabo[g]) ie ac nocte interfectos filie[h]) populi mei.“ Et ita tristicia et meore affectus, licet in pace amarissima ducit dies ipsius[7]), tamen emper in se consumitur esurie et siti iusticie, exectans aliquando a domino saciari hac caritate, oc est[i]) zelo isto, spiritu divino et fideli, quo[k]) omnes filii ei ab origine mundi agebantur, omnes patriarche, omnes prohete sancti et reges et dominus Jhesus, dominus virtutum[8]), umma et vertex omnium, similiter et omnes [f. 270[a]] ipsius

---

[a]) sustulit *ed.* [b]) inde *D 1;* proinde *ed.* [c]) quo *D 1,* qui *A et ed.* [d]) vel *ed.* [e]) dni. *tantum A;* domini *D 1;* ecclesia domini *ed.* arcti *ed.* [g]) et plorabo *D 1 et ed.* [h]) filios *ed.* [i]) *om. D 1.* [k]) *in* . *A; om. D 1 et* omnis *seq.*

[1]) *Cf. Rom. IX. 22* (sustinuit in multa patientia vasa irae). [2]) *Cf.* *roverb. XVII. 14* (patiatur contumeliam). [3]) *Cf. Lucae VI. 23:* „Gaudete ı illa die et exultate. Ecce, enim merces vestra multa est in caelo.“) *Cf. Lucae X. 27.* [5]) *Cf. Psalm. XXIII. 10.* [6]) *Jerem. IX. 1.* [7]) *Cf.* *saiae XXXVIII. 17:* „Ecce, in pace amaritudo mea amarissima“ *et Job XXI. 13* ducunt in bonis dies suos). [8]) *Cf. Psalm. XXIII. 10* (dominus virtutum, ose est rex gloriae).

discipuli, apostoli, martires, confessores et doctores et om alii electi, quotquot deo placuerunt[1]).

Ex quo eciam quilibet moderni seculi elicere poterit sui noticiam, et primum sacerdotes, quo spiritu agitant quoniam si ista, que dicta sunt, nobis insint, tunc consol poterimus, quod sumus discipuli Jhesu Christi Jhesu spiritum continemus et ab ipso continemur, quodsi he nobis presto insint, maxime sacerdotibus, ne presumamus m malis nostris addere, adversus veritatem gloriando et dicen vel estimando, quod simus[b]) participes spiritus Jhesu Christi aut confitendo nos esse christianos, id est de unitate et an cicia ecclesie sanctorum, qui omnes et singuli ferv amaverunt veritatem et iusticiam et omnis iniquitatis et mali fuerunt perfecti inimici. Nullo modo enim quis ex racio potest estimare, quod membrum vivat in unitate corpo quod non condolet ei, quod totum corpus patitur, vel qu non vivaciter persentit idem in se, quod in singulis partib sui[c]) corporis doloris reperitur.

Blandiantur igitur[d]) sibi ipsis yppocrite, quantum veli excusent se per suum „inperfectum“[3]), quantum possunt, maxime sacerdotes, diviciis, gloria et honore „in medio ecc sie“[4]) exaltati et dilatati, si caritas ista fidelis nuper expre et spiritus Jhesu zelator ipsis non adest, sunt utique corp conpactum[e]) Antychristi quasi scuta fusilia, quos spi culum, id est bonus dei spiritus, nequit pertransire[5]), s meretrix fornicaria sedens super bestiam monstruosam, hab poculum aureum[6]), id est decorem totum domus domini Jhesu scripturam videlicet sacram et omnem sapienciam et scienci et omnem speciem religionis et sanctitatis in sua manu et s potestate, in suo ministerio et dispensacione, sed „plenum a hominacionibus“ suis funestis et „inmundicia suarum forni cionum“[8]), quia pollutum cor et conscienciam[f])[9]), et repr

---

a) hoc *A; Quia nisi haec ed.* b) sumus *ed.* c) suis *corr.* sui *A.* d) ergo *D 1.* e) con — *sup. lin. ad. A.* f) conscientia *ed.*

1) *phrasis* deo placere *saepius in biblia legitur; cf. Eccli. XXX. 24* (p cens deo). 2) *Cf. Hebr. VI. 4* (participes facti sunt spiritus sancti). 3) *de quo v. Psalm. CXXXVIII. 15:* „Imperfectum meum viderunt oculi t 4) *Cf. Eccli. XV. 5.* 5) *Cf. Job XLI. 6—7.* 6) *Cf. Apoc. XVII. 3-* 7) *Cf. Psalm. XXV. 8.* 8) *Cf. Apoc. XVII. 4, l. c.* 9) *Cf. I. C VIII. 7* (conscientia . . polluitur).

ınt circa fidem [1]). Quemadmodum namque omnia munda sunt ıundis, sic inquinatis nichil est mundum penes diffinicionem postoli ad Thymotheum [2]).

Sed illud est singulare aput dominicos sacerdotes, quod ımundi intrinsece, quanto magis res summe mundicie habent [a]) ertractare, tanto dampnabilius inmundantur. Et cum alii ɔarvuli" [3]) ob infirmitatem suam ex malis ipsorum sacerdotum ffenduntur [et] [b]) a rebus inmundis in se inmundantur, sacerotes vero carnales et a spiritu Jhesu exortes ob suam pervertatem, ab hiis, que sunt in se bona, deteriorantur et a ıundissimis rebus divinis, que contingere non verentur, adhuc mplius insordescunt et a medicina infirmantur et a lumine ɜnebrantur, quemadmodum scriptum est [4]): „Destrues eos ab mundacione". Et ita nichil ydoneum iam relinquitur yppocritarum curacioni.

Et ideo [c]) bene superius est per scripturam allegatum, uod pessima plaga [est] carnalium sacerdotum et venenum aspium insanabile [5]). Quare merito a veritate ad ipsos dictum st [6]): „Amen, dico vobis, meretrices et publicani precedent ʼos in regnum celorum", et cetera.

Capitulum sexagesimum septimum [d]).

Clericos incorrigibiles esse confirmatur verbis Hiob de Behemoth capite penultimo] [e]).

Hoc unum insigne et proprium conmitatur [f]) clericos carıales, et primum sacerdotes, quod correccionem execranur [g]). Amant enim honorari ab omnibus [h]) et videtur, quod orreccio ipsos dehonestet, vel quod contempnantur ab illis, ui se corigunt. Eciam cum aliorum sint magistri et [i]) correcores dudum habiti, abhominacio ipsis videtur, si ab aliis incre-

24) Incorrigibilitas *A*. — Condiciones clericorum carnalium *D 1*.

[a]) audent *ed.* [b]) in *A*, *sed del.* [c]) imo *ed.* [d]) Cap.m LXVII *A* *ı m. duabus manibus.* [e]) *ita inscr. in ed.* [f]) *post corr. A;* comitatur *ed.* [g]) execrentur *ed.* [h]) hominibus *D 1.* [i]) *om. ed.*

[1]) *Cf. III. Tim. III. 8.* [2]) *recte Tit. I. 15.* [3]) *vox biblica non rara.* [4]) *Psalm. LXXXVIII. 45:* „Destruxisti eum ab emundatione." [5]) *Cf. Deuter. XXXII. 33, cf. supra p. 300.* [6]) *Matth. XXI. 31.*

pentur, insuper quia se nequaquam congnoscunt et credunt
iustiores ceteris, tum quia in magno statu consistunt, tum qu
cum sacris rebus et divinis tota die circumeunt, tum quia
hominibus reputantur et assuefacti sunt honorari et lauda
Ideo grave est ipsis sub correccione humiliari vel ex ipsa eme
dari. Ad hec quia sapientes se in opinione sua reputant, et i
consuevit eosdem vulgus acclamare, omneque illud, quod ip
dicitur ab increpantibus eorum pertinaciam, vel eciam omn
quod posset ad dicendum inveniri sive ex racione vel aute
ticis ex scripturis, illa ipsi vel sciunt glozare[a]) vel infirma
ex scripturis aliis, vel credunt se illis esse superiores suo i
genio, vel esse nimium communia et solum necessaria reserva
pro rudi populo, sed non ipsis literatis, qui ante multos ann
iam sciverunt [ea] per se, ymmo eciam dormiendo. Et ita sern
correccionis non capit in ipsis profectum[b]) [1]) et omnis auctorit
vel ipsius reprehensio ipsorum viciorum est iam i
veterata apud eos[c]) et nimia sua consuetudine demolita
tantum, quod quidquid cottidie legant[d]) ipsimet, allegant et co
tinue audiunt, in nullo iam prorsus renovantur[e]). Sunt mag
parati[f]) primi instare et persequi fideles scriptores, r
prehensores criminum vel predicatores verbi dei, quemadm
dum in seculis modernis nimium ista est videre [f. 270b].
nullis equidem dispendium et inpedimenta fideles[g]) magis p
ciuntur nec non persecuciones capitales, quam a clericis hui
[modi] carnalibus, et maxime a sacerdotibus talibus, amicis hui
mundi. Non est tamen hoc aput spiritum Jhesu[h]) Christi si
congrua racione, quia etenim existentes abhominacio in temp
Jhesu[i]) [2]) et idcirco vituperium et dampnacionem proinde dig
reportare, ipsi tamen nichilominus laudem et honores et vul
carnalis applausum dulciter sorciuntur, pro voto suo in cle
dominantes[k]), et cum hoc ipsis omnia obediunt et libitis ips
rum et divina obsecundant sacramenta.

---

26) Nota *A alia manu.*

a) glossare *ed.* b) *in m. A.* c) apud eos *om. ed.* d) legunt
e) *post corr. A.* f) sunt *seq. in A, sed. del.* g) *sup. lin. add. A.*
h) *corr. A.* i) domini *ed.* k) dominantur *ed.*

1) *Cf. Joan. VIII. 37* (sermo meus non capit in vobis). 2) *Cf. Dan*
IX. 27 (in templo abominatio desolationis).

Si igitur quisquam veniens, presertim forte pannosus et ı facie pauper et abiectus, vellet facto et verbis eosdem orrigere et abhominaciones in templo esse domini Jhesu hristi ipsos demonstrare, turpitudinem meretricis denudando[1]), ellet infirmare ipsorum assuetam et antiquatam gloriam et acem, atque amiciciam, quibus sunt fermentati[a]), conturbare er suas[b]) zelantes correcciones et viriles acciones, spiritu beati elye agitatus, haberent profecto magnam causam irascendi ontra talem, dum alias ita facti sunt ad modum Behemoth[2]), l est bestie, ut neminem timeant, et ad modum meretricis, uius frons ita est iam attrita, ut nesciat erusbescere pro suis ıalefactis[3]).

Scriptum namque est Job penultimo capitulo multum prorie de istis, de quibus fit mencio[4]): *[versus 17]* „Cum apreenderit eum", subaudis[c]) yppocritam et sacerdotem quicumue homo[d]) fideliter eum corrigendo, „gladius subsistere non oterit", id est verbum Jhesu, quin[e]) ipsum non expungnent, ıeque[f]) hasta", id est pertinax increpacio, „neque thorax", id st iusticia ewangelica perfecta. — *[v. 18]* „Reputabit enim uasi paleas ferrum", id est veritatem[g]) sacre scripture et iuicia dei inflexibilia et dura iam sunt ei levia et quasi in venım[h]) dissipata, „et quasi lignum putridum es", id est eloquenam[i]) omnem[k]) correccionis sue non[l]) exhorrescit. — *[v. 19]* Non fugabit eum vir sagitarius", id est nullus predicator Christi ıesu ipsum ad penitenciam poterit conturbare, „in stipulam ersi sunt sibi lapides funde", id est minas et terrores iudicii ivini quasi nichil reputabit. — *[v. 20]* „Quasi stipulam estiıabit malleum", id est omne verbum dei parvipendit[m]), „et eridebit vibrantem hastam", id est zelum sanctorum doctorum t predicatorum veterum et modernorum, iram[n]) ipsorum cona se et alios peccatores solum convertit [in] derisum. — *[v. 21]*

13) Nota *A alia manu.*

[a]) firmati *corr.* fermentati *A.* [b]) personas *A.* [c]) subaudi *ed.*) *om. ed.* [e]) *corr. in m. A.* [f]) nec — nec *ed.* [g]) in veritate *ed.* vento *ed.* [i]) eloquentia *ed.* [k]) omnium *ed.* [l]) non *sup. lin. A.*) parvipendet *ed.* [n]) in iram *A.*

[1]) *Cf. Ezech. XVI. 37* (et denudabo ignominiam tuam coram eis et idebunt omnem turpitudinem tuam). [2]) *Cf. Job. XL. 10.* [3]) *Cf. Jerem. II. 3* (frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere) *et Ezech. II. 7* (attrita fronte). [4]) *Job. XLI. 17—24.*

„Sub ipso erunt radii solis", id est habet in potestate sua or nem sapienciam et scienciam, que procedunt a domino Jhe Christo in scripturis, vel propter magnitudinem ingenii natura et eloquencie vel propter magnam artem aut propter utrumq simul, „[et] sternet sibi[a]) aurum quasi lutum", id est devocione et caritatem sanctorum, qui ipsum cor[r]igunt per vitam sancta vel per verba, nichil[b]) reputat et contempnit et estimat, quoc commune et naturale et commune ac facile est sibi de carita et devocione multa loqui et disputare. — *[v. 22]* „Fervesce faciet quasi ollam profundum mare", id est verbis suis exemplo suo multos ad amorem mundi christianos communes incitabit et per suam gloriam et suum splendorem ciborum vestium multorum iuvenum concupiscencias conmovebit[e]) similia insectandum, vel „profundum mare" est cor[f]) ipsi yppocrite et carnalis sacerdotis, quod „quasi ollam fa fervescere", cum continuis fluctibus affeccionum agitatur et ar plius amplius concupiscenciarum fluctus continue intumescunt que omnia libere et quasi licite exequitur et in successu fo tuito ipsorum delectatur. Ideo sequitur in textu: „Et pon quasi unguenta cum[g]) buliunt." Scit siquidem omnia ista pulch verbis ornare et ex racione et scripturis colorare[h]) et co firmare, puta quod ista oporteat fieri aput prelatos et sace dotes, scilicet splendor et magnificencia secularis et corpora apparatus, et quod[i]) cum talibus et mundi amore et vita quie deus optime promereatur[2]) et ametur. Et hoc [est] verbu quod dictum est: „Et ponet, quasi cum unguenta buliunt." Sequitur *[v. 23]*: „Post eum lucebit semita", id est in illis or nibus, scilicet execucione suarum carnalium affeccionum et amore mundi, diviciarum, deliciarum et honoris, ita se ipsu facete et honeste observabit, precipue aput carnales de sin libus studiis et affeccionibus, ut omnes in sui presencia post mortem ipsum bonum et sanctum esse estimabunt quia eciam omnia facta talium, quasi racione colorata, pr sperantur aput mundum. Sequitur: „Estimabit abysum qua

---

a) sternet sibi *add. A in m. alia manu.* b) *om. ed.* c) quasi
d) commonens *ed.* e) commonebit *A.* f) corpus *ed.* g) *sup. lin.*
h) roborare *ed.* i) et quod *ed.*

1) *Cf. Isaiae LI. 15:* „Conturbo mare et intumescunt fluctus eius."
2) *Cf. Hebr. XIII. 16* (talibus enim hostiis promeretur deus).

nescentem“, id est mortem et iudicia dei et gehennam et nilia ex nimio usu legendi et audiendi non timebit, sed iasi quid commune et quemdam rumorem nimium usitam reputabit. — *[v. 24]* „Non est potestas super terram, que nparetur ei“, id est yppocrita neminem reputat super terram, i vellet humiliari et [ab eo] emendari, quia omnia [f. 271[a]], que nt a deo tradita ad salutem et terrorem super terram, sunt oi, ut dictum est, iam nimis usitata et inveterata, ex quibus on movetur ad timorem et correccionem, quia, licet ea ex irte credat, tamen quia habet fidem mortuam et spem fictam, er ipsa[a]) non terretur. Non timet enim yppocrita eternam impnacionem non ex caritate perfecta, ut est videre in electis, ie foras[b]) mittit timorem [1]), sed ex obduracione cordis et ex citate animi vel contemptu, sicut scriptum est [2]): „Inpius, cum profundum malorum venerit, contempnit.“ Et omnia securia, ut est potestas vel auctoritas militans, vel sunt sibi ibiecta vel omnino inpertinencia et talia, que non debet, nec ibet necesse[c]) extimescere[d]), tamquam sue correccioni[e]) ingna et aliena. Et ideo sequitur: „Qui factus est, ut neminem neret“, quoniam[f]) dominum Jhesum yppocrita non valde timet opter suam cecitatem et propter hoc, quod credit [se] bene are, et homines non timet, quia ipsorum amicus studet esse [g]) omnibus conplacere. — Sequitur [3]):

Capitulum sexagesimum octavum[h]).

[Continuatio explicationis verborum Hiob, cui additur enarratio ci 2. Thessal. 2. „Extollitur supra omne, quod dicitur deus“][i]).

[v. 25] „Omne sublime videt“, id est approbat omnia agna facta, sive subtilia, sive forcia sint, sive strennua, et se iudicare habet et regere atque promovere. Christianus enim, ii est amator diviciarum, honorum et glorie in hoc mundo,

---

[a]) per ipsam *ed.* [b]) foris *corr.* foras *A.* [c]) *om. ed.* [d]) *prium* e *sup. lin. A.* [e]) sua correctione *ed.* [f]) quemadmodum *ed.* in *corr.* et *A.* [h]) Cap.[m] LXVIII[m] *A in m. duabus manibus.* [i]) *ita inscr. ed.*

[1]) *Cf. I. Joan. IV. 18:* „Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem.“ [2]) *Proverb. XVIII. 3.* [3]) *Job XLI. 25.*

et maxime sacerdos yppocrita, omne illud, quod est magi ficum, gloriosum, pulchrum et omne honorabile et secundu faciem apparens in sciencia, in eloquencia, in speciebus sanc tatis, et omne, quod est acceptabile hominibus huius mun illud ipse acceptat et expedit, promovet et conmendat. Illu autem, quod est facile, humile et abiectum, co tempnit, ut est non subtile, non eloquens, non vestitu splendide, non dives et inpotens, et non estimat virtutem a quam esse ibi. Quodsi quas virtutes viderit a talibus fier personis, vel audierit sub statu plebeio, vel alias vilitatis secu dum mundum et humilitatis, modica reputat et magis parat est talibus detrahere, quam imitari.

Sequitur[1]): „Ipse est rex super universos filios superbi id est maior est superbia talis yppocrite et excell omnem superbiam secularem, vel[b]) superbia iniquoru sacerdotum excedit omnem superbiam de mundo[c]), id es superbiam omnium in hoc seculo hominum superborum, et h ex multis causis. Primo, quia debet ipsis inesse maxima h militas, cum ergo oppositum ipsius, eciam est maximum. S cundo, quia, quanto propinquiores Christo Jhesu deum co tempnunt, tanto maior ipsorum est contemptus et per cons quens superbia. Unde[2]): „Si inimicus meus maledixisset mic [sustinuissem utique]", et cetera. Sequitur[3]): „Tu vero unanin meus." Tercio, quanto quis maiora [bona] accipit a Christo Jhe et contempnit, maior est eius[e]) superbia. Unde Ysaie I°[4]): „ lios enutrivi et exaltavi. Ipsi vero spreverunt me. Cogno bos possessorem suum et asinus presepe domini sui[f]). Isr autem me non congnovit et populus meus non intellexit", est noluit congnoscere me, dominum suum, ob superbiam, esset gratus et humiliter subiectus. Quarto, quanto ma sciunt veritatem, et virtutem Jhesu crucifixi et negligunt contempnunt, tanto maior est ipsorum contemptus et per co sequens superbia. Quinto, quanto ex maioribus bonis et m gis divinis sacerdotes superbiunt et placent sibi ipsis, tan maior est ipsorum superbia. Sed maxima sunt bona simp

a) videri *ed.* b) et *D 1.* c) *corr. A;* de m., i. e. s. *om. D 1.*
d) imo *ed.* e) *om. D 1.* f) *om. ed.*

1) *Job. XLI. 25.* 2) *Psalm. LIV. 13.* 3) *Psalm. LIV. 14.* 4) *Isa*
I. 2—3.

:er et divina, in quibus carnales sacerdotes sunt superbi. Ergo, cetera.

Superbiunt namque mali ex rebus divinis, scilicet ex pote-ıte et auctoritate divina et honore, qui fit propter[a]) statum, et perbiunt ex rebus humanis, quia ex sciencia, eloquencia et di-ciis et genealogia et gloria seculari; propterea magis proprie filius iquitatis[1]) dictus est se extollere[b]) in sacerdotibus et clericis per omne, quod dicitur[c]) deus aut quod colitur[2]), quam in iis christianis, quia magis de ipsis[d]) verum est mistice illud ;rbum, si sunt et dum sunt filii iniquitatis. Extolluntur ımque huius modi „super omne, quod dicitur deus", id est ıper omnem sapienciam et scienciam, cui president et uam] habent in potestate, et „super omne, quod collitur deus", est super omnem virtutem animi, qua collitur deus, quam ıbe[n]t in ecclesia dei dirigere. Vel iterum extollitur sacerdos per omne, quod dicitur deus, id est super omnem scriptu-m divinam, (1) vel quia ex ipsa[e]) superbit vel contra ipsam, t hoc] quoad theologos; (2) vel quia sua propria et man-ıta hominum et doctrinas in tantum extollit, quod equiparat a] verbo divino, quod dicitur deus, et mandatis dei tremendi, m iam amplius vulgus clericorum timeat et tremat mandata ›minum, quam mandata Jhesu crucifixi et de [eis] multo[f]) ›tabilius facit sibi conscienciam et pavorem; (3) vel quod nent deum magis mandato hominum, quam timeant deum andato dei, et licet in vulgo et in[g]) inperfectis sit istud to-rabile, tamen in sacerdotibus, et qui iam deberent esse per-:ti, est abhominabile et argumentum solum sensus carnalis puerorum adhuc, qui necesse habent, quod a matribus 271[b]] panniculis in sinu ipsarum involvantur, in federe[h]) ›ntractentur, qui per se non valent in ullo se regere vel sibi oficere, et ut triticum adhuc in segete et valde inmaturum, ıod necesse habet, ut a matre communi, natura scilicet, pal-is[i]) circumdetur et diligenter involvatur et servetur sic in

---

10) Nota *A alia manu.*

[a]) propter *corr.* per *A.* [b]) *ras. praecedit in A.* [c]) *om. ed. (sic).* [d]) illis *ed.* [e]) ipsis *A, D 1 et ed.* [f]) de multo *A et ed.* [g]) *om. ed.* [h]) federe *A et ed.* [i]) patris *ed.*

[1]) *Cf. Psalm. LXXXVIII. 23.* [2]) *Cf. II. Thess. II. 4.*

paleis, donec sit maturatum ad plenum, et tunc palee s grano tritici maturato omnino superflue et inutiles. Sicut ig turpe videretur, si hominem iam virum mater vellet adhuc p niculis involvere et contrectans in suo gremio inperiose c stringere virum, qui habet eciam suos pueros et habet solum potestatem sui ipsius, sed eciam aliorum, sic turp abhominacio est sacerdotibus timere et constringi[a]) in conscie hominum magis quam mandatis Christi Jhesu crucifixi, vel huc timere deum mandato hominum[b]).

[1] Exaltari igitur supra omne, quod dicitur deus[1]), suas doctrinas et mandata equiparare vel magis precipere autenticare, quam scripturas divinas, et hoc quoad iurist vel illa in sua potestate habere et dispensacione et ex ipsis ipsi placere[d]). Et extolli supra omne, quod collitur[e]) deus, presidere super omnem speciem sanctitatis et religionis et tutis vel fidei, spei et caritatis et habere talium dispens potestatem et regendi et ex illis sibi ipsi conplacere et super quod necesse est cuilibet contingere spiritum Jhesu non hab — [2] Vel extolli filium iniquitatis supra omne, quod [dici deus, est habere omnis veritatis et doctrine[f]) catholice et christiane inperium et auctoritatem et de hoc superbire. super omne, quod col[l]itur [deus], habere auctoritatem et spensacionem omnium sacramentorum in dei ecclesia et ciarum, similiter et propter hoc in superbiam elevari. — [3] extolli super omne, quod dicitur deus aut quod col[l]itur, habere auctoritatem et inperium in ecclesia dei super p statem regalem, que dicitur potestas dei, — omnis nam potestas secundum apostolum a domino deo est[2]), — et s potestatem sacerdotalem, que col[l]itur et veneratur potestas vel ipsa est spiritus sanctus inmediate tenens ipsam in sacerd

Habere itaque[g]) super ista plenam potestatem et inper et per hoc dominari in clero et sibi conplacere et ex hoc perbire est filium iniquitatis extolli super omne, quod est d

---

10) Quid sit extolli super omne, quod dicitur deus aut quod colitur *D 1. ad calc. fol. infer.*

a) constringere *ed.* b) magis quam mandatis Christi *seq. in A, sed* c) *corr. A.* d) et extolli *seq. in A, sed del.;* conplacere *D 1.* e) tur *ed.* f) virtutis et d. *D 1;* et doctrine *om. ed. (sic).* g) *in m. A.*

1) *Cf. II. Thess. II. 4, l. c.* 2) *Cf. Rom. XIII. 1:* „Non est potestas nisi a deo.“

quod col[l]itur, et quilibet in suo gradu secundum maius et us: unde ille, qui in ecclesia maximum gradum ex illis su- oie attigit et maxime illis abusus ad suam superbiam et per spiritui sancto contumeliam fecit et iacturam ecclesie ca- ice sacrosancte, ille est maximus filius iniquitatis et ipse est ximus Antychristus verbo et facto.

Capitulum sexagesimum nonum[a]).

:o animo haec scribantur ab authore, nimirum ut tempus minationis et manifestationis Antichristi cognoscatur. Quo- lo etiam impugnandus sit et feriendus Antichristus, docetur][b]).

Nemini tamen, hec loquens, intendo dicere vel facere vitu- um aut iniuriam, sed Sathanam velatum per veri- em domini Jhesu revelare et pessimum per spiritum Jhesu destruere[1]) et denudare. „Qui est principium viarum et, qui fecit eum, ipse applicat gladium [eius]. Huic mon- herbas ferunt, omnes[c]) bestie agri ludunt ibi“[2]). Qui habet itum Jhesu, applicabit hec per singula spiritui huius mundi spiritui[d]) Antychristi, existenti in carnalibus sacerdotibus in maximo carnali sacerdote. „Sub[3]) umbra dormit in se- o calami[e]) [et] in locis humentibus[f]). Protegunt umbre um- m eius, circumda[bu]nt eum salices torrentis. [Ecce], absor- it flumen et non mirabitur, [et] habet fiduciam, quod Yor- is influat in os eius“, et cetera, que sequuntur.

Confiteor tamen hic et cuilibet audienti vel legenti, quod est mea „colluctacio hic adversus carnem et sanguinem, adversus principes et potestates, adversus mundi rectores ebrarum harum, contra spiritualia nequicie in celestibus“[4]). enim hic noto vel volo notari aliquas personas de mundo, in generali meus sermo orditur et decurrit, pro-) hoc vult spiritus Jhesu et semper voluit in generali mo-

11) Nota totum bene *A*. — Quid sit extolli super omne, quod dicitur s aut quod colitur *D 1 ad calc. fol. inf.*

a) Cap.m LXIX *A in m. duabus manibus.* b) *ita inscr. in ed.* mnes — huius mundi *om. ed.* d) spiritum *(sic) ed.* e) thalami *ed.* umantibus *ed.* g) prout *D 1 et ed.;* propter *A.*

1) *Cf. II. Thess. II. 8:* „Et tunc revelabitur ille iniquus, quem dominus sus interficiet spiritu oris sui.“ 2) *Cf. Job. XL. 14—15.* 3) *Cf. Job.* *16—18.* 4) *Cf. Ephes. VI. 12.*

rum descripcione[a]), ut persone vel nesciantur, sed iudicio vino et ipsius presciencie relinquantur, vel si persone eciam r lantur, peccatores eodem[b]) nequaquam prodantur in pub nisi forma consueta et iudiciaria seu ewangelica observata, forte ex singulari mandato et auctoritate divina, sicut vi est fieri in prophetis[1]). Currente vero generali influxu illu nacionum divinarum utendum est solum via communi.

Et quemadmodum tempora et distinccionem ipsorum signa manifeste expressa pro nostro iudicio a scripturis in fuso et communi nosse possumus et scire debemus, et ver ignoranciam ac inadvertenciam[c]) ipsorum videns, increp ipsos, dicens[2]): „Facto vespere dicitis: Serenum erit, rubi dum enim est celum. Et mane: Hodie tempestas, rutilat e triste celum. Faciem ergo celi diiudicare nostis, signa au temporum non potestis scire?", — tamen tempora ad ple et momenta singularia congnoscere non est datum homin et dominus[d]) prohibuit suos discipulos talia indagari[3]), simi est dicendum hic[e]) de qualitate morum et de iudiciis homin quia, licet sit datum a spiritu Jhesu multa de [f. 272[a]] tal congnoscere ex scripturis vel ex illuminacione singulari, ta singulares persone talibus criminibus obnoxie et speciali persona magni illius Antychristi usque modo non videtur expressa[g]) vel revelata ex scripturis, sed tantum famili ipsius proprietates et malicie et suorum membrorum n multorum, sibi omnino similium in malicie qualitate, u g e n e r a l i d y a b o l u s d e b e l l e t u r e t v i c i a e x p u g n e n quanto magis possunt, proprie et distincte ipsa tangend occulta dedecoris[4]) detegendo et, ut argutus sagittarius, qu propinquius tangendo et spiritum vulnerando superbum[5]) pergendoque ad aereas potestates. Sic tamen ista subtilite

---

a) more discipulorum *(sic) ed.* b) *alia manu textui insertum in A quens* prodantur *corr. A.* c) pro ignorancia ac inadvertencia *A.* cens *ed.* e) hoc *ed.* f) de *seq. in A.* g) expressum vel revelatum *A*

1) *Cf. ex. gr. Isaiae LVIII. 1:* „Clama, ne cesses, quasi tuba e vocem tuam et annuntia populo meo scelera eorum et domui Jacob pe eorum." *Ezech. XXXIII. 7:* „Et tu, fili hominis, speculatorem dedi te d Israel. Audiens ergo ex ore meo sermonem, annuntiabis eis ex me." 2) *Matth. XVI. 2—4.* 3) *Cf. Act. I. 7:* „Dixit autem eis: Non est ves nosse tempora vel momenta, quae pater posuit in sua potestate." 4) *II. Cor. IV. 2* (occulta dedecoris). 5) *Cf. Isaiae LI. 9:* „Numquid no percussisti superbum, vulnerasti draconem?"

;crete fieri studeantur, quod sic dyabolus vulneretur, ut, quanto ri potest, amplius homines vulnerari timeantur et cavetur, et quanto magis fieri poterit, maligni spiritus [1]) destrutur ex et in carne [a]) et sanguine [b]), [et] sic [c]), quanto magis ri poterit, parcatur carni et sanguini.

Sicque [d]) est sanctis predicatoribus et scriptoribus sum-)pere satagendum, ut filius perdicionis [2]) et spiritus Anty-iristi reveletur et occidatur per spiritum Jhesu hristi, sic tamen, ut, quanto magis est possibile, caro [e]) et nguis salventur christianorum redemptorum a domino Jhesu ıristo. Non enim frustra neque sine maxima racione ab apo-)lo dictum existit [3]): „Quem dominus, inquit, Jhesus occidet iritu oris sui." Non enim caro occiditur a spiritu et singu-iter a spiritu oris Jhesu Christi, qui est os nostrum et caro ›stra. Et [f]) scriptum est [4]): „Nemo umquam carnem suam odio buit." Et alibi [5]): „Filius quidem hominis non venit perdere imas, sed salvare." Atque iterum [6]): „Sic [enim] deus dilexit undum, ut filium suum unigenitum daret in hunc mundum ›n, ut iudicet mundum, sed ut mundus salvetur per ipsum."

Sed spiritu oris Christi occiditur spiritus malignus in ho-ine, contrarius spiritui Jhesu Christi, qui faciebat hominem se antichristum, id est contrarium Jhesu Christo, et ita facie-ıt hominem Antychristum, occiso contrario spiritu, [e] contrario [g]) se bonum christum. Ita spiritus [h]) oris Christi Jhesu de an-christis [i]) cottidie facit christos, occidendo spiritum in ipsis ntychristi, „non contra carnem et sanguinem colluctando, sed ›ntra aereas potestates et rectores mundi tenebrarum harum, lversus spiritualia nequicie in celestibus" [7]). Sic itaque colli-ɪndum est nunc [k]) sysania, ut parcatur prudenter tritico [8]), sic ›lligenda sunt iam de ecclesia dei scandala per angelos Jhesu hristi [9]), quod nequaquam vel, in quantum est possibile, hii, ıi sunt de ecclesia, ledantur vel parvuli offendantur. Qua-opter Christus voluit in figuris latenter et in communi

---

a) scilicet *add. ed.* b) in s. *ed.* c) et sic *D 1;* sic *A et ed.* *ras. A.* e) ut caro *A D 1 et ed.* f) ut *ed.* g) facit *D 1.* h) ut *. D 1;* spiritu *ed.* i) Antichristianis *ed.* k) *om. ed.*

1) *Cf. Luc. VIII. 2* (spiritus maligni). 2) *Cf. II. Thess. II. 3* (filius rditionis). 3) *II. Thess. II. 8.* 4) *Ephes. V. 29.* 5) *Lucae IX. 56.* *Joan. III. 16—17 (libere allatum).* 7) *Cf. Ephes. VI. 12.* 8) *Cf. Matth. 'II. 29—30.* 9) *Cf. Matth. XIII. 41.*

homines pessimos et ultimos in iniquitate et superbia futu demonstrare in hiis temporibus infaustis Antychristi et ita ipsos pacienter et successive deperire et ex[s]tirpare, ut, qua magis ex[s]tat possibile, parcatur infirmitati carnis et sangui et multa sapiencia multaque paciencia atque multa dileccio terna multaque beneficia caritatis habeant locum sui exer satis ydoneum et amplum et occasionem ampliorem mis cordie dei ostendende[a]). Quapropter quemadmodum spiri Jhesu voluit Antychristos et pessimos peccatores per figu occulte, paliate[b]) et solum in communi describere per prop tas, ita nunc predicator debet loqui de Antychris et ipsius corpore et in communi nequicias inc pare[c]), quanto propinquius et magis proprie Sathane decep nes detegendo et ipsius laqueos illustrando, sic tamen om limitando, quod singulares persone, quantum est possibile, monstrentur et parvuli in Christo[1]) non ledantur. Solus e dominus Jhesus scit et potest iuste et utiliter quoslibet yp critas personaliter corripere et loqui sicut deus ipsorum tenter, horrende, palam et in occulto, presertim dominos tentes huius seculi, prelatos atque rectores multorum alio notando[d]) secundum scripturam, que dicit[2]): „Disperge super [in furore tuo] et respiciens omnem arrogantem humilia. spice cunctos superbos [et] confunde eos et contere inpios loco suo. Absconde eos in pulvere simul, et facies eorum merge in foveam. Et ego confitebor, quod salvare te po dextera tua. Ecce, Behemoth, quem feci tecum“, et cetera, q dicat: Nullus alius hec debet vel potest facere, nisi ego, dextera mea propria possum occidere et sanare, occidere facere vivere, deducere ad inferos et reducere[3]).

---

11) Nota, predicator *D 1.*

[a]) *corr. A.* [b]) palliare *ed.* [c]) *post corr. A.* [d]) in occ *A et ed.*

[1]) *Cf. I. Cor. III. 1* (parvuli in Christo). [2]) *Job. XL. 6—10.* [3]) *Deuter. XXXII. 39:* „Videte, quod ego sim solus et non sit alius deus p ter me: ego occidam et ego vivere faciam; percutiam et ego sanabo, et est, qui de manu mea possit eruere.“ *Cf. Tobiae XIII. 2* (deducis ad inf et reducis).

Capitulum septuagesimum[a]).

:riptura de aliis apertius, de aliis vero obscurius loquitur. ›erte apostoli Petrus et Paulus perversitatem extremorum temporum praedixerunt][b]).

Est hic diligenter advertendum, quod dominus Jhesus scri- ıras specialiter de novissimis temporibus, quoad aliquos sta- ; hominum[c]) et maxime de Antychristo occultas[d]) et figuris ·ribilibus consignatas fieri voluit. Scripturas autem con- rnentes universitatem ecclesie vel communiter ngulos et qualitatem maliciarum communium ıde[e]) et aperte descripsit per epistolas Pauli et aliorum ostolorum [f. 272[b]]. Ubi manifeste declaratur et multum di- ncte, quales futuri erunt homines in temporibus novissimis eorum habitudinibus et affeccionibus et operacionibus, qua- ıus ea homines, que sunt manifeste mala et prohibita et no- rie denunciata esse multiplicanda et fienda in temporibus fu- ris, eo magis cum summa diligencia ipsa[f]) evitarent in se ipsis, b regimine ecclesie, quasi in sinu matris, in pace quiescentes, ea, que deus abscondita et signata[g]) [fecit] in thesauris is[1]) clausaque figuris scripturarum, [vellent] solum venerari et pectare in timore domini ac predicare ipsorum tempore aper- ›nem[2]), cum necessitas ingruerit ecclesie sacrosancte, sciendo[h]) miter, quod suo tempore inplebuntur[3]), et ita, ut quilibet ristianus, sine sollicitudine in medio constitutus, que sibi sunt ilia ad salutem, habens in promptu, a labore in illis, que sibi nt clausa, non desudet, et in simplicitate ambulans[4]), curiosi- tem non curet.

Exempli gracia mores communes, affecciones et qualitates ıimorum[i]) hominum et indifferenter omnium eorum, qui in ›vissimis temporibus multiplicabuntur super numerum, lucide

---

[a]) Cap.[m] LXX *A in m. duabus manibus.* [b]) *ita inscr. in ed.* [c]) oc- ltatas *add. ed.* [d]) *om. ed.* [e]) unde *corr.* nude *A alia manu sub linea.* [f]) ipsam *ed.* [g]) figuratā *ed.* [h]) scienter *ed.* [i]) aliorum *(sic) ed.*

[1]) *Cf. Deuter. XXXII. 34:* „Nonne haec condita sunt apud me et signata thesauris meis?" [2]) *Cf. Isaiae LXI. 1* (et praedicarem captivis indul- ntiam et clausis apertionem). [3]) *Cf. Lucae I 20* (quae implebuntur in mpore suo). [4]) in simplicitate ambulare, *cf. Proverb. XX. 7* (justus, qui nbulat in simplicitate).

et publice describit apostolus [Paulus] I.ª [ad] Thymotheum III dicens[1]): „Spiritus enim manifeste dicit, quia[a]) in novissimis ter poribus descedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris doctrinis demoniorum. Et in yppocrisi loquencium mendaciu et[b]) cautheriatam habencium suam[c]) conscienciam, prohibenciu nubere et abstinere a cibis, quos deus creavit ad percipiendu cum graciarum accione fidelibus et hiis, qui congnoverunt ve tatem. Quia omnis creatura dei bona et nichil abiciendum quod cum graciarum accione percipitur.“

Et infra ibidem IIª [e]) III° adhuc manifestius explanat qu litatem temporis presentis et hominum communiter, qui co ponunt bestiam vel corpus Antychristi. Unde dicit[2]): „Hoc au tem scitote[f]), quod in novissimis diebus instabunt tempora pe culosa. Erunt homines se ipsos amantes, cupidi, elati, superb blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelestes[g]); si affeccione, sine pace, criminatores, incontinentes, inmites, si benignitate, proditores, protervi, tumidi[h]) [et] voluptatum ama tores magis quam dei; habentes speciem quidem pietatis, vi tutem autem eius abnegantes. Et hos devita. Ex hiis eni sunt, qui penetrant domos et captivas ducunt mulierculas ho neratas peccatis, que ducuntur variis desideriis, semper discente et numquam ad scienciam veritatis pervenientes. Quemadmo dum autem Jamnes[i]) et Mambres restiterunt[k]) Moysi[l]), ita hii resistunt veritati[m]), homines corrupti mente, reprobi circ fidem. Sed ultra non proficient. Insipiencia enim ipsorum man festa erit omnibus, sicut et illorum fuit.“

Et amplius in eo laborans, puta denudare figuram mode norum, sollicitat Thymotheum inferius, dicens[3]): „Argue, in crepa, obsecra cum[n]) omni paciencia et doctrina. Erit enim tem pus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua des deria coacervabunt sibi magistros, prurientes auribus, et veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem co vertent“[o]).

---

a) quod *ed.* b) *om. ed.* c) *om. ed.* d) reiciendum *biblia.* e) Timo. *add. ed.* f) scito *biblia.* g) scelesti *ed. et biblia.* h) tumi *ed. et biblia;* timidi *A.* i) Jannes *ed. et biblia;* Iambres *seq. in ed.* k) *A in m. alia manu.* l) Mosi *ed.* m) vanitati *biblia.* n) et eum *(s* *A corr.* o) convertentur *ed.*

1) *I. Tim. IV. 1—4.* 2) *II. Tim. III. 1—9.* 3) *II. Tim. IV. 2—4.*

Similiter et ad idem Petrus lucide prophetavit et sine uris de hominibus instantis seculi ita, quod omnis, qui ad ıgula respicit, quo modo[a]) se nunc habet populus carnalis ristianus, facile videt iam omnia verba illa esse Petri adin- ɜta. Unde dicit Petrus sua secunda canonica, capitulo 2°[b])[1]): uerunt vero et pseudoprophete in populo, sicut et in vobis ınt magistri mendaces, qui introducent sectas perdicionis et m, qui emit eos, dominum, negant[c]), superducentes[d]) sibi lerem perdicionem. Et multi secuntur eorum luxurias, per ıos via veritatis blasphemabitur. Et in avaricia fictis verbis vobis negabuntur, quibus iudicium iam olym non cessat et rdicio eorum non dormitat.“ Et modicum post sequitur[2]): Iii vero[e]) velud irracionabilia pecora naturaliter[f]) in capcio- ɜm et in perniciem in hiis, que ignorant, blasphemantes, in rrupcione sua peribunt, percipientes mercedem [in]iusticie, vo- ptatem existimantes diei delicias, coinquinaciones et macule, liciis affluentes in conviviis suis, luxuriantes vobiscum, ocu- s habentes plenos adulterio et incessabili delicto, pellicientes ıimas instabiles, cor exercitatum avaricia habentes, maledic- onis filii. Derelinquentes rectam viam, erraverunt, secuti viam ılaam ex Bosor, qui mercedem iniquitatis amavit. Correpcionem ɜro habuit sue vesanie, subiugale mutum animal, hominis ɔce[g]) loquens, prohibuit prophete[h]) insipienciam. Hii sunt ntes sine aqua et nebule turbinibus exagitate, quibus caligo nebrarum reservatur. Superbia enim vanitates loquentes pelli- unt in desideriis carnis luxurie eos, qui paululum [f. 273[a]] fugiunt, qui in errore[i]) conversantur. Libertatem illis pro- ittentes, cum ipsi[k]) servi sint corrumpcionis. A quo enim quis ıperatus est, servus [et] huius est. Si enim refugientes coin- ıinaciones huius mundi in cognicione domini nostri et sal- ıtoris Jhesu Christi, hiis rursum[l]) inplicati superantur, facta ınt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis ɔn congnoscere viam iusticie, quam post agnicionem retror- ım converti ab eo, quod illis traditum est sancto mandato.

---

a) *post corr. A* (quando?). b) 2. Cano. 2 *ed.* c) negantes *ed.* superinducentes *ed.* e) Hii vero *om. ed.* f) *om. ed.* g) *sup. lin. alia anu add. A.* h) prophecie *corr.* prophete *A;* prophetae *ed.* i) qui oerore *ed.* k) illi *A et ed.* l) rursus *ed.*

1) *Cf. II. Petri II. 1—3.* 2) *II. Petri II. 12—22.*

Contingit[a]) enim illis illud veri proverbii: „Canis reversus vomitum suum et sus lota in volutabro luti.“

Et inmediate loquens ad idem 3°, dicit[1]): „Hanc, ecce vobis, karissimi, secundam scribo epistolam, in qua excito stram in conmonicione[c]) sinceram mentem, ut memores s eorum, que predixi, verborum sanctorum prophetarum et a stolorum vestrorum, preceptorum domini et salvatoris. I primum scientes, quod venient in novissimis diebus in dec cionem illusores iuxta proprias concupiscencias ambulantes dicentes: Ubi est promissio aut adventus eius? Ex quo er patres nostri dormierunt, omnia sic perseverant ab ini creature.“

Capitulum septuagesimum primum[d]).

[Praedictiones de Antichristo quibusdam quasi involucris volutae sunt. Reliqua, quae ad vitam et mores populi pertin sine figuris sunt prodita][e]).

Ista igitur, que dicta sunt, quia commune[f]) vulgus ar nent et concernunt, ita sunt posita manifeste, sed ea, que Antychristo et ipsius membris et toto corpore ipsius nobis s intimata per apostolos et prophetas, sunt velata sub figur vel circumlocucione, ut est illud[h]) Job. capitulo XL° XLI° de Leviathan et Behemoth[2]) et illud Danyel. XI et XII Item, quod ponitur Mathei XXIIII°[4]) et in multis locis l Apocalipsis[5]) et multa similia, sunt ita celata communitati c stiane, ut vix solum „docti“[6]) de talibus aliquid estimativ et in communi intellexerunt.

Prima autem racio huius potest dici et assign scilicet quod deus ipsa voluit exprimere in scripturis, ut hoc sciatur[l]), quod non sine ipso veniunt, quecumque veni

---

[a]) Contigit *ed.* [b]) *om. ed.* [c]) *post corr. A.* [d]) Cap.m LXXI *m. duabus manibus.* [e]) *ita inscr. in ed.* [f]) *om. ed.* [g]) vel circumlo tione *seq. in ed., sed in A* valde locutione *(sic).* [h]) Et est idem *ed.* — Danyel . . . XII° *om. ed.* [k]) aestimarint — intellexerint *ed.* [l]) sciantu

[1]) *II. Petri III. 1—4.* [2]) *Cf. Job. XL. 10—28 et XLI. 1 sq.* [3]) *Daniel. XI. et XII. passim.* [4]) *Cf. Matth. XXIV. 4 sq.* [5]) *Cf. ex. Apoc. IX* (de locustis), *XIII* (de bestia), *XVII* (de meretrice). [6]) doc domino, *cf. Isaiae LIV. 13.*

nagna vel parva[a]) in hoc mundo, sed quod omnia aput ipum sunt prescita[b]) et preordinata per ipsius providenciam ivinam et infinitam, et ut perinde ipse solus deus et dominus hesus esse concludatur, qui solus „vocat ea, que non sunt, uasi ea, que sunt“ [1]).

Hoc namque argumentum fuit semper fortissimum prohetarum de certa presciencia futurorum ad probandum ipsum sse solum verum deum et omnes alios deos omnino nichil. Ioc eciam semper fuit certa probacio verorum et sanctorum rophetarum a falsis et mendacibus pseudolis, scilicet certa prohecia de futuris[c]) et certus eventus et execucio eorundem, et naxime talium, qui[d]) nondum possunt haberi vel elici a denonibus vel ab hominibus ex causis naturalibus aut coniecturis ausarum verisimilium vel propinquarum estimari, quia per alia et maligni[e]) spiritus [2]) ludificare homines plurimum conueverunt. Similia autem argumenta eciam nunc possent esse itilia super se vigilanti ad discernendum modernorum prohecias vel sompnia vel visiones[f]) et raptus quosibet, per que adhuc hodie homines visitantur, puta certus ventus ipsorum vel incertus, conclusio in salutem hominum t veritatem vel in dampnum aut in falsum.

Voluit itaque dominus Jhesus omnia fere, que erant futura, b causam predictam longe ante populis intimari[g]), ut, um venerint, reminiscantur, quia dictum est ipsis, et credant ere deitati. Et propterea scriptum est Ysaie XLIIII° [3]): „Ego rimus et ego novissimus et absque me non est deus. Quis imilis mei? vocet et anuncciet et ordinem exponat michi, ex uo constitui populum antiquum, ventura et que futura sunt, nunccie[n]t eis. Nolite timere neque conturbemini. Ex tunc udire te feci et anuncciavi, vos estis testes mei.“ Numquid illa ero, que fuerunt sciri necessaria ad salutem? Et que voluit ommunitatem vulgi non latere, non sunt concernencia crudelitatem et mor[t]alia, ut nuper ante dictum est, in publico? Et nde ea prophetavit et divulgavit, ut per hoc argueretur „fideis deus in verbis suis et sanctus in omnibus operibus suis“ [4])?

---

a) praesentia *(sic) ed.* b) sint *ed.* c) *ras. A.* d) qui *corr.* que *A.* e) magni *corr.* maligni *A.* f) lusiones *ed.* g) intimare *ed.*

1) *Cf. Rom. IV. 17.* 2) *Cf. Lucae VIII. 2.* 3) *Isaiae XLIV. 6—8.* 4) *Cf. Psalm. CXLIV. 13.*

[„Numquid] est deus absque me et formator[a]), quem ego nc noverim" [1])? Et infra capitulo[b]) sequenti[2]): „Anuncciate et veni et consiliamini simul. Quis auditum fecit hoc ab inicio, extui predixit illud? Numquid non ego dominus et non est ultra de absque me?"

Illa autem, que non semper fuerunt necessaria vel util sciri a vulgo plebeio, quia ipsum non semper concernebai voluit ipsa longe ante prophetari, ut dictum est, ut sc retur, quod iam[c]) ipsa congnoscit quasi deus verus, sed volu occulte multum ea insinuari in figuris cooperta, ut sic ea qua preciosi thezauri in suis vasis bene sibi coaptatis venerarentur servarentur ad tempora illa, in quibus erit necessarium ipsa aperiri et utile scire et predicare hominibus ad salutem. Propter de bonis scriptum est Mathei XIII° [3]): „Ideo omnis scriba doct in regno celorum similis est patri familias, qui de thezauro su profert nova et vetera." Et dominus loquens de istis novissim temporibus Antychristi et de pace yppocritarum modernoru in qua habundat amaritudo amarissima[4]) in omnibus servic et obsequiis, que[e]) nunc faciunt yppocrite sacerdotes domi Jhesu Christo, habentes in sua manu[f]) [f. 273[b]] poculum aureu sed repletum abhominacionibus et inmundicia fornicacionum longe ante in cantico Moysi ita dicit[6]): „De vinea Sodomoru uva[g]) eorum et de suburbanis Gomorre uva eorum, uva fel et botrus amarissimus. Fel draconum vinum eorum et[h]) ven num aspidum insanabile." Et sequitur multum ad propositum ‚Nonne hec abscondita sunt aput me et signata in thezau meis"? Ecce, quam proprie deus describi voluit hoc temp presens, sed abscondite et quasi signate „in thezauris suis", tantum ipsa cuilibet tempori presenti apperiens ac distribue quantum eidem fuit utile et salubre.

Et ita, si bene perpendas scripturas de Christo Jhesu ipsis christis[i]) veris vel discipulis, utpote de misterio incarn cionis Jhesu, predicacionis, passionis, resureccionis, ascensionis

---

[a]) *ita biblia;* forcior (me) *A et ed.* [b]) capite *ed.* [c]) tum *ed.* [d]) illa *ed.* [e]) *ras. A.* [f]) *in m. add. A alia manu.* [g]) vinea *corr.* uva [h]) *om. ed.* [i]) christianis *ed.* [k]) et a. *ed.*

[1]) *Isaiae XLIV. 8.* [2]) *Isaiae XLV. 21.* [3]) *Matth. XIII. 52.* [4]) *Isaiae XXXVIII. 17.* [5]) *Cf. Apoc. XVII. 4.* [6]) *Deuter. XXXII. 32—33.* [7]) *Deuter. XXXII. 34.*

›iritus sancti missionis, invenies nec esse omnino occultata : tacita[a]), ut venire expectentur et desiderentur adventura, ͻc omnino nuda et aperta, ut venerentur misteria dei ıcomprehensibilia et magna arbitrentur. Revelata tamen ıerunt per spiritum sanctum in sanctis et prophetis, in quobet, quantum necesse fuit ea scire, et tunc temporis maxime ıerunt revelata, quando dominus Jhesus suum conplevit toım opus et misterium signatum a lege et prophetis, et hoc ıit, quando iam surrexit a mortuis et apperuit sensum disciulis, ut intelligerent[b]) scripturas [1]). Et ideo dicit Johannes [2]): Hec autem discipuli non intellexerunt primum et[c]) postquam scendit ad celos et misit spiritum sanctum suis discipulis.“ Et einceps ulterius per totum, per apostolos, per doctores et mnes alios sequentes usque modo „thezauri sapiencie et ciencie“ [3]) dei aperiuntur et communicantur dignis se, qui[d]) mnes sunt et erant absconditi in Christo Jhesu. Qui omnino ınt innumerabiles et inexhausibiles[e]) ab omnibus hominibus t angelis in secula seculorum. Unde scriptum est [4]): „Multa t alia fecit Jhesus, que non sunt scripta in libro hoc, que si cribantur per[f]) singula, non [arbitror] posse totum mundum[g]) apere [eos], qui scribendi sunt, libros.“

Licet itaque fuit nimis utilis adventus Christi Jhesu d desiderandum et expectandum et tantum revelatus, quantum d desiderii[h]) et fidei confortacionem et excitacionem erat utile, ımen spiritus sanctus voluit multa ex parte ipsum esse cooertum et velatum figuris in scriptura propter hoc, ut des electorum [5]) esset sic exercitata[i]) et preciosa super aurum, ui non viderunt et crediderunt, et propter impios et demones, t secreta dei ab indignis essent occultata, semper et ubique eo fideli iuste et misericorditer providente: iuste quidem miterium Jhesu ex parte occultavit ab impiis, quia [sunt] mali et inigni et omnia in malum suum convertentes [6]), misericorditer utem, quia si nude prorsus congnovissent omnia de Jhesu im-

---

[a]) nec omnino *seq. superflue in A.* [b]) *ras. seq. in A.* [c]) *om. ed.* [d]) dignis ›qui *ed.* [e]) - ex - *sup. lin. A.* [f]) *om. ed.* [g]) non posset totus mundus *ed.*) desiderantiam *ed.* [i]) exercita *corr.* exercitata *A in m. et sup. lin.*; exercita *ed.*

[1]) *Cf. Lucae XXIV. 45.* [2]) *nec in Johan. nec in biblia invenitur.* *Cf. Coloss. II. 3.* [4]) *Joan. XXI. 25, cf. ibid. XX. 30.* [5]) *Cf. Tit. I. 1* ides electorum dei). [6]) *Cf. Eccli. XXXIX. 32:* „Haec omnia sanctis in ona, sic impiis et peccatoribus in mala convertentur.“

pii, quantum possibile erat eisdem congnoscere in statu huius vi et sicut umquam[a]) apostoli congnoverunt, in nullo tamen ex e in meliori[b]) profecissent, sed magis obnoxii et maioris[c]) perpetu gehenne se ipsos effecissent, id ipsorum nimia inpietate ex gente, qua semper proficiebant in peius ex omnibus boni que ipsis et ipsi apostoli ostendebant. Voluit igitur miser cordia Jhesu ipsos inpios presentes magna ex parte suoru misteriorum esse ignaros, quatenus aliqua ex parte ignorant in ipsum[d]) offensi essent, a tanto, licet non a toto, peccato e cusati et propter[e]) hoc vel magis capaces essent postea a penitenciam eo, quod tantum scelus ignoranter effeceru prout dicebat Petrus ad eos[1]): „Et nunc, fratres, scimus, qu ignorantes fecistis, sicut et principes vestri. Penitenciam igit agite", et cetera. Et dominus stans in cruce orabat pro ips dicens[2]): „Pater, dimitte illis, quia nesciunt, quid faciunt", a si penitere ipsis datum non esset, eo minus perpetue paterent in inferno.

Capitulum septuagesimum secundum[f]).

[Qualis debeat esse vita piorum, qui Antichristi laqueos effuge conantur][g]).

Nunc conformiter dicendum est de adventu Ant christi, puta quod dominus Jhesus et spiritus ex par ipsum sciri voluit, prout superius dictum est[3]), et in ta tum, quantum quibusque seculis divina providencia revela et coaptavit hominibus bonis et malis, semper quantum p remedio salutis ipsorum fieri oportebat, videlicet ad vigilandu contra omnes[h]) decepciones spirituum malignorum[4]) et ad c vendum malicias, que sub speciebus bonorum homines sed cunt, se diligenter custodire negligentes. Et omnis talis decep

---

21) Nota bene totum *A.*

a) sicut *tantum ed.* b) in *sup. lin. A posterius add.;* meliores *ed.* c) ma rum *ed.* d) ipsis *ed.* e) propter — penitentiam *om. ed.* f) Ca LXXII *A in m. duabus manibus.* g) *ita in ed. inscr.* h) omnia *false*

1) *Cf. Act. III. 17 et 19.* 2) *Lucae XXIII. 34.* 3) *Cf. supra p. 3* 4) *Cf. Lucae VIII. 2* (spiritus maligni).

ıctorum sub similitudine boni[a]) est misterium Antychristi ab ostolo diffinitum[b])[1]).

Et ideo[c]), sicut omnis virtus et sapiencia a deo et omne num, a deo hominibus communicatum ad salutem, humilima manitate in Christo est opertum[d]), et[iam] quicumque voerit bonis thezauris ex deo perfrui, habet necesse ea in militate [f. 274[a]], scilicet humanitatis Christi, et ignominia ıcis, et omni ipsius abieccione et contemptu usque ad novisnum virorum requirere et in talibus conversari et amplexari ia, que sunt abhominacio amatoribus huius mundi et horscencia in iudicio tocius carnis et sanguinis, et studere deo ia offerre et in illis talibus sibi conplacere; et omnia, que l[l]it hic mundus et veneratur, summe diligit, utpote splendon, molliciem et delicias carnis et divicias et omnem gloriam ius et honorem contempnere, conculcare et pro nichili[e]) dure propter dominum deum suum in Christo Jhesu crucifixo, nsputo et ignominioso, pro se a peccatoribus conculcato. Hoc t enim Christus et hec condicio et necessitas cuiuset christiani, qui pie voluerit vivere in Christo et ea, que ıristi sunt, in sorte omnium sanctorum adipisci[2]). Et istud[f]) : proprie et in veritate figuratum Exodi VIII. Volebat pharao, ura Antychristi adequata, quod scilicet filii Israel in sua terra, licet in Egypto deo vero ymolarent et servirent, tunc eidem oyses, et maxime ad propositum, respondit, dicens[3]): „Non test hoc ita fieri: abhominaciones enim Egypti[g]) ymolabimur o nostro. Quodsi mactabimus[h]) ea, que col[l]unt Egypcii ram eis, lapidibus obruent[i]) nos. Viam trium dierum ibimus solitudinem et sanctificabimus[k]) domino deo nostro, sicut ecepit nobis."

Ecce, hic descripcio quam propria christiani et sius servitutis deo suo in hoc mundo, qui dixit[4]):

---

[a]) bonum *corr.* boni *A.* [b]) definitum *ed.* [c]) imo et *ed.* [d]) operta *et ed.* [e]) nihilo *ed.* [f]) illud *corr.* istud *A.* [g]) *om. ed.;* Aegyptiorum *lia.* [h]) mactaverimus *biblia.* [i]) obruet *ed.* [k]) sacrificabimus *ed.*

[1]) *Cf. II. Joan. 7:* „Quoniam multi seductores exierunt in mundum, i non confitentur Jhesum Christum venisse in carnem: hic est seductor et tichristus." [2]) *Cf. Coloss. I. 12* (qui dignos nos facit in partem sortis ıctorum in lumine). [3]) *Exodi VIII. 26—27.* [4]) *Joan. XV. 19* (quia vero mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo) *et Joan. XV. 16* (et posui s, ut eatis et fructum afferatis).

„Jam vos de hoc mundo non estis, sed ego tuli vos de mund et posui vos, ut eatis et fructum afferatis.“ Et apostolus [a Hebraeos XIII. capitulo[a]) [1]): „Exeamus ergo [ad eum], extra i properium Jhesu portantes.“ Quis enim christianorum hab dubitare, quod suam animam col[l]it et multum diligit quilib amator huius mundi, et eandem necesse habet crucifiger Ideo dictum est[2]): „Si quis wlt venire post me, abneget ipsum[b]) et tollat crucem suam et sequatur me.“ Et Paulus „Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum viciis et co cupiscenciis.“

Item nemini dubium, quod hic mundus beatificat hom nibus divitibus et tremit coram hominibus gloriosis et am honores et gaudia huius [mundi]. Que omnia christianu oportet abhominari et solis pauperibus et mitibus atq lugentibus applaudere et ipsos beatificare: itaque paupertate passiones iniuriarum, innocenter luctum continuare, pro mal propriis et aliorum contemptum, derisum pro Jhesu deriso[c]) contempto, abstinenciam incessanter, castimoniam arduam, nec inspiciat mulierem ad concupiscendum eam[4]), mititate tantam, ut nec irascatur fratri iniurianti[5]), benivolenciam tanta ut oret pro persequentibus se, benefaciat illis, qui sibi ma faciunt[6]), et suos inimicos in veritate diligat[7]), et multa simili Quis dubitat hec omnia esse abhominacionem huic mundo, est amatoribus huius mundi, que christianum quemlibet, si vu esse particeps thezaurorum, qui sunt in Christo Jhesu, neces est deo inmolare[8]) et, illis vivendo, ista talia diligendo et e col[l]endo, deo suo vero deservire[9]), quod quidem facere pote nequaquam, quamdiu quis mente adhuc conversatur in h mundo et inheret corde huic vite pacifice et delicate super te ram? Quoniam christianus omnis, qui natus est ex spiritu[1 secundum interiorem novum hominem[11]) et[d]) translatus est

---

[a]) XIII. c. *posterius add. A, om. ed.* [b]) semetipsum *ed.* [c]) deris *corr.* deriso *A.* [d]) *om. ed.*

[1]) *Hebr. XIII. 13.* [2]) *Matth. XVI. 24.* [3]) *Galat. V. 24.* [4]) *Matth. V. 28.* [5]) *Cf. Matth. V. 22.* [6]) *Cf. Rom. XIII. 14* (benedicite p sequentibus). [7]) *Cf. Matth. V. 44.* [8]) *phrasis* immolare deo (domin *saepe in biblia occurrit.* [9]) *Cf. Act. XXIV. 14* (sic deservio patri et deo me [10]) *Cf. Joan. III. 8* (omnis, qui natus est ex spiritu). [11]) *Cf. Rom. V 22:* „Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem.“

ıorte mundi et carnis ad novitatem vite divine et celestis[1]), ıe est adhuc abscondita in deo[2]), in fide domini Jhesu Christi, [a]) idcirco conversacio christiani in celis est secundum apoolum[3]). Quamobrem nichil habet commune cum hoc ıundo christianus, qui[b]) iam est in spiritu Christi potenti ılde super carnem, qui et adiuvat infirmitatem carnis[4]) et agit əl continet christianum potenter in vite prefate novitate, et circo secundum apostolum [ad] Romanos[c]) [5]): „Fratres, iam vos ı carne non estis“[d]). Non enim vita christiani hec est ab hoıine vel ex homine, sed a deo vero et spiritu eius in Christo ıesu, domino nostro, qui potens est facere omnia in omnibus : operatur in nobis velle et perficere pro bona voluntate“, ıxta apostolum, qui dixit[6]): „In timore et tremore operamini ılutem vestram, quoniam deus est, qui operatur in vobis[e]) elle et perficere pro bona voluntate.“

Capitulum septuagesimum tercium[f]).

Abominacio desolacionis in ecclesia et ea, quae aversatur et bominatur mundus in vita Christi et christianorum, longissime dissident. Ex Paulo, item ex Joanne descriptio Antichristi][g]).

Ex istis, qui velit, poterit colligere abhominacionem uius seculi et abhominacionem sancte ecclesie sse[h]) abhominaciones per omnia contrarie constiıtas et ex hoc elicere limpide poterit [et] valebit[i]) manistam differenciam inter abhominacionem desolacionis, que est m in templo dei collocata et firmata[7]), et inter ea, que abominabilia et contemptibilia sunt huic mundo et[k]) idcirco de-

20) Nota totum *A.*

[a]) *om. ed.* [b]) *in m. A.* [c]) *lacuna seq. in A;* Rom. 9. *ed.* [d]) etc. *ld. ed.* [e]) nobis *ed.* [f]) Cap.[m] LXXIII. *A in m. alia manu.* [g]) *ita inscr. ed.* [h]) *om. ed.* [i]) limpide valebit *tantum ed.* [k]) *om. ed.*

[1]) *Cf. I. Joan. III. 14* (translati sumus de morte ad vitam) *et Rom. I. 4* (ita et nos in novitate vitae ambulemus). [2]) *Cf. Coloss. III. 3* (vita estra est abscondita cum Christo in deo). [3]) *Cf. Philipp. III. 20.* *Cf. Rom. VIII. 26* (spiritus adiuvat infirmitatem nostram). *Cf. etiam Act. 17* (spiritus super omnem carnem). [5]) *Rom. VIII. 9:* „Vos autem in rne non estis, sed in spiritu.“ [6]) *Philipp. II. 12—13.* [7]) *Cf. Daniel. (. 27.*

specta a carnalibus christianis et eiecta[a]) de templo vel coopert et inter meretricem fornicariam super bestiam capitosam et co nutam sedentem, comptam et purpura et coccino amictam ornatam ad fornicandum et de ipsius poculo aureo, quod hab in sua potestate et auctoritate [f. 274b], plenum abhominacion bus et inmundiciis fornicacionum[1]), atque inter sponsam ag Jhesu Christi[2]) nigram, sed formosam[3]) et cuius gloria omn est ab intus[4]), que soli suo dilecto innixa ut virgulla fumi e aromatibus ascendit, deliciis affluendo[5]); et differenciam int Christum Jhesum crucifixum, consputum et in patibulo cruc suspensum, et Antychristum, qui extollitur super omne, quo dicitur[b]) deus aut quod collitur[6]), et qui approbat et amat omn sublime et gloriosum[7]), de quo sermo.

Notum namque est ex racione et experiencia et ex scr pturis, quod hic mundus, id est homines amatores huius vi in mundo, et Jhesus crucifixus, virtus dei et sapiencia dei[8]), iu diciumque[9]) huius mundi et omnis habitudo et proprietas ip sius et iudicium Jhesu crucifixi et omnis habitudo ipsius ha buerunt se semper contrarie et per omnia opposit racione illius, quod totus mundus hic in maligno positus est[1 et inimicus deo suo[11]) in tantum, quia, „quicumque voluer amicus esse huius mundi, inimicus dei constituitur“[12]), quoniar sicut veritas determinavit, illud esse abhominacionem dei v abhominabile, quod altum est vel magnificum coram homin bus[13]), et e contrario ea, que sunt ignobilia, debilia, stulta, in firma et abhominabilia amatoribus huius vite secularis, illa de elegit[14]) et magnificavit et glorificavit per Christum Jhesur

---

[a]) deiecta *ed.* [b]) *sup. lin. alia manu add. A.*

[1]) *Cf. Apoc. XVII. 3—4.* [2]) *Cf. Apoc. XXI. 9* (sponsa uxor agn [3]) *Cf. Cantic. I. 4* (nigra sum, sed formosa). [4]) *Cf. Psalm. XLIV.* (omnis gloria eius filiae regis ab intus). [5]) *Cf. Cantic. VIII. 5:* „Quae e ista, quae ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum suum *et Cantic. III. 6:* „Quae est ista, quae ascendit per desertum, sicut virgu fumi ex aromatibus myrrhae et thuris et universi pulveris pigmentarii?“ [6]) *Cf. II. Thess. II. 4.* [7]) *non quidem phrasis, sed voces biblicae sunt, c Isaiae V. 14* (sublimes gloriosique eius). [8]) *Cf. I. Cor. I. 24.* [9]) *vox i dicium sane biblica est, cf. Joan. XII. 31* (iudicium mundi) *et Rom. II. 2* (i dicium dei). [10]) *Cf. I. Joan. V. 19.* [11]) inimicus deo, *cf. Rom. VIII.* (sapientia carnis inimica est deo). [12]) *Cf. Jacob. IV. 4.* [13]) *Cf. Luc XVI. 15.* [14]) *Cf. I. Cor. I. 27—28.*

ım suum unigenitum [1]), crucifixum, infirmum et pauperem, tum ludibrium et abhominacio huic mundo, principibus sa- dotum et omni magistratui templi atque dominis et seniori- ; populi Israelitici [2]) in tantum, ut ipsum pro nobis male- tum factum et novissimum virorum [3]) et minus multo quam rabam, publicum homicidam et latronem [4]), aput se reputa- ı et in tantum abhominacio ipsis principibus effectum, ut ım conspuentes et usquequaque conculcantes foras de civi- proiecerunt et in ligno cum maledictis suspenderunt [5]).

Quapropter tota habitudo vite Jhesu crucifixi et ıra ipsius et condiciones ipsius, perinde [a]) et totus ambitus igionis christiane inde derivate [et] [b]) formate, et spiri- ; Jhesu, quo agitur [6]), horret omnem altitudinem huius ndi et acceptat humilia et parva, abhominatur mollia et vo- tuosa, et eligit dura et amara [7]) et contempnit gloriosa et ho- es in tabernaculis [8]) huius seculi et ampl[ex]atur ignominiam cis et obprobrium Jhesu crucifixi, fugit divicias et habundan- n ipsarum honerosam ac spinosam et congaudet beatitudini ıpertatis docte [c]) a spiritu Jhesu, reputat ignominiam et de- ctum crucis suam gloriam in deo eternam [d]) et gloriam, mol- em et divicias huius seculi iudicat abhominabile [e]) coram su Christo et per consequens aput se ipsum, cuius spiritu ıdicantur recte omnia, interim congaudens illi veritati [9]) et ıini divino, quo illustratus invenit scienciam sanctorum [10]) veritatem et bene solicitam voluntatem dei patris et domini [f]) Jhesu Christi, prout ille, qui dicebat [11]): „Ibant apostoli dentes a conspectu consilii [g]), quoniam digni habiti sunt pro nine Jhesu contumeliam pati.“ Et apostolus [12]): „Michi autem

---

a) ipsius Domini Jesu *ed.* b) *eras. in A.* c) docta *A; om. ed.* ı *seq. in A in m. add.* e) abominabilem *A.* f) *om. ed.* g) concilii ɪ.

1) *Cf. Joan. III. 16.* 2) *Cf. Lucae XXII. 52.* 3) *Cf. Isaiae LIII. 3* ɔectum et novissimum virorum). 4) *Cf. Joan. XVIII. 40.* 5) *Cf.* ɪ *XV. 19* (conspuebant eum) *et Joan. IX. 34* (et eiecerunt eum foras). *vero notissima de crucifixione Jhesu existit, sed hic annotatur (prout et aliis), ut demonstretur, quo modo stilus Janovianus biblia impraegnatus sit.* 6) *Cf. Rom. VIII. 14:* „Quicumque enim spiritu dei aguntur, ii sunt filii i 7) *Cf. I. Cor. I. 27* (infirma mundi elegit deus). 8) *vox utique biblica.* 9) *Cf. I. Cor. XIII. 6* (congaudet veritati). 10) *Cf. Sap. X. 10* (scientia torum). 11) *Act. V. 41.* 12) *Galat. VI. 14.*

absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Jhesu Christi, quem michi mundus crucifixus est et ego mundo." Et alibi „Puto enim, quod deus nos apostolos novissimos ostendit, ta quam morti destinatos, quia spectaculum facti sumus mundo angelis et hominibus, nos stulti propter Christum, vos [aute prudentes in Christo; nos infirmi, vos autem fortes; vos nobi nos autem ignobiles. Usque in hanc horam et esurimus sitimus et nudi sumus et collaphis cedimur et instabiles sum Et laboramus operantes manibus nostris, maledicimur et be dicimus, persecucionem patimur et sustinemus, blasphemam et obsecramus." Et tunc principaliter et ad propositum: „[Ta quam] purgamenta, inquit, huius mundi facti sumus, omni perypsima[a]) [usque adhuc]."

Ecce, omnia, que sunt abhominacio vel abhominab coram amatoribus huius mundi, conmendat apostolus et in i benedicit et gloriatur, ut inveniatur in gloria dei cum Jh Christo, et per hoc in se ipso formam unicam et propri exprimens vite cuiuslibet christiani, et maxime apostolorum sacerdotum, qui maxime debent christi inveniri in ecclesia contrarii[b]) Antychristi, ut postea subsequitur. Et ideo in epistola idem apostolus, i n i c i a A n t y c h r i s t i e t a b h o m i b i l i s i n e c c l e s i a et membrorum demonstrans et deplor atque ad[c]) evitandum exhortans fideles christos Jhesu cruci ita loquitur[2]): „Imitatores mei estote, [fratres], et observate qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Multi e ambulant, quos sepe dicebam vobis, nunc autem et flens d inimicos crucis Christi." Ecce, interpretative, sed palam expr et descripti Antychristi! Nam sequitur[3]): „Quorum deus ve est" — et hoc quoad eos, qui habent dileccionem vite mollis delicate in hoc mundo — „et gloria in confusione"[d]) — [f. 2 quoad eos, qui[e]) gloriam et honorem ambiunt — „[ipsorum], terrena sapiunt" — quoad eos, qui divicias et habundanc habent pro suo principali. „Nostra autem conversacio in c est" — et hoc, quoad christos dei vel veros christianos, „unde et salvatorem expectamus, qui corpus humilitatis no

---

[a]) peripsema *biblia*. [b]) contrario *(sic) A*. [c]) *om. ed.* [d]) c fusionem *A, sed false.* [e]) *sup. lin. add. A.*

[1]) *I. Cor. IV. 9—13.* [2]) *Philipp. III. 17—18.* [3]) *Philipp. III. 19— ultima phrasis libere allata.*

ɔnfigurabit corpori claritatis sue", et cetera. Enimvero istos ıtychristos, id est christianos solo nomine, amatores eorum[a]), ıi sunt in hoc magis proprio nomine, ipsos declarat beatus ɔhannes in canonica, dicens[1]): „Nolite diligere mundum, neque ı, que in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est cari- ıs patris in eo, quoniam omne, quod est in mundo, concu- scencia carnis est et concupiscencia oculorum et superbia vite, ıe non est ex patre, sed ex mundo est. Et mundus transibit concupiscencia eius. Qui autem facit voluntatem dei, manet ı eternum." Et dehinc vertens se ad inferendum ex iam as- ımptis, quo modo quis est Antychristus, aut quis est, vel de ıo populo Antychristus, unde dicit[2]): „Filioli, novissima hora ıt et, sicut audistis, quia Antychristus veniet[b]), nunc autem ntychristi multi facti sunt, unde scimus, quia hora novissima ıt. Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis, nam si fuis- ınt ex nobis, permansissent utique nobiscum, sed ut manifesti nt, quoniam non sunt omnes ex nobis."

Vide, quam evidenter ambo hii apostoli maximi concor- ınt et ostendunt, quod omnis homo in christiano populo con- ıtatus, qui delicatam vitam sequitur, qui amat gloriam mundi honorem, qui sapit terrena[3]), id est divicias, est inimicus naritudinis, ignominie et paupertatis crucis Jhesu Christi. Et ec secundum Paulum. Vel omnis christianus[c]) solo numero ı ecclesia dei, qui diligit hunc mundum vel ea, que sunt in undo, scilicet[d]) concupiscenciam carnis sequendo in vita molli el concupiscencia[m] oculorum in conversacione diviciarum vel ıperbiam vite, ille est Antychristus secundum Johannem, primum et principaliter sacerdos, vel princeps. Et ipse ıt abhominacio desolacionis et ipse est meretrix ıper bestiam[4]). Et omne[e]) ipsius studium et eius opera vel ɔsequia, per que arbitratur Christo Jhesu crucifixo conplacere, xhibet deo aureum poculum plenum abhominacionibus et in- ındicia fornicacionum[5]). Et „de vinea Sodomorum vinum

---

a) amatores eorum *om. ed.* b) venit *biblia.* c) qui *seq. in ed.* id est *ed.* e) tempus *seq. in A, sed del.;* temporis *seq. in ed.*

1) *I. Joan. II. 15—17.* 2) *I. Joan. II. 18—19.* 3) *Cf. Philipp. III. 19,* ıc. (qui terrena sapiunt). 4) *Cf. Daniel. IX. 27 et Apoc. XVII. 3.* *Cf. Apoc. XVII. 4.*

eorum et [de] suburbanis Gomore uva eorum, uva fellis botrus amarissimus“[1]).

Capitulum septuagesimum quartum[a]).

[Discrimen inter maliciam seu impietatem laicorum et sacerdotum][b]).

Quapropter sicut christianum esse bestiam vel designa per bestiam magis competit statui laycorum et precipue su ditorum, ita esse Antychristum vel meretricem mag proprie concernit statum clericorum et sacerdotum, (1) tu quia, quidquid layci contrarie Christo Jhesu faciunt, hoc plu mum fit ex ignorancia ipsorum et ruditate bestiali, sacerdot autem mala sua perpetrant[2]) ex concupiscencia sua infrena propter quam facti sunt adversi sue sciencie et inpudici, (2) tu quia, quamvis layci mala sua faciunt, hoc fit, quia male regu tur et non habent curam neque se neque alios gubernare, sed s cerdotes, qui habent curam et scienciam primum se ipsos, dehi subditos regendi, capti vel avaricia vel luxuria vel vana glo excecati, solum sua commoda inquirunt, ut cum hoc mun fornicentur, (3) tum quia sacerdotes familiarius et vicinius su coniuncti[c]) Jhesu Christo, cuius gracia sicut sancti[d]) sacerdot et similes Jhesu Christo[e]) magis quam alii christiani christi d per scripturam sunt expressi, ita e contrario mali sacerdot dissimiles Jhesu Christo sunt antychristi esse intimati per fig ras, (4) maxime tamen ideo, quia Christus est nomen rega excellencie et dignitatis atque regiminis aliorum, ergo per co trarium Antychristus est nomen perverse excellencie et tyra nidis et usurpate dignitatis et iniqui regiminis aliorum. Id proprie sunt illi notati antychristi, qui tenent proprie locu Jhesu Christi, ut sunt, qui docent vel habent docere, regere preesse, et tunc sunt contrarii moribus Jhesu Christi et maxin in hoc, si ex hoc superbiunt et conplacent sibi ipsis, ama vitam huius mundi splendidam, delicatam et habundantem sequuntur, publice ad hoc ipsum secum alios pertrahentes s

---

a) Cap.[m] LXXIIII *A in m. duabus manibus.* b) *ita inscr. in ed.*
c) *om. ed.* d) sancti doctores magis oc. *ed.* e) et similes Jhesu Chri *in m. A.*

1) *Cf. Deuter. XXXII. 32.* 2) *Cf. Eccle. VIII. 11* (perpetrant mal

ɜgimine et exemplo. Et secundum hoc quicumque est in taliusmaximus pro tempore, ille est maximus Antychristus.

Item [5] layci mali sicut bestia mala faciunt notorie, et ı rebus et per res temporales fornicantur, quod non sit maım[a]), autumantes, et per hoc, licet non verecundentur, tamen ıudem inde non sorciuntur. Sed sacerdotes, cum sua mala erficiunt, nequaquam correccionem vel vituperium sustinere olunt], sed multas excusaciones pretendentes, gloria et honore ociuntur, et maxime, quia libita sua et delicatam vitam suam : gloriam suam et honorem [f. 275[b]] habent in rebus divinis : per res divinas, solum pro spiritualibus viris et ad salutem ıimarum et per humilitatem Jhesu, ignominiam crucis ipsius, naritudinem et paupertatem[1]) conparatas. Et idcirco sacerɔtes carnales dicuntur abhominacio in templo vel meretrix rnata multipliciter et habens in manu poculum aureum pleum abhominacionibus et inmundicia fornicacionum[2]).

Item [6] layci, amantes hoc seculum et insequentes, forniıntur quidem cum malignis spiritibus[3]), sed non inducunt alios ;cum ad fornicandum, ita quod nec conplacent in hominibus, ;ilicet in subieccione et obediencia eorum, neque alios alliciunt l in[b]) se conplacendum. Sed yppocrite sacerdotes e ɔntrario[c]) et conplacent sibi ipsis in multitudine populorum bi subiecta et aptant ad hoc seu[d]) toto studio preparant, et ɜr res seculares vel corporales, et per res ecclesiasticas et spituales, ut ex pleno alios[e]) al[l]iciant ad se ipsos. Inde magna mpla et pulchra[f]), inde splendor omnis in facie templorum, in ıppellectilibus et coronis aureis, propter hoc multitudo canırum[g]), multitudo missarum et psalmodiarum, multitudo festitatum celeberrimarum et[h]) novarum adinvencionum, et exinde ultitudo reliquiarum celeberrimarum et aliorum multorum exıisite[i]) excogitatorum aput huius modi sacerdotes ypporitas,

---

26) Splendor in facie templorum *A alia manu.*

[a]) quod non sit malum *seq. in A, sed. del.* [b]) *om. ed.* [c]) e conrso *D 1.* [d]) *ita A et ed.* [e]) *ita D 1;* expleto alios et aliciant *A post rr.;* aut *praecedit in A, sed del.* [f]) et p. *om. D 1.* [g]) cantuum *sup. lin. rr. D 1.* [h]) et — celeberrimarum *om. ed.* [i]) et *seq. in A, sed del.*

[1]) *voces significativae* humilitas Jhesu, ignominia crucis ipsius, amaritudo paupertas *(v. etiam supra p. 339) de biblia non proveniunt, sed sunt expresones communes motui reformatorio saec. XIII. et XIV.* [2]) *Cf. Apoc. XVII. 4.*
[3]) *Cf. Lucae VIII. 2.*

quatenus sic hominibus placeatur et alliciatur ad se concursi et applausus populorum. Ista tamen nominata et alia simil sunt omnia munda[a]) mundis, sed inquinatis yppocritis nicl horum est mundum, sed quia inquinatum cor ipsorum et coı sciencia[1]), ideoque ista omnia sunt ipsis poculum aureum pl num abhominacionibus et inmundicia fornicacionum[2]) et u fellis et botrus amarissimus et fel draconum vinum eoruı venenum aspidum insanabile[3]), quoniam, sicut ante scriptu est, si modicum fermenti totam massam corrumpit[4]), multo m gis, ubi plenitudo est fermenti, id est ubi in radice est fermeı tum yppocrisis[5]).

Propterea consequenter de meretrice in textu dudum a sumpto[6]) scriptum est[7]): „Et in fronte eius nomen scriptur Misterium." In fronte, id est in summis sacerdotibus, ubi m xime et in summo gradu gloria eius, huius mundi et amor v delectacio in figura splendida exercetur et videtur. Vel i fronte, id est in facie exteriori et principalibus partibus suppremis, id est in illis, que sunt potissima et solempnio sacerdocii sacrosancti, in illis multo magis pompa huius mo exquiritur et ostentatur. Vel in fronte, id est principali i tencione et diligencia ita, quod yppocrite primum et ab an habent hoc, quod amant vitam quietam carni sue et sufficieı tem et splendorem huius mundi, et per hoc et propter h exquirunt istas mundicias corporales extrinsecas et splendoreı eciam in rebus ecclesiasticis et divinis; dehinc Jhesus crucifix est retrorsum et post carnem, sicut dicit dominus per proph tam[8]): „Posuerunt me post carnem suam." Credunt siquide postea, eciam adhuc amplius sibimet in talibus[b]) conpl centes, quod Jhesu crucifixo illa eciam conplaceant, et po sua libita et desideria carnis perfecta[9]) cupiunt [per] talia d

---

a) munda — omnia sunt *om. ed.* b) diligunt *seq. in A.*

1) *Cf. Tit. I. 15:* „Omnia munda mundis, coinquinatis autem et infide bus nihil est mundum, sed inquinatae sunt eorum et mens et conscientia." 2) *Cf. Apoc. XVII. 4.* 3) *Cf. Deuter. XXXII. 32.* 4) *Cf. I. Cor. V. 6;* *supra p. 60 et 191.* 5) *de fermento hypocrisis cf. Lucae XII. 1.* 6) „ textu dudum assumpto", *h. e. in Apoc. XVII. 3 sq., cuius textus explana coepta est in cap. 41; v. argumentum libri in fronte huius voluminis positu ubi singulae partes explicationis typis parvis expressae sunt.* 7) *Apoc. XVII.* 8) *in biblia non legitur; cf. tantum Thren. I. 13:* „Convertit me retrorsu posuit me desolatam, tota die moerore confectam." 9) *Cf. Galat. V. 1* „Spiritu ambulate et desideria carnis non perficietis."

vire[1]), ab ipso ea acceptari, corde ipsorum longe a vita ıcis Jhesu et proprietatibus religionis christiane existente.

Capitulum septuagesimum quintum[a]).

[Alia significatio frontis et quae sit sponsa Christi immaculata][b]).

Vel in fronte, id est in prima apprehensione, id est od in talibus splendoribus hominum et omnibus studiis et ciis primum occurrit conplacencia vel delectacio sua propria conplacencia ostentacionis aput vulgus et precipue, a quibus :rum et honores sperantur reportari.

In fronte etenim residet vis apprehensiva, et ideo istud cumentum valet ad huius modi yppocritas discernendum. ılet[c]) eciam ad hoc, ut homo quilibet sciat se ipsum recte ca singula iudicare, maxime quoad hoc puta, si iam habitum :tutis est assecutus. Et hec est prima apprehensio vel imus occursus, unde primus motus circa singula inchoatur, ia illa sunt principaliter et maxime ex firmatis habitibus vel consuetudine aut natura. Et istud aput neminem falli innitur secundum doctrinam Aristotelis in secundo Ethirum, puta, quando ille prime apprehensiones vel primi ɔtus nondum preventi racione vel memoria vel eleccione vel ga demonstrent homines, quales [sint][d]) in sua radice vel in tura vel in firmato habitu, et hoc in virtute apprehensiva, que bet sedem in fronte, verumptamen differenter, quia homo multa prehendit prima facie et placencia et displicibilia, [f. 276a] sed n omnia, que apprehendit placibilia, eligit, nec omnia displiɔilia[e]) fugit. Sed illa, que apprehendit primo occursu, et ea :ione diiudicat et voluntarie eligit facienda vel tenenda, et qua placibilia prima apprehensione aliquis[f]) homo eligit, non scuciendo ea racione, si expediant bene, vel ad quid expeınt, sed ita vehementer afficitur et captivatur circa ea, quia

---

a) Cap.m LXXV *A in m. duabus manibus.* b) *ita inscr. in ed.* pertinet *ed.* d) *om. A et ed.* e) *corr. A.* f) alias *ed.*

1) *phrasis* deo (domino) servire *saepissime in biblia occurrit.*

et delectant et contristant, quod non curat applicare ipsa racionem et discernere, si sint utilia vel honesta.

Si igitur sic homo ex sola apprehensione alicuius pla bilis[a]) vel tristabilis per oppositum mox afficitur et affe cione captivatur et eligit[b]) illud vel fugit, non habens pro contra racionem vel persuasionem, sed neque curans hoc i dicare consilio vel racione, talis homo facit sicut bestia iudicatur bestia, carens[c]) racione, sola movetur affeccione et p tinet ad bestiam cornutam cum septem capitibus[1]), quia t omnia peccata, que vulgo capitalia nuncupantur, dominantu faciliter. Et quia hoc videre plurimum in laycis carnalibu ideo dictum est ipsos ad bestiam pertinere.

Sed si homo in principio ab ineunte etate sua mox a prehendit placibilia et displicibilia carni sue in hoc mun quemadmodum omnibus idem evenit, et afficitur circa tal sequiturque suas affecciones sicud bestia, sed postea, postqu viget racione amplius quam alii ex audicione et doctrina, leccione et[e]) experiencia in tantum, quod in nullo iam pot sequi solam[f]) apprehensionem[g]) placibilis vel tristabilis, q propter vivacem discursum racionis accedat ad hoc racio vel d trina aut scriptura, dissuadens vel persuadens illud eligere vel gere, quod apprehendit et circa quod homo afficitur, si tunc hon christianus, ad quem sermo, habens fidem Jhesu crucifixi, dom dei sui, diligit et satagit sibi totus et totaliter vivere et perin mox ab ineunte etate, quando iam eleccio et racio incipi suas operas exercere, quidquid apprehendit in hoc mundo p cibile[h]) vel tristibile, vel circa que afficitur, non eligit[i]) nec fugit, sed semper habet suspensam eleccionem suam et ubiq ad voluntatem et ad verbum Jhesu crucifixi domini[k]) sui quia diligit et cupit diligere amplius Christum Jhesum, sata omnia apprehensa eleccione ex amore vel timore Jhesu Chr et incipit circa illa maxime affici, que novit esse veritatis voluntatis Jhesu, hoc est circa sapienciam et virtutes, et illa horrescere, que noverit[l]) offendere dei vel proximi caritat

---

a) placibilis *A et ed.* b) elegit *A.* c) carnes *corr.* carens *A;* q carens *ed.* d) damnantur *ed.* e) *om. ed.* f) solum *ed.* g) app hensivam *A.* h) pacibile *A et ed.* i) elegit *A.* k) *om. ed.* l) derit *ed.*

1) *Cf. Apoc. XVII. 3.*

l veritatem, et iste talis christianus est nupta agni[1]), n habens maculam neque rugam[2]), desponsata viro suo, de o in propheta[a]) Osee II° [3]): „Sponsabo te michi in iusticia in misericordia et in miseracionibus. Et sponsabo te michi fide et scies, quia ego dominus“, habens nomen eius et no- en patris eius scriptum in fronte sua. Quodsi huius modi ristianus est prelatus aliis et gubernat rite alios, tunc ipse t christus et lapis electus, preciosus et angularis [in] nplo dei[4]).

Et similiter est dicendum de eo, qui, licet primam fidem esu crucifixi irritam fecit[5]), forte ab ineunte etate mox am- exans hunc mundum et sequens affecciones suas vel quid- id aliud faciens, dummodo non ex fide Jhesu crucifixi, que dileccione sola incipit operari, quamvis[b]) quandoque a timore que indignis christianis coniunccione et thoro Jhesu Christi, nen postea recordatus pacti[6]) dei sui, Christi Jhesu, ad ipsum vertitur, ad sponsum et ducem pubertatis sue[7]), confunditur pro ccatis, id est[c]) fornicacionibus suis, et digne dolet et agit peni- nciam in veritate. Et tunc gratissime, licet adultera et depre- nsa[8]), suscipitur a viro suo, Jhesu crucifixo et in sua virgini- e iterum per verbum dei in spiritu reformatur et non recor- ntur[d]) amplius ipsius adulteria vel fornicaciones a sponso o, tali semper et ubique excepcione, quod ipsamet[e]) sciat ini- itates suas et confundatur atque erubescat ita, ut amplius pre nfusione sua[9]) et, quod est ita deprehensa, non possit vel n sit phas[f]) sibi loqui nec habere aliquid de cetero[g]) ad di- ndum, nisi[10]): „Miserere mei, deus, secundum magnam miseri- rdiam tuam“, et cetera, „quoniam iniquitatem meam ego con- osco“, et cetera. „Et ecce, in flagella paratus sum et dolor us coram me est semper“, et cetera[11]). Talis igitur, licet nitens christianus, non iterans malicias suas, fit iterum sponsa

---

[a]) prophetia *ed.* [b]) quatenus *ed.* [c]) pro peccatis et *ed.* [d]) re- datur *ed.* [e]) ipsa *ed.* [f]) scit plus *(sic) ed.* [g]) certo *ed.*

[1]) *Apoc. XXI. 9.* [2]) *Cf. Ephes. V. 27.* [3]) *Oseae II. 19.* [4]) *Cf. iae XXVIII. 16.* [5]) *Cf. I. Tim. V. 12.* [6]) *Cf. Ezech. XVI. 60.* *Cf. Proverb. II. 17.* [8]) *Cf. Joan. VIII. 3 (de muliere in adulterio depre- sa).* [9]) *Cf. Ezech. XVI. 63:* „Ut recorderis et confundaris, et non sit ultra aperire os prae confusione tua“ ɔc. [10]) *Psalm. L. 1 et 5.* *Psalm. XXXVII. 18.*

Jhesu et si erigitur ad regendum iterum alios, fit christus et lapis preciosus et angularis in templo dei[1]).

Hec de sponsa Christi Jhesu.

Capitulum septuagesimum sextum[a]).

[De meretrice et charactere bestiae in fronte, quae signifi cupiditates sacerdotum impiorum, quibus irretiti tenentur]

Nunc fornicariam mulierem homo argutus, puta q est vel quid significet, bene estimare poterit, quoniam, si christ nus huius modi ab ineunte etate mox solum apprehensivam su similem bestiis voluit sequi, non habens respectum[c]) ad fid vel ad baptismum, (respectum autem dico dignum deo et vacem ex [f. 276[b]] spiritu Jhesu pululantem), ita vixit et ino vit, amore huius mundi habituatus pro fide et inbutus suis, q secundum naturam sunt, passionibus, veluti alter ethnicus gentilis: et istud[d]) tale est habere scriptum in fronte car terem bestie quasi indelebilem[2]).

Cum sic adolescens iuxta viam suam graditur[e]), et cum sen erit[f]), non relinquet[g]) illam[3]), et omne, quod nova testa ca inveterata sapit[4]). Ast quando, accedente experiencia et doctri et noticia religionis christiane[h]), racio in eo vigere inciperit apprehenderit[i]), quod in religione gradus sacerdocii est in popu honorabilis, habundans bonis, delicatus et quietus, apprehender que, quod homines layci sunt inglorii, stolidi et laboriosi, iumenta, et ipsis talibus consideracionibus illico a iuventute stabilitus et inbutus, ad pauca respiciens, puta solum ad p sencia et ad faciem meretriceam huius mundi, elegit esse sace dos, [talis] iam habet[k]) scriptum, subaudis[l]) indelebi ter, in fronte faciem vel concupiscenciam vite hu mundi, seu iam existens captus vita honorabili et delic quam videt habere communiter sacerdotes. Confirmari a

---

[a]) Cap.[m] LXXVI *A in m. duabus manibus.* [b]) *ita inscr. in ed.* [c]) recursum *ed., ita et infra.* [d]) illud *biblia.* [e]) gradiuntur *corr.* g ditur *A;* ingreditur *ed.* [f]) *post corr. A.* [g]) relinquit *ed.* [h]) *ras.* *in A.* [i]) incipit et apprehendit *ed.* [k]) talis iam habet *D 1.* [l]) *om.*

[1]) *Cf. Isaiae XXVIII. 16.* [2]) *Cf. Apoc. XVI. 2.* [3]) *Cf. Prov XXII. 6.* [4]) *Cf. Horatii Ep. I. 2. 69—70:* „Quo semel est inbuta rec servabit odorem testa diu."

ı in tali concupiscencia et profunde dare radices sibi :orde atque ei dare animum suum, de quo apostolus [ad] ›reos [1]): „Videte, ne qua sit radix amaritudinis sursum ger- ans“, est scriptum nomen habere in fronte meretricis misti- n, id est coram deo et[a]) suo ulteriato[b]).

„Scriptum“ vero dicitur hic ex eodem sensu, ut[c]) supra dic- est, plaga insanabilis vel venenum aspidum insanabile[2]), ı habent in se quasi communem proprietatem clerici et sa- lotes, hac yppocrisi fermentati, quod redduntur incorri- iles, prout ante[d]) est declaratum[3]). Et ideo[e]) scriptura :[4]): „Peccatum Iude scriptum est in lapide adamantino.“ Et stolus [ad] Hebreos[5]): „Inpossibile est enim eos, qui semel ıt] illuminati“, et cetera; sequitur: „renovari ad penitenciam.“ d idem Salomon, loquens de muliere extranea, de qua eciam sermo contexitur[6]): „Omnes, qui ad eam ingrediuntur, non ›rtentur, nec apprehendent semitas vite.“

Sic igitur pertinaciter dant se ad hoc clerici moderni, sacerdocio perfungantur, et se ingerunt precise propter ıs dulcem vitam et honestam, et non simpliciter et princi- ter propter Jhesum crucifixum, quamvis et hec pro excu- one et colore cupiditatis sue coassumunt[f]) aliquociens[g]); sed [h]) hoc est, depost fetantes[7]) vel post carnem [ambulantes][8]), solum in quadam memoria tenui et in occipite, ubi me- ia residet. In fronte autem modo, quo dictum est, con- iscencia carnis[9]) potenter regit et requiescit, et istud[i]) ›o verum esse convincitur manifeste, quia non via Christi uiritur sacerdocium, puta ut se vocari expectet, sicut on[10]), precise laborem sacerdocii et profectum in animabus isti inquirendo, sed propria audacia ad id festinat, bona co- li carnis cogitando, et quia ad sacerdotem esse requi- ır prius[k]) habere beneficium, officium vel pre-

---

[a]) *sup. lin. A.* [b]) *ita A et ed.* [c]) ut *sup. lin. A.* [d]) ante dic- *ed.* [e]) imo *ed.* [f]) coassuunt *(sic) ed.* [g]) aliquoties *ed.* [h]) in *ed.*) verum *add. ed.* [k]) serius *ed.*

[1]) *Hebr. XII. 15.* [2]) *Cf. Isaiae XIV. 6* (plaga insanabilis) *et Deuter.* *II. 33* (venenum aspidum insanabile), *v. supra p. 300.* [3]) *vide supra* *3–315.* [4]) *Jerem. XVII. 1* (in ungue adamantino). [5]) *Hebr. VI. 4. 6.*) *Proverb. II. 19.* [7]) *Cf. Psalm. LXXVII. 70* (de post foetantes accepit). [8]) *Cf. II. Petri II. 10.* [9]) *voces biblicae, cf. I. Joan. II. 16.* *f. Numer. XVII. passim (de virga Aaronis).*

bendam, ideo modis omnibus incipit homo cogitare, ut be ficium acquiratur aut promocio, quia de iure scripto nu promovetur ad sacerdocium, nisi habens beneficium aliquoc ecclesia, et ferre iam nulli datur beneficium invito vel renue sed maxime et solum datur cupientibus et requirentibus ve inpudice ingerentibus. Cupere vero beneficium precise et mum est habere cupiditatem diviciarum, que est radix omni malorum[1]), et ipsa est scriptura[a]) meretricis in fronte et ips caracter bestie in fronte[2]).

Cum igitur pro nunc est manifeste videre, quod nichil fere nullus conferat sacerdotibus vel clericis beneficia nisi ta qui non quidem vocati ut Aaron, sed prima cupiditate in fro id est in prima apprehensione et confirmata, veniunt ad po statem, ad divicias, ad dignitates et beneficia, ex quibus ulte conferunt et distribuunt beneficia, nec aliquis accipit, nisi fronte sua ostendat, quod cupiat beneficium et ad hoc se pide ingerat, similiter non vocatus, et dehinc nullus fere m stret in ecclesia dei et non dispensat bona spiritualia, nisi si ad beneficia promoti, certissimum est illam scripturam esse adinpletam, que dicit[3]): „Et ne quis possit emere aut vend nisi qui habeat caracterem nominis bestie aut numerum nom eius." Et quia studia literarum et[d]) tytuli gloriosi c parati exinde multum promovent ad beneficia assequenda, id que iuvenis consilio senum[4]) et precepto iam ex hac fronte quirit studia, vigilat, studet, diligentissime cupiens gloriose p moveri et solempniter in templum Veneris introduci.

Reliqui sciencias et laborem studiorum et dispen huius modi horrent vel non habent in amore, [et ideo] capt conpendiis suarum promocionum, scolis relictis, ingerunt se servicia[e]) hominum magnorum in hoc mundo, adeunt curi [f. 277[a]] pape, episcoporum, regum et principum, et aliis va viis et omnibus modis possibilibus querunt et[f]) requirunt e in ecclesia graduati, a tota sua facie et primo occursu[g])

[a]) scripta *ed.* [b]) est *add. ed.* [c]) sic *ed.* [d]) aut *D 1.* [e]) cia *ed.* [f]) querunt et *om. ed.* [g]) cursu *ed.*

[1]) *Cf. Cf. I. Tim. VI. 10:* „Radix enim omnium malorum est c ditas." [2]) *phrasis biblica, superius saepe adducta, cf. Apoc. XVI. 2.* [3]) *Apoc. XIII. 17.* [4]) *de „consilio senum" loquitur III. Reg. XII. 8.*

norem huius vite ostendentes[a]), concupiscencia huius mundi ofunde in corde ipsorum exarata scriptura indelebili quasi lo ferreo in adamante.

Et quidam, primum aliqua scintilla devocionis nacta nui, eo magis sibi blandiendo, et[b]) audacter inquirunt esse cerdotes, cupiditate magis inpellente. Et quia ad merecem incauti properant et in apprehensione ipsius et sandarum[c]) ipsius affeccione amplius capiuntur[1]) et secuntur „quasi ves ducti ad victimam et quasi agni lascivientes et ignorant, iod ad vincula stulti trahantur, donec transfigat sagitta [cor][d]) rum, vel si avis festinet ad laqueum, et nesciunt, quia de riculo anime eorum agitur"[2]), iam cecati suis cupiditatibus et ecti et allecti funibus meretricis[3]), id est suis concupiscenciis ı, ut hoc, quod in primordiis inerat boni desiderii, extincto, n revertuntur ad cor, sed declinant ad excusandas excusacios in peccatis[4]), incipiunt sicut Adam pater ipsorum consuere lia ficus et facere sibi perysomata et sua pudibunda operire[5]).

In tantum enim fortiter talibus captivantur, puta pulcra cie meretricea et florente et adorante[e]) suaviter carni et saniini, ad instar cum buliunt ungenta[f])[6]), que sunt gloria et nor „in medio populorum"[7]), vita sacerdotum habunıns bonis, quieta et delicata, excepta ab omni labore amaro mmunium hominum et sollicitudine molesta patrum nostrom callosa[g]). In tantum, inquam, incipimus talibus detineri[h]), od de post neque moniciones dei intime[i]) nos conmovent, que terrores deterrent, neque scripture sancte, doctrine sancrum et exempla nos contingunt[k]), quin magis, cum talia aunus, iam fermentati[l]), parvipendimus et dissimumus tamquam Adam, cupidus pater noster, quasi ocem audientes domini dei deambulantis[m]) in paradiso ad

---

6) Nota *A alia manu.*

[a]) offendentes *ed.* [b]) *om. D 1.* [c]) sandalium *A.* [d]) iecur *biblia.* [e]) odorante *ed. recte.* [f]) unguentorum *A et ed.* [g]) et callosa *ed.* deterreri *ed.* [i]) *om. ed.* [k]) contingant *ed. recte.* [l]) *corr. A.* ambulantis *ed.*

[1]) *Cf. Judith XVI. 11* (sandalia eius rapuerunt oculos eius). [2]) *Cf. verb. VII. 22—23.* [3]) *Cf. Jacobi I. 14:* „Unusquisque vero tentatur a ncupiscentia sua abstractus et illectus." [4]) *Cf. Psalm. CXL. 4:* „Non denes cor meum in verba malitiae et ad excusandas excusationes in peccatis." [5]) *Cf. Genes. III. 7.* [6]) *Cf. Job. XLI. 22.* [7]) *Cf. Isaiae XXIV. 13.*

auram"[1]), — ad mentem nostram iam mitigatam et mitem suavem, monentem, ut ad cor nostrum peccatores redeam „post meridiem", id est fervorem[a]) devocionis aut post camin scolastice paupertatis aut post estum concupiscencie et mag previe cupiditatis iam in vita quieta et delicata tenaciter tenere utique, quod quasi predam cupitam rapuimus. Quaprop non obedimus voci domini dei sic nos monentis, sed ma „abscondimus" nos „a facie domini dei in medio lignorum radisi"[2]), id est aversi vel obliti radicis nostre concu scencie[3]), qua ad illa provehimur miseri et qua sursum agim Jam non valemus nos congnoscere et obnubilati[b]) den tate multorum similium sacerdotum cupidorum, tunc valde nobis veniunt in prospectum et in munimen exemplo, „abscondimus[c]) nos a facie domini[d])", id est viden nobis absconditi eo, quod iam oculos mentis obstructos deportan et videntes non videmus et audientes non audimus[4]) „in me lignorum paradisi", [id] e[s]t[e]) in multitudine sanctorum preced cium, qui in tali statu et in tali officio sunt salvati, vel abscon se in multitudine magnorum virorum et proborum in apparen qui omnes in tali statu et condicione optime[f]) stare contendu

Capitulum septuagesimum septimum[g]).

[Sacerdotes impii frustra sibi promittunt haereditatem vi aeternae, tecti fuco et blandiciis meretricis][h]).

Et ita infelix ego clericelus[i]) vel sacerdos mei similes peccatores, incorporati iam Behemot incipimus dormire „in secreto calami" vanitatis[k]), „in l humentibus" deliciarum et prosperitatis in hac vita, „umbr excusacionum multorum similium yppocritarum „protege umbram nostram"[6]). Sequimur enim manifeste, inquientes: „

15) Servi nequam *A.* 24) Nota totum *A.*

[a]) furorem *ed.* [b]) nubilati *ed.* [c]) abscondimur *ed.* [d]) *ita em ab editore (cf. Genes. III. 8);* a. contrari, inquam *(sic) A et ed.* [e]) *ita* et *tantum A.* [f]) opportune *ed.* [g]) Cap.m LXXVII *A in m. duabus mani* [h]) *ita inscr. in ed.* [i]) clerice *corr.* clericelus *A.* [k]) thalami v. vanitatis *ras. A.* [l]) verbo *ed.*

[1]) *Cf. Genes. III. 8.* [2]) *Cf. Genes. III. 8.* [3]) *Cf. I. Tim. VI. 10,* [4]) *Cf. Lucae VIII. 10.* [5]) *de Behemoth v. Job. XL. 10.* [6]) *Cf. XL. 16.*

ıeretur, quod tanti magistri et tales domini episcopi, sic docti, : honesti, sic devoti male starent? Absit, sed per dei graciam ·ne stant! Igitur et nos[a]) bene stamus." Vel umbra religionis cundum faciem pietatis protegente umbram intime et profunde nulacionis, „circumdantibus nos salicibus"[1]), id est multitune ornatorum splendidorum, et qui sunt de ordinatis moribus honestis virorum prelatorum minorum et maiorum et mame religiosorum, sed per totum yppocritarum, huius vite natorum[b]), et qui ordinem suum legittime observant et qui ultum[c]) ieiunant, elemosinas dant ex superhabundancia et ulta canunt, multa[d]) psallunt, multa predicant, sed omnia 277b] a spiritu Jhesu crucifixi et desertata et conplacencia bi in se et in amicicia huius mundi fermentata, que nos opne obumbrant, et quantum pro nunc, circumdant quiete ·licata.

Et ex hiis et in hiis in tantum proficimus, quod propter ·ta absorbemus flumen diviciarum, deliciarum[e]) et onorum huius mundi et non miramur[2]), digni etenim repumur talibus et adhuc ampliori, viri[f]) utique docti, faceti, genesi vel alias congniti[g]) et multa probitate secundum faciem ımulati. Et cum hoc habemus fiduciam[h]) nos, o sacerotes, quod Jordanis influat in os nostrum[3]), id est vita eterna gaudia, que inpetu suo ad instar fluminis de montibus eternis escendunt inibi inchoata, letificantque civitatem dei[4]), preırata solum a patre ipsius Jhesu illis, qui in occultis dei iuciis sunt vocati, sancti secundum propositum divine voluntis[5]), quibus omnia et ea, que nos pro modo amplexamur, ooperantur in bonum sempiternum[6]). Nos etenim clerici et ıcerdotes moderni, amatores huius vite mollis et honorabilis : ipsa ad sacietatem perfruentes, speramus prorsus cum hoc

---

[a]) similiter *add. ed.* [b]) senatorum *(sic) ed.* [c]) multam *corr.* mulm *A.* [d]) et m. *ed.* [e]) *om. ed.* [f]) ampliores viri *ed.* [g]) cognati *ed.* [h]) Et cum hanc habemus faciem, o sacerdotes *ed.*

[1]) *Cf. Job. XL. 17* (circumdabunt eum salices torrentis). [2]) *Cf. Job. L. 18*: „Et ecce, absorbebit fluvium et non mirabitur et habet fiduciam, uod influat Jordanis in os eius." [3]) *l. c.* [4]) *vox notissima ex opere Augustini, sed originis biblicae; in biblia re vera „civitas dei" signicat Jerusalem, cf. Tobiae XIII. 11* (Jerusalem, civitas dei oc.). [5]) *Cf. hes. I. 5.* [6]) *Cf. Rom. VIII. 28.*

obtinere eciam vitam sempiternam cum electis et illud in ta
tum confirmamus, quod audire oppositum non festinemus
Nam taliter[b]) sumus ob densam cecitatem instituti et a pot
state tenebrarum involuti[1]), quod cum hiis omnibus, q
yppocritis sunt propria, vel cum eis[c]), que exprimunt mur
huius amatores[d]), nobis blandimur de aliquibus lucidis int
vallis, in quibus visitamur et conpungimur, licet breviter
inpotenter, et aliquando multa intelligencia, sapiencia et scien
et frequenti audicione et locucione[e]) verbi dei[f]) nobis habu
dante, secundum mirabilem domini Jhesu dispensacionem
presentem dei iusticiam[2]) aliquibus sentimentis spiritualiu
operacionum occultarum, ex quibus fiduciam habemu
quod eciam Jordanis influat in os nostrum[3]), id est quod sp
ritus Jhesu in nobis habeat suam mansionem, existente tam
Jhesu crucifixo in nobis tamquam mortuo nostro corde[g])[4]), cu
non queramus, que Christi sunt, sed[h]) tota die ea, que su
nostra[5]), et eciam cum nequaquam agamur a spiritu Jhesu, s
ex cupiditate nostrarum voluntatum[i]), ex quibus obsecram
inportune[6]) et clamamus ad dominum, et[k]) abinde aliquo, s
tenui et inpotenti lumine illustrati non ad emendandum, s
ad blandiendum nobis ipsis in amplitudine nostre vite corp
ralis et fermentate et amarissime Jhesu Christo, et per cons
quens[l]) sibi graves[m]) ad ferendum, ad quos veritas loquitur
„Quid vocatis me, domine, domine, et non facitis, que dico
Et iterum[8]): „Yppocrite, quo modo potestis bona loqui, cu
sitis mali?" Atque iterum[9]): „Multi dicent michi in illa die: D
mine, domine, nonne in nomine tuo prophetavimus et in n
mine tuo demonia eiecimus et in nomine tuo virtutes mult

---

[a]) vel non festinemus *seq. in A.* [b]) *ras. A.* [c]) hiis *corr.* eis *A.*
[d]) amatorem *ed.* [e]) *corr. A;* lectione *ed.* [f]) *post corr. A.* [g]) a nost
corde *ed.* [h]) sed — voluntatum, ex *A in m.* [i]) voluptatum *ed.*
[k]) *om. ed.* [l]) con — *sup. lin. A.* [m]) gravis *ed.*

[1]) *Cf. Job. XXXII. 19* (Nos quippe involvimur tenebris). [2]) *Cf.* (
loss. I. 25 (secundum dispensationem dei); *etiam phrasis* secundum justitia
dei *saepe in biblia occurrit.* [3]) *Cf. Job. XL. 18.* [4]) *Cf. Psalm. XXX.*
„Oblivioni datus sum, quasi mortuus a corde." [5]) *Cf. Philipp. II. 21.*
[6]) *Cf. II. Tim. IV. 2* (insta opportune, importune, argue, obsecra etc.); *eti*
phrasis clamare ad dominum *saepius in biblia, et imprimis in Psalmis, legit*
[7]) *Lucae VI. 46.* [8]) *Matth. XII. 34.* [9]) *Cf. Matth. VII. 22; phra*
et in plateis nostris docuisti *provenit de Lucae XIII. 26.*

cimus et in plateis nostris docuisti? Et tunc confitebor illis: uia numquam novi vos, discedite a me, operarii iniquitatis.“ em [1]): „Populus hic labiis me honorat, cor autem ipsorum [a]) nge est a me. Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas mandata hominum.“ Et Jacobus in canonica sua 4° capitulo [b]) [2]): nde bella et lites inter vos? Nonne ex concupiscenciis vestris, ie militant in membris vestris? Concupiscitis, et non habetis; ciditis et zelatis, et non potestis adipisci; litigatis et belligera-, et non habetis, propter quod non postulatis; petitis, et non cipitis eo, quod male petatis, ut in concupiscenciis vestris in-matis. Adulteri, nescitis, quia amicicia huius mundi inimica t deo? Quicumque ergo voluerit amicus esse seculi huius [c]), imicus dei constituitur.“

Hec [d]) tamen nobis, yppocrisi sopitis [per] blandimenta iius mundi sicque obumbratis nostris iustificacionibus, quam-s sint omnes sicut pannus menstruate [3]), omnia sunt ortua, inveterata et talia, que nos nichil movent, nisi sicut [e]) iedam voces „ad auram post meridiem“ [4]) leviter resonantes. uapropter dissimulamus, avertimur, quiescimus et in bonis es nostros ducimus, quasi naute in medio fluctuum nsopiti, donec deus, cuius vocem audivimus, sed parvipendimus, contempsimus [f]), et permulta neglеximus ipsius monita [5]), non gne neque tremuli et penitentes et lugentes [g]), personaliter niens in die, qua non speramus, et in hora, qua nescimus [6]), dicit: „Quid tu hic, aut quid tu hic? Quid hoc audio de te?“ t quare tu enarras iusticias meas et assummis testamentum eum per os tuum?“ „Existimasti inique, quod ero tui similis“ [7])? t utinam hodie adhuc, si vocem eius audiverimus, nolimus durare corda nostra! [8]).

Sed heu, fratres karissimi, ista meretrix, de qua sermo, e reliquit ducem pubertatis sue et pacti dei sui oblita est [9]),

---

[a]) *sup. lin. A manu auctoris (?).* [b]) in canonica sua 4 *ed.* [c]) *in A.* [d]) His *ed.* [e]) sint *ed.* [f]) et p., sed c. et *A;* contemnimus *ed.* [g]) dolentes (?) *D 1,* apucentes (?) *A.*

[1]) *Matth. XV. 8—9.* [2]) *Jacobi IV. 1—4.* [3]) *Cf. Isaiae LXIV. 6.* [4]) *Cf. Genes. III. 8.* [5]) *Cf. Deuteronom. XXI. 20* (monita nostra audire ntemnit). [6]) *Cf. Matth. XXIV. 50* (Veniet dominus servi illius in die, a non sperat, et hora, qua ignorat). [7]) *Psalm. XLIX. 16 et 21.* [8]) *Cf. br. III. 15* (hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra). [9]) *Cf. Proverb. II. 17—18.*

ita mollit[a]) sermones suos[1]) super oleum[2]), ita potens est irr tire nos suis multis sermonibus et blandiciis suorum labiorum ut affirmet scriptura de ipsa, dicens[4]): „Omnes, qui ingrediu tur ad eam, non revertentur, [f. 278[a]] nec apprehendent semit vite.“ Et secundum Ysaiam[5]): „Cor excecat populi et au eius aggravat et oculos eius claudit, ut non[b]) audiant audient et nolint intelligere, videant visione[c]) et nolint congnoscer Sanguisuge etenim due filie sunt[6]), scilicet ebrietas et fornicac que secundum prophetam Oseam aufferunt cor[7]).

Hec siquidem a d u l t e r a ad explendas suas fornicacion cupitas scit per operacionem Sathane[8]) o m n i p h a r i e s e d p i n g e r e et ornare et omne ornamentum, quod Jhesus cru fixus sue sponse karissime[9]) adaptaverat et spiritus eius orna celos[10]), omnium artifex[11]), eidem copulavit, illa, inquam, o nia ista mulier fornicaria preoccupavit et per se vendicavit, om modo possibili se nupte agni[12]) simulando et[d]) heu iam eande supprimendo, et, secundum quod supradictum est, i n d o n e i u s, q u a m s i b i s a p i e n c i a e d i f i c a v e r a t[13]), s e a b h m i n a b i l i t e r c o l l o c a v i t. Mulier stulta utique et clamo plenaque illecebris et nichil omnino sciens sedit[e]) in forib super sellam in excelso urbis loco[14]) super bestiam habente capita septem et cornua decem[15]).

Et[f]) ut manifeste[g]) sine proverbiis sensus elliciatur, m u l t i y p p o c r i t e f l o r e n t, omni specie virtutum decorati omni[h]) specie sanctitatis omnique splendore religiositatis, q sunt altissima et pinguissima pascua ecclesie[16]), occupant

---

a) mollivit *ed.* b) *sup. lin. A.* c) visionem *ed.* d) sed *ed.* e) sedet *ed.* f) etc. *ed.* g) vanitate *corr.* manifeste *A in m. alia ma* h) omnis *corr.* omni *A.*

1) *Cf. Proverb. II. 16.* 2) *Cf. Psalm. LIV. 1* (moliti sunt sermo eius super oleum). 3) *Cf. Proverb. VII. 21:* „Irretivit eum multis sermo bus et blanditiis labiorum protraxit illum“. 4) *Proverb. II. 19.* 5) *Isa VI. 10 (libere allatum).* 6) *Cf. Proverb. XXX. 15.* 7) *Cf. Oseae IV.* (fornicatio et vinum et ebrietas auferunt cor). 8) *Cf. II. Thess. II. 9* (operationem Sathanae). 9) *phrasis* sponsa carissima *significat ecclesiam sa torum et imago desumpta est de Cant. VII. 6:* „Quam pulchra es et quam dec carissima in deliciis.“ 10) *Cf. Job. XXVI. 13* (spiritus eius ornavit coel 11) *Cf. Sap. VII. 21* (omnium enim artifex docuit me sapientia). 12) *Apoc. XXI. 9* (sponsa uxor agni). 13) *Cf. Proverb. IX. 1; cf. supra p.* 14) *Cf. Proverb. IX. 13.* 15) *Cf. Apoc. XVII. 3.* 16) *de pascuis ub rimis scribitur in Ezech. XXXIV. 14.*

ultiplicati super numerum[1]. Saturati insuper filiis, diviserunt o voto suo reliquias suas parvulis suis et de absconditis Jhesu ucifixi adinpletus est venter eorum[2]. Et ita superbia eorum cendit semper[3], ut radios solis sibi substernant sitque eis ırum quasi lutum[4]. Et „omnis lapis preciosus operimentum ›rum" [5].

Capitulum septuagesimum octavum[a].

Queritur de paucitate sanctorum et recenset varias disputa- ›nes, quibus animus ipsius de relinquenda aut retinenda abominatione hinc inde impulsus sit][b].

Filii vero regni[6] et fideles assecle Jhesu crucifixi, nuli quoque[c] crucis ignominie, crucis humilitatis, simplicitatis, ıupertatis atque huius mundi diviciarum, deliciarum et honoris[d] glorie viriles contemtores ita sunt pauculi, ut racemi post ›lleccionem vindemie[7], ita absconditi[e], ut in fossa humi[8] titantes a facie ingruentis tempestatis[9]. Et ita preciosus est r super omne aurum obrisum[10], et ita deficit[f] sanctus[11], iam non sit propheta, et nos non congnoscat amplius[12].

Et tanta est[g] eorum tribulacio non ab extraneis, sed a ›mesticis hominibus, non a peccatoribus, sed in omni apparencia a sanctis, non ab indifferentibus, sed a suis superioribus rectoribus, non per manifestam crudelitatem, sed omni suaone et zelo iusticie et amore virtutis, persecucione colora-

11) Nota totum diligenter *A alia manu, sed coaeva (prout et supra infra).*

[a]) Cap.[m] LXXVIII *A in m. duabus manibus.* [b]) *ita inscr. in ed.* aemulique *ed.* [d]) honorum *ed.* [e]) absconsi *D 1.* [f]) desistit *corr.* ficit *A.* [g]) sit *A D 1 et ed.*

[1]) *Cf. Psalm. XXXIX. 6* (multiplicati sunt super numerum). [2]) *Cf. alm. XVI. 14.* [3]) *Cf. Psalm. LXXIII. 23.* [4]) *Cf. Job. XLI. 21:* „Sub o erunt radii solis et sternet sibi aurum quasi lutum." [5]) *Cf. Ezech. XVIII. 13.* [6]) *Cf. Matth. XIII. 38* (filii regni). [7]) *Cf. Isaiae XXIV. 13* cemi, cum fuerit finita vindemia). [8]) *Cf. Isaiae II. 10* (abscondere in ssa humo a facie timoris domini). [9]) *Cf. Proverb. I. 27* (cum interitus . . asi tempestas ingruerit). [10]) *Cf. Isaiae XIII. 12:* „Pretiosior erit vir auro homo mundo obrizo." [11]) *Cf. Psalm. XI. 1* (defecit sanctus). [12]) *Cf. alm. LXXIII. 9* (iam non est propheta et nos non cognoscet amplius).

ta[a]), non solum extra in corpore, sed intus in consciencia illa[b]), que est non depurans animum, sed plena contagione letali, non roborans in fide, sed infirmans, non a paucis[d]), s fere ab omnibus, non ab aliquibus, sed a communitatibus, n expedita, sed plena perplexitate[e]) et hesitacionibus ita, ut veritate, si fieri posset, eciam electi in errorem[f]) inducerentu et, nisi dies hii cito brevia[re]ntur, non fieret salva omnis caro

„Mei autem" in veritate „pene moti sunt pedes, pe effusi sunt gressus mei" [3]), „et nisi Jhesus crucifixus adiuviss me[g]), paulominus habitasset similiter in[h]) inferno anima mea" Sed piissimus meus et fidelis et absque ulla iniquitate[5]) d monstravit michi studia eorum et congnovi[6]). Congnovi, i quam, istius mulieris fornicarie[i]) faciem, quam sit t alliciens et illiciens vehementer nimis omnes, qui stant in a gulis platearum vel in occursu et in iniciis duarum semitar vie[7]), scilicet arte[k]), que ducit ad vitam et habet[l]) paucos p se transeuntes, et vie late, que ducit ad interitum et mult iam nimis continet suos viatores[8]) eo, quod ita est luci post eum strata[9]) et ordinata atque ornata et facta autenti exhibens se fidelem, quod fere, ut superius dictum est, omnib hominibus videtur recta. Via vero arta, ducens ad vitam c hoc, quod molestam et difficilem se exhibet, predicatur co muniter a christianis suspecta et periculosa et sic acclamat a singulis per viam latam incedentibus et estimatur ab hiis, se duces primum per eandem artam viam spoponderunt et, a essent comites per eam, promiserunt.

Verumptamen oravi ad deum et patrem domini m Jhesu Christi[10]), verbis suis fidelibus unacum libro biblie, ipsum sursum cum manibus elevando corde, et voce oris[m]) e

---

[a]) persecucionem coloratam *A.* [b]) ista *ed.* [c]) cogitatione *ed.* [d]) -a- *sup. lin. A.* [e]) perplexibilitate *ed.* [f]) -r- *sup. lin. A.* [g]) n *corr.* me *A.* [h]) et in *ed.* [i]) fornicalem *ed.* [k]) ante *(sic) ed.* [l]) habens *et infra* continens *A.* [m]) omni *ed.*

[1]) *Cf. Matth. XXIV. 24.* [2]) *Cf. Matth. XXIV. 22.* [3]) *Cf. Psa LXXII. 2.* [4]) *Cf. Psalm. XCIII. 17.* [5]) *Cf. Deuter. XXXII. 4.* [6]) *Jerem. XI. 18:* „Tu autem, domine, demonstrasti mihi et cognovi: tunc ost disti mihi studia eorum." [7]) *hic modus loquendi non provenit proprie de bib* [8]) *Cf. Matth. VII. 13—14.* [9]) *imago de ingressu Jhesu in Jerusa Matth. XXI. 8 desumpta.* [10]) *Cf. Daniel. IX. 4:* „Et oravi dominum de meum"

ımavi [1]), dicens [2]): „Domine et pater et [a]) dominator vite mee, derelinquas me in cogitatu et consilio eorum, nec sinas me dere in illa exprobracione [b]), que superponit in cogitatu meo gella et in corde meo doctrinam sapiencie, ut ignoracionibus rum non parcant michi [c]) et non appareant delicta illorum, ;] non adincrescant ignorancie mee et multiplicentur delicta ea et peccata mea habundent et incidam in conspectu [d]) adrsariorum meorum et gaudeat [super me] [f. 278b] inimicus eus. Domine pater et deus vite mee, ne derelinquas me in gitatu [e]) illorum [f]). Et excellenciam oculorum meorum non [g]) deris michi et omne desiderium maligni averte [a me]. Aufer me [ventris] concupiscencias, et concubitus concupiscencie ne prehendant me, et anime [h]) irreverenti et infrunite [i]) ne tras me."

Confiteor coram deo et Christo eius, quod ita vehementer udit et deludit illis [k]), super quos deus permittit, vel qui sunt ceptibiles, blandiens facies huius mulieris fornicarie, et ita nulat ac fingit indignam se esse nuptam Jhesu Christi, vel agis Sathan per suam operam altam et fraudulentam sic ornat et conponit, quod ego ab ineunte etate usque odo inter utraque dubitavi, quid eligendum aut quid endum, utrum sequi et inquirere beneficia et honores, cude et inpudice se ipsum ingerendo, quod et feci per pluri um, aut pocius exire extra castra portando paupertatem et properium Jhesu Christi [3]), an querere vitam quietam in prenti et satis mollem, vivendo cum multitudine pariter et in ce, an pocius adherere fideli et sancte ewangelice veritati, rum conmendare, quod fere omnes conmendant, consulere [l]), od multitudo consulit [m]), excusare et glozare [n]) scripturas [4]) ut multi nimis presentes magni, famosi, docti et quasi omni ecie sanctitatis et sapiencie induti excusant vel glozant, vel

---

a) *om. ed.* b) exprobatione *ed.* c) non parcat, * milia *(sic) ed.* d) conspectum *ed.* e) cogitata *corr.* cogitatu *A.* f) eorum *ed.* g) non *et ed.*, ne *biblia.* h) et a. *om. ed.* i) in frumento (?) *A*, infrenato *ed.* k) illos *ed.* l) confluere *corr.* consulere *A.* m) confluit *corr.* conit *A.* n) glossare *ed., ita et infra.*

1) voce exclamare *saepissime in biblia occurrit.* 2) *Eccli. XXIII. 1—6.* 3) *Cf. Hebr. XIII. 13:* „Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium s portantes." 4) *phrasis* excusare (et glossare) scripturas *tempori et imo ironico Janoviano proprie respondit.*

pocius viriliter accusare et increpare opera ipsorum infructuo tenebrarum[1]) et magis tenere sinceritatem veritatis verboru divinorum, que manifeste moribus presencium hominum co tradicunt et ipsos falsos fratres et conchristianos probant ostendunt. Usque modo, inquam[a]), me ipsum firmiter stabilire nescivi, utrum spiritum devocionis mee[c]) et ipsius su gesciones sequi debeam, quem indubitanter puto esse dei illum Jhesu divinum spiritum, qui michi manifes hec ista [ostendit] esse singula fictam speciem sanctitatis simulacionis[e]) huius vite carnalis christianorum amancium s culum, de quibus iam magnus sermo precessit, cum omn videam tota die suis concupiscenciis vivere et omnes, que s sunt, querere, non, que Jhesu Christi[2]), an sequi debeam sp ritum illius multitudinis infinite, qui[f]) optime et sapienter devote admodum, quiete et molliter conversantes, dicunt stare salubriter in Christo, magna diligencia et stren[n]uitate si servientes, sed alias nullam misericordiam, nullam caritate ostendentes, sed per omnia et ostentantes verbo, facto et pe suasione, quod sint huius mundi amatores eciam homines ple vanitate huius carnalis mansionis[g]), prout id prefer[un]t[h]) verb facta et ipsorum tota vita.

Fateor iterum, quod usque modo ita hec inter du claudicavi[3]), quod in una hora, viso decore amicorum hui seculi, diligenciam ipsorum et strennuitatem in Christi Jhe obsequio, laudavi quidem et me ipsum reprehendi, quod usq hodie non sum ipsos imitatus — et hoc ut plurimum in ma contingebat —, et eadem hora turbatus, discessi omnino ipsis et dolui, quod laudavi, videns iterum ipsorum vanitate continuatam et contrarietatem magnam virtuti et veritati Jhe et continuatis verbis et factis, que[i]) nuper strennue laudaba solo ore. Et hoc plurimum[k]) et per totam diem et dehinc p

---

22) Dominica secunda post Trinitatis super illa verba apostoli ad Ep seos VI°: „Induite armaturam dei, ut possitis resistere adversus insidias d boli“ *D 1 alia manu, sed contemporanea.*

a) in quo *seq. in A.* b) *om. ed.* c) *om. ed.* d) deum *A et ed.* e) simulationum *ed.* f) quae *ed.* g) invasionis *A;* mansionis *ed.* h) prefert *A;* praeferunt *ed.* i) quem *A et ed.* k) praelium *(sic) ed.*

1) *Cf. Ephes. V. 11:* „Et nolite communicare operibus infructuosis te brarum, magis autem redarguite.“ 2) *Cf. Philipp. II. 21.* 3) *Cf. III. R XVIII. 21:* „Usquequo claudicatis in duas partes?“

›tam vitam est hoc in ipsis videre: dant mane sua ora[a]) ad eum laudandum, — sed tota die idem os dant ad vana loıendum, vorandum, potandum, detrahendum; mane devoti et ıultum faceti, — tota die crudeles et cupidi ad habendum; ıane multum ordinate conplent horas, hoc summo opere ser-icium dei extollentes, — sed post prandium vana loquuntur[1]), ana cogitant et sequuntur ita, quod[b]) domini Jhesu non re-ıiniscuntur, usque ad vesperam terrena sapiunt[2]) et diligunt : illud multipliciter sunt excusantes, et quod illa oporteat fieri, : quoniam homines sumus, et cum ista fiant communiter et .] viris[c]) magnis et doctis et in facie honestis et devotis, et ım hoc fiat ex scripturis et eloquenter[d]) et cum racionibus et los[s]is excusacione[e]) omnium istorum et multorum similium[f]). t[g]) ideo intellexi, propter quod locutus sum, quod nisi deus eliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus et quasi Go-ıorra periissemus[3]). Et nisi dominus noster Jhesus occurat sin-ulari presidio, non evadat[h]) homo pollitam melle dulcedinis redicte meretricis faciem et arrisum et decepciones Sathane ıqueumque Antychristi.

Capitulum septuagesimum nonum[i]).

[Potentia Antichristi per mulieres, quarum illecebris sancti de-'cti sunt, significatur. Simul etiam fraudes et praestigiae Sathanicae sub Antichristo describuntur][k]).

Quod, nisi fallor, notavit veritas scripture per Zorobabel ıpientem, qui in exposicione sapiencie et fortitudinis veritatis, ıox quasi ex equo assumens fortem esse mulierem, ut magis[l]) ›ret ex [f. 279[a]] pressum, produxit in exemplum Apemen[m]), liam Besacis[n]), mirifici [regis] concubinam, iuxta[o]) regem seden-em ad dexteram regis et auferentem dyadema de capite regis et

2↓) Nota totum diligenter *A*.

[a]) hora *corr.* ora *A*. [b]) itaque *ed.* [c]) ut viris *ed.* [d]) -u- *sup. n. A.* [e]) excusante *(sic) A.* [f]) *ita A et ed.;* excusantibus omnia ista ɔc. ' *I.* [g]) *om. ed.* [h]) evadit *A;* evadet *ed.* [i]) Cap.[m] LXXIX *A in m. uabus manibus.* [k]) *ita inscr. in ed.* [l]) 3. Esdrae 4. *add. ed.* [m]) Apa-ıen *ed.* [n]) Bartaci *ed.* [o]) iuxta — de capite *om. ed.*

[1]) vana loqui *saepius in biblia legitur, ex. gr. Psalm. XI. 3.* [2]) *Cf. hilipp. III. 19.* [3]) *Cf. Isaiae I. 9 (cf. supra p. 297).*

inponentem sibi et[a]) palmis cedebat ipsum regem [et] super hoc aperto ore intuebatur eam [1]). Accedit eciam testimonium d hystoria de primo homine Adam, qui fuit limes et tocius pater [generis][d]) humani [2]), qui est confessus a muliere esse s deceptum [3]); dehinc de fortissimo Sampsone [4]) et de victoriosis simo rege David et propheta [e]) maximo ac viro secundum co dei electo [5]) et tunc de[f]) sapientissimo Salomone [6]), quoru omnium virtutem efficacia mulieris enervavit[g]) quod est despeccius, mulieres peccatrices et non sponse vel co iunges, sed concubine et fornicarie.

Nullum enim talium[h]) vel simile precessit de sponsa v uxore non violata, quia ipsa, secundum fidem et veritatem am bulans, sinceram prolem maxime et salutarem intendit et no blanditur viciose. Sed[i]) mulier fornicaria, capciose arriden mollit sermones [7]) et amplius delicatam et iocundam se exhib uxore[k]), ut alliciat, advocet[l]) et captivet parvulos et vecord atque simplices per viam transeuntes [8]). Ideoque adultera am plius multo adhibet diligenciam se ordinare[m]) et ornare et su fucis colorare [9]) quam illa, que intendit solum fidem co thoralem.

Hec autem omnia eis contingebant in figura et modo sint parabolice ad propositum allegata ad innuendum, quam fo titer et omnipharie picturate Antichristus nunc d cipit maxime[o]) nos clericos et sacerdotes[p]) per op racionem Sathane [10]) in omnibus portentis et signis [11]) et omni decepcione et maxime per faciem valde in aspectu su apparentem extrinsecus disposicionis, ordinacionis[q]) christian rum nec non tocius habitudinis ipsorum, per multitudinem y

---

[a]) in *A*, et *ed. et biblia.* [b]) Et super haec *ed. et biblia.* [c]) *om.* [d]) *om. A.* [e]) regei Davide, propheta *ed.* [f]) *sup. lin. A.* [g]) enara *corr. posterius* ener- vavit *A.* [h]) tale *ed.* [i]) sicut *ed.* [k]) uxor *A.* [l]) noceat *(sic) ed.* [m]) ordinate *A.* [n]) sunt *ed.* [o]) primum *ed.* [p]) n sacerdotes, dehinc simplices *ed.* [q]) et ordinationis *ed.*

[1]) *Cf. III. Esdrae IV. 29—31.* [2]) *Cf. Genes II. 7.* [3]) *Cf. Gen III. 12.* [4]) *Cf. Judic. XVI. passim (de Samsone a Dalila detonso).* [5]) *II. Reg. XI. passim (de rege David adulterium et homicidium committente).* [6]) *Cf. III. Reg. XI. passim.* [7]) *Cf. Proverb. II. 16.* [8]) *Cf. Proverb. IX.* [9]) *Cf. Sap. XIII. 14* (rubicundum faciens fuco colorem ipsius). [10]) *II. Thess. II. 9* (secundum operationem Sathanae). [11]) *Cf. Deuter XXXIV. 11* (in omnibus signis atque portentis).

critarum cum summa diligencia illud procurantem, ut[a]) omnia, e[b]) sunt afforis, appareant hominibus iusta, sancta et speciosa nquam sepulchra ab extra dealbata[1]), tamquam lupi in veste ili venientes[2]), tamquam abhominacio in templo dei collocata locata[3]), quasi poculum aureum, sed abhominacionibus re- tum et cum inmundicia fornicacionum[4]).

Non tamen dico, quod hii huius modi primum intendant de- ocionem vel seduccionem ullam ad partem Sathane vel Anty- risti, sed solum summa est intencionis ipsorum amor [honoris][c]) vita quieta huius carnis cum spe salvandi in eternum et lu- ındi[d]) multa in hoc mundo pro sua sufficiencia, gloria et nore et suorum amicorum. Sed Sathan et septem ne- iores spiritus[5]) per ipsos et eorum talem simu- cionem vel yppocrisim de directo intendit multos ios parvulos in Christo[6]) et vecordes[7]) seducere fermentare simili simulacione et amore huius vite carnalis m spe salvandi in eternum, sciens optime, quod per hoc ıgnam iniuriam faciet virtuti Christi Jhesu et ipsius fidei et ritati et quod hii tales seculi amatores christiani omnino a e sua in fine frustrabuntur, quia[e]) plane et per directum vite angelice et doctrine christiane contradicunt. Wlt insuper per c infirmare sanctos in ipsorum sancto proposito, vult resol- re peccatores ardue de suis peccatis penitentes, wlt de- llare predicatores sanctos et zelatores virtutis et veritatis Jhesu ıcifixi, vult obnubilare verba divina et monita sanctorum et orum virtutes, wlt inducere tepiditatem in dei ecclesiam, wlt ıctos dei presentes excecare et suaviter ipsos retrahere et enter, ut spiritui sancto contumeliam faciant[8]), in[f]) disciplina axati. Conatur subtiliter calicem domini Jhesu et calicem de- oniorum co[n]miscere[9]) et ita facere abhominabile. Satagit orate amorem huius vite secularis cum amore Christi copu- e, amorem diviciarum cum[g]) paupertate condicionis christiane,

---

a) ut ab extra dealbata omnia sunt *A ante corr.* b) *in m. A.* c) *add. editore.* d) lucra dei *D 1 et ed. (sic).* e) et quod hii tales *seq. in* *sed del.* f) aut in *D 1.* g) amore (?) *seq. in A, sed del.*

1) *Cf. Matth. XXIII. 27.* 2) *Cf. Matth. VII. 15.* 3) *Cf. Daniel.* *27.* 4) *Cf. Apoc. XVII. 4.* 5) *Cf. Matth. XII. 45.* 6) *Cf. I. Cor.* *1.* 7) *Cf. Jerem. IV. 22* (filii insipientes sunt et vecordes). 8) *Cf.* *r. X. 29* (spiritui gratiae contumeliam facere). 9) *Cf. I. Cor. X. 20.*

gloriam mundi et sequelam honorum[a]) cum humilitate et a ieccione crucis Jhesu Christi, delicatam vitam et quietam c amara penitencia pro peccatis vel labore in[b]) virtutibus et p sionibus Jhesu Christi. Subtiliter in christianis nititur sociare e amiciciam huius mundi cum amicicia dei, caritatem dei c concupiscencia carnali, sapienciam carnis, que deo est inimica et semper contenciosa et superba, cum sapiencia dei, virtu humanas et iusticias, que sunt quasi pannus menstruate[2]), co iungere cum virtute Jhesu Christi, ut eciam caro in se glorietur Etenim scit hoc valde Sathan, quod per talem copulacionem estimacione et in[d]) animo christianorum et admissionem[e]) ist rum simul totum residuum [erit][f]) abhominabile Jhesu Chris Scriptum quippe est[4]): „Que convencio Christi ad Belial? A que participacio lucis ad tenebras?“ Conatur per hoc inimic spiritus inducere, ut christiani boni, in multitudine tepidor talium yppocritarum et sibi blandiencium [f. 279b] existent in caritate eciam ipsi refrigescant, et cum parva bona faciu estiment se iam magna effecisse, multitudini talium carnali conparantes. Wlt, inquam, inducere, ut christiani sic paulat decidant modica negligentes, donec habundancia iniquitatis s beantur, et tunc magna facientes mala in commune et in mul iam mala esse non reputent, vel non putent tanta esse ma que communiter faciunt, multitudine similia faciencium ipsos c umbrante et cecante. Et ex hoc eis dyabolus conponit[g]) mul plices defensiones iniquitatum suarum et excusaciones con se corrigentes.

Scit[h]) bene dyabolus, quod nichil potest habe commune cum Christo et quod nullum sibi ius iam co petit in christiano. Et idcirco, quod potest, vel modicum accip ut suum pedem ponat ibi et dehinc totum residuum reddat a hominabile et amarum domino fideli Jhesu Christo, qui[i]) q totum obtinet et totaliter de iure multipliciter acquisito et p creacionem et per redempcionem, ideo in nullo vult nec pot

---

14) Decepcio dyaboli *A alia manu.* 30) Nota *A alia manu.*

[a]) horum *ed.* [b]) vel *ed.* [c]) *om. D 1.* [d]) *om. D 1.* [e]) adm sione *ed.* [f]) *om. A.* [g]) conponat *(sic) A.* [h]) enim *add. D 1.* [i]) quod *ed.*

[1]) *Cf. Rom. VIII. 7.* [2]) *Cf. Isaiae LXIV. 6.* [3]) *Cf. I. Cor. I.* [4]) *II. Cor. VI. 14—15.* [5]) *Cf. Matth. XXIV. 12* (refrigescet charitas)

ortiri in homine vel commune habere cum Antychristo et ipus spiritu mundiali. Wlt nempe Christus vel totum habere ominem sibi digne dicatum, aut nichil. Et[a]) ideo scriptum est[1]): Coangustatum est [enim] stratum, [ita ut alter decidat], et reve est pal[l]ium, utrumque operire non potest." Et veritas t[2]): „Aut facite arborem bonam et fructum eius bonum, aut borem malam et fructum eius malam."

Hoc itaque nimis bene scito, Sathan circuit[b]) subliter christianos cum omni genere decepcionum et axime in[c]) hiis, que sunt an[n]exa Christo vel cultui ipsius, : aliquid vel saltem in modico admittatur sue concupiscencie rnalis vel secularis et vane gloriacionis aut erroris, sciens, iod mox totum residuum sibi remanebit spretum a deo vero, iesu Christo. Scit namque pro se allegare scripturam, que cit[3]): „Offendat autem christianus in uno, factus est omnium us", et quod modicum fermenti totam massam corrumpit[4]), illud, quod ab apostolo dicitur[5]): „Non potestis calicem hristi bibere et calicem demoniorum."

Non itaque carnales christiani vel quilibet yppocrite b forma religionis intendunt seducere aliquem ad seculum el ad Antychristum, ymmo irascuntur Antychristo, sed lum amant hunc mundum et ea, que sunt in mundo, propter am vitam quietam et habundantem, sequentes suam propriam luntatem. Et cum isto fundamento credunt se bene Jhesu ucifixo posse conplacere et cum magno studio conantur sibi servire, hereticos expugnantes et alios, qui non similia timant, yppocritas nuncupantes, deridentes et persequentes. uapropter expectant Antychristum unum aliquem corraliter ad litteram et manifeste advenire et non intendunt si, nisi verum[d]) Christum confiteri, sed fide mortua et solo rbo et cum amore sue proprie voluntatis. Sed spiritus magnus seu Sathan, qui est spiritus Antychristi, conponit ex sis Antychristum et secundum altitudinem suam et subitatem nimiam operatur per ipsos tales tribulacionem sanctis i nimis magnam valde subtiliter et operte, dulciter et colo-

---

a) *om. ed.* b) scit Sathan, circumit *ed.* c) cum *ed.* d) utrum *r.* verum *A.*

1) *Isaiae XXVIII. 20.* 2) *Matth. XII. 33.* 3) *Jacobi II. 10.* 4) *Cf. Cor. V. 6.* 5) *I. Cor. X. 20.*

rate, ut illi, qui sunt veri christi, a conchristianis paciantu quasi ipsi sint Antychristri[a]), et illi, qui veri sunt catholici, conchristianis, sed contrariis Christo, et per consequens et Anty christis, heretici reputentur et puniantur per multorum falsorun inieccionem; ut pauperes christi per divites conchristianos con culcentur, ut devoti et ferventes yppocrite pessimi[b]) iudicentu ut mites[c]) christi et lugentes a christianis crudelibus pellantu et multipliciter molestentur, et ut multipharie multisque modi sancti dei seducantur ad amorem huius mundi et varia vicia iterum per crimina et malam vitam affligantur in corpore in consciencia, in persona et in nomine et in suis omnibu quibus[d]) domino Jhesu conantur conplacere, retrahantur et re tardentur atque inpediantur, et sic de aliis[e]). Et cum istud com muniter fiat non[f]) in paucis et fiat quoque sub colore et zel rectitudinis et fidei christiane vel religionis vel aliis multis oc casionibus et persuasionibus ad instar racionabilibus, tunc e **tribulacio Antychristi**, quam Sathan intendit per sepe dictos[g]) amatores seculi huius christianos inducere et pe demoniorum operacionem novissimam hanc multiplicare conflare.

Capitulum octogesimum[h]).

[Explicantur verba Apocal. XVII.: [Nomen] scriptum: My sterium Babylon magna. Item 18. cap.: Reddite illi, sicut reddidit vobis, etc.][i]).

Itaque dicto de scriptura facta in fronte meretricis [1]), viden dum est de eo, quod dicit[2]): „**Scriptum nomen: Misteriu id est**[k]) **nomen occultum vel absconditum.**“ Quo **yppocritis bene cogruit**, qui aliud nomen et manifestu habent coram hominibus in hoc mundo, et aliud nomen cora deo in[l]) ipsius occulto iudicio. Nomen habent coram hominibu

---

25) Nota totum bene *A*.

a) *om. ed.* b) piissimi *ed.* c) cives *ed.* d) in quibus *ed.* e) et sic de aliis *om. D 1.* f) et non *D 1.* g) per se dictos *D 1 post co* h) Cap.m LXXX *A in m. duabus manibus.* i) *ita inscr. in ed.* k) *A et ed. minus recte.* l) in — coram deo *om. ed. (sic).*

1) *Cf. supra c. 74, ubi versus praecedentis explicatio inchoata est.* 2) *Cf. Apoc. XVII. 5.*

od sint et vivant, sed coram deo, qui scit opera ipsorum, men habent, quod sunt mortui. Unde scriptum est [1]): „Scio era tua, quia nomen habes, quod vivas et mortuus es." Ypcrite igitur habent nomen in mundo altum et dignitatis et publico, et illud ipsis valde blanditur et redolet magis quam guenta [f. 280a], cum bul[l]iunt [2]), sed in veritate coram deo bent scriptum nomen in occulto, supple [a]) coram ipsis et undo, abhominabile. Coram hominibus dicuntur episcopi et elati et inscribuntur, sed coram deo pastor et ydolum derequens gregem [3]); coram hominibus christi dei, coram deo tychristi; coram hominibus viri prudentes et magistri et docres, coram deo infatuatum sal, proiectum in sterquilinium [4]); ram hominibus gerunt et ostentant se ipsos, ut nuptam agni natam viro suo [5]), coram deo ut meretrix clamosa et stulta, chil omnino sciens [6]) et sedens super bestiam [7]); coram hominis oves propter extrinsecum apparatum et gestus ovinos, ram deo [b]) lupi rapaces propter intrinsecam rapidam cruelitatem [8]).

Homines etenim nomina inponunt secundum ea, que [ap]arent, deus autem intuetur cor [9]) et omnem ambitum inrioris hominis, et secundum hoc nomen homini inponit secundum illud ipsum iudicabit, et ipsum est nomen eius, od gestat [c]) homo scriptum in fronte sua, per quod notus est eo et angelis eius bonis; in fronte, dico, sicut [d]) supra notam est [10]), id est in primo et principali suo proposito vite sue. erbi gracia, si homo christianus querit primum regnum celom et iusticiam eius in amore [e]) Jhesu crucifixi, inde habet omen scriptum in fronte, id est omnibus, que cogitat, nsiderat, loquitur, vel primum et ante omnia [f]) rigide et inne apprehendit hoc agere in nomine domini nostri Jhesu risti et ad gloriam et assecucionem regni dei. Et tunc est

---

a) nomen et in occulta specie *ed.* b) omnino *add. ed.* c) *ras. A.* d) sicuti *ed.* e) amorem *A*; amore *ed.* f) *ras. A.*

1) *Apoc. III. 1.* 2) *Cf. Job. XLI. 22.* 3) *Cf. Zachar. XI. 17:* „O, stor et idolum, derelinquens gregem." 4) *biblia non loquitur hoc modo oluto, dicens tantum, Matth. V. 13:* „Vos estis sal terrae. Quod si sal anuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras et nculcetur ab hominibus." 5) *Cf. Apoc. XXI. 2.* 6) *Cf. Proverb. IX. 13.* 7) *Cf. Apoc. XVII. 3.* 8) *Cf. Matth. VII. 15.* 9) *Cf. I. Reg. XVI. 7.* 10) *Cf. supra c. 74.*

dictus, ut paulo ante dicebatur, sponsa agni[1]), christus d lapis vivus in templo dei[2]). Si autem christianus querit, que s sunt[3]), et amat hoc seculum et in eo requirit vocari suum n men, velud plurimum clero et sacerdotibus nobis modern conti[n]git[a]), et ideo primum in apprehensiva nostra, primum illud nobis occurit in cogitacione, in desideriis, in verbis, operibus, et tunc dominus Jhesus est nobis postea, scilicet eciam post hec sibi conplaceamus et serviamus, tunc, licet nob de applausu populi et fama bona et gloriosis titulis in e clesia blandiamur, utpote de magisterio et quod papa, ep scopus, archidyaconus, decanus, sacerdos, dyaconus vel cete vocitamur, tamen omnino „in fronte scriptum" baiulamus, qu sumus meretrix fornicaria et Antychristus, filius in quitatis[4]), et abhominacio in templo constituta[5]). Verumptame quia hec nomina scripta „in misterio dei", id est in iudicio i sius de nobis secundum infallibilem veritatem, nos adhuc n valde timemus et dissimulamus, nostra mala yppocrisi ferme tati et excecati. Non enim nomen, quod homines inponu rem ipsam, cuius est nomen, adequate proprie et definit exprimit, quia homines ad hoc[d]) non prevalent, ut rem co gnoscant proprie et adequate, sed nomen, quod deus rei a homini inponit, illud est nomen eius, qui proprie, adequate v diffinite[e]) rem congnoscit; et idcirco non[f]) illa nomina, quib nos[g]) homines vocitant, sunt nobis propria nomina adequa sed ea nomina, quibus nos deus congnovit inscribendos.

Sequitur illud nomen: „Babylon magna"[6]). Hic istud conplexum „Babylon magna" per omnia idem significat et e dem modo debet[i])[7]), sicut superius expositum[k]), exponi, quo est meretrix „magna" vel quare est dicta „magna" meretrix. dictum est[8]), quod per hoc innuitur[m]) et magnitudo habu

18) Imposicio nominis *D 1*.

[a]) contigit *(sic) A.* [b]) *om. ed.* [c]) non *seq. in ed.* [d]) ad h *A et D 1;* adhuc *ed.* [e]) diffinite *A,* definite *ed.* [f]) iam *add. ed.* [g]) vos *corr.* nos *A.* [h]) illud *ed.* [i]) opponi *ed.* [k]) est *add. ed.* [l]) quomodo *ed.* [m]) et innuitur *A.*

[1]) *Cf. Apoc. XXI. 9 (cf. supra p. 345).* [2]) *Cf. I. Petri II. 4.* [3]) *Philipp. II. 21.* [4]) *Cf. Psalm. LXXXVIII. 23.* [5]) *Cf. Daniel. IX. 27.* [6]) *Cf. Apoc. XVII. 5.* [7]) *vide supra p. 225.* [8]) *vide supra p. 216.*

ancie iniquitatis et multitudo nimia[a] suppositorum hominum eccancium nimis in ecclesia carnalis populi christiani.

Sed superadditur „Babylon" propter suam interpretaionem et connotacionem illius, quod sepe superius dictum est[1]), :ilicet simulacionis vel conposicionis aut pocius confusionis, uam yppocrite in se ipsis et in ecclesia facere nituntur, videcet amoris sue anime cum amore Jhesu crucifixi, caritatis dei um propria concupiscencia, [confundentes] gloriam in hoc iundo et divicias atque delicias ipsius cum ignominia et huilitate crucis Christi vel cum gloria huius Jhesu crucifixi et iviciis regni celestis et amaritudine penitencie pro peccatis. Et um sic hec utraque obtinere et insequi estimant et nituntur, on aliud nisi abhominacionem Christo Jhesu in templo ipsius onstituunt[2]) et „magnam Babylonem", id est confusionem aut nam chimeram secundum modum loquendi, id est talem em existimant se facere, que nec est nec potest esse in rerum atura, cum volunt in se et in aliis inconponibilia[b]) omnino et idignissima alterutrum atque vehementer contraria exponere tenere, de quibus satis supra est deductum[3]).

Et pro eo eciam a veritate scripture pagani tyrani vel iperatores sunt per bestias designati, que sunt in ordine ature communis per deum create[c]), ut per hyrcum, per arietem similia, ut habetur in Danyele[4]) et alias, quia tales[d]) gentiles, im sint a nativitate sua et omnino animales, non faciunt monra, sed viciosas bestias, nec abhominacionem, sed expressam nudam iniquitatem. Sed christiani iniqui, et maxime sardotes et populorum rectores, sunt designati non per bestias, ie habentur in natura, sed per monstra terribilissima, [f. 280a] ie nec sunt nec possunt esse in natura et[e]) secundum ordinem aturalem, quia in veritate ipsi sunt, qui monstrum vel abhoinacionem terribilem in toto universo facere contendunt. Verbi acia si paganus est iniquus, hoc est quidem malum, sed non onstrum, quia talis natus[f]) est filius ire dei[5]) et ita eciam

---

[a]) nimiarum *corr.* nimia *A;* omnium *ed.* [b]) inconpossibilia *A.* creati *A.* [d]) *om. ed.* [e]) *om. ed.* [f]) notus *ed.*

[1]) *vide supra p. 252, 262, etc.* [2]) *Cf. Daniel. IX. 27.* [3]) *vide supra* *56.* [4]) *Cf. Daniel. VIII. 20 et 21* (aries = rex Medorum atque Persarum, rcus caprarum = rex Graecorum). [5]) *Cf. Ephes. II. 3* (et eramus et nara filii irae, sicut et ceteri),

operatur, nec umquam deo vero adhesit nec promisit; sed du christianus, qui accepit iam graciam et filiacionem a deo ve et domino Jhesu Christo per baptismum et cum talem se gere et credens et confitens, ubi[cum]que[a]) est, cum hoc iniquus et inpie agit, illud est terribile monstrum, velle facere, qu nullo modo potest esse in natura, quia iniquitas et deus, fili dei et filius dyaboli, spiritus dei[c]) et spiritus malignus nequ quam sociantur, sicut scriptum est[1]): „Que societas Christi Belial", et cetera huius modi.

Tamen inpius[d]) christianus simplex et plebei est quidem monstrum terribile et pertinet ad bestiam pr fatam capitum septem et cum decem cornibus[2]), sed non abhominacio usquequaque, nec est abhominacio in templo constituta, nec eciam Antychristus, sed [si][e]) sacerdos est inpi et carnalis vel alias rector in dei ecclesia ceterorum conch stianorum, ita utique[f]) illa terribilis et monstruosa best est iam in locum dei summi posita et ad hoc[g]), ut a filiis d scilicet[h]) sanctis christianis, veluti deus in terris adoretur honoretur, et ad hoc, ut talis horribilis bestia sorciatur laude dei summi et ipsa pociatur, existens in loco[i]) sacerdotali, si scriptum est[3]): „Dedit ei fungi sacerdocio et habere laudem nomine ipsius."

Et cum si talis bestia mistica, monstruosa habeat contre tare et dispensare sacramenta dei summi, coram quib angeli dei contremiscunt, vel pocius dum talis conculcat sang nem[4]) agni inmaculati, filii dei omnipotentis, Jhesu Christi[5]), dum talis bestia sic monstruosa habet regere filios dei et dei ang los[6]) opprimere, licet fraudulanter, et similes sibi bestias mo struosas in cathedras promovere et regimen sanctorum, illa pla est abhominacio sic terribilis, quod terribilior cog tari [non potest]. Est[k]) abhominacio horribiliter abhominabi et abhominabiliter horribilis in templo dei constituta, prop

---

[a]) ubique *A D 1 et ed.* [b]) iniqus *A et D 1.* [c]) et sp. dei *ed.* [d]) Et huiusmodi tamen impius *ed.* [e]) Sed si *ed.;* si *om. A* [f]) utique *ed.;* quod *A.* [g]) adhuc *ed., ita et infra.* [h]) id est *ed.* [i]) dei *add. ed.* [k]) et

[1]) *II. Cor. VI. 15:* „Quae autem conventio Christi ad Belial?" [2]) *Cf. Apoc. XVII. 3.* [3]) *Eccli. XLV. 19.* [4]) *Cf. Hebr. X. 29* (qui fili dei conculcaverit et sanguinem testamenti pollutum duxerit). [5]) *Cf. Petri I. 19* (sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi et inco taminati). [6]) *allocutiones bibliae haud rarae.*

iam spiritus domini Jhesu et ipsius angeli templi dei cathe- as suas omnino reliquerunt[a]) et desertatam ecclesiam et di- :tam civitatem plenam populo, dominam gencium, dignam[b]) per se gemitibus et planctu solam sedere reliquerunt[1]). Quis mque potest cogitare illud, quod spiritus Jhesu posset cum li abhominacione in uno et eodem templo habitare? Absit[2]) c a cogitatu!

Cum igitur talis monstruosa bestia mistica et nimium terri- lis abhominacio summam cathedram vel summas sedes tam auctoritate et potestate seculari quam spirituali [occupave-], per ecclesiam multiplicatis nimis inpiis in[c]) regimine super nctos dei et[d]) usque ad summum obtento regno ecclesie per dei rmissionem et desolacionem a spiritu Jhesu crucifixi, tunc[e]) est sa illa magna meretrix sedens super bestiam coc- neam, habens aureum poculum in manibus et habens nomen riptum in fronte: Misterium, Babylon magna[3]) et confusio orrenda abhominacionis in templo dei vivi[4]), id est summum gimen in dei ecclesia hominum christianorum, sacerdotum, nicorum huius mundi et amatorum eorum, que[f]) sunt in hoc undo, scilicet diviciarum, deliciarum, glorie et honoris.

Et cum ita in summo gradu suo agebantur, domino Jhesu rmittente, tunc pertransivit et pertransit adhuc, id est pre- rit ille summus et famosus Antychristus[5]) et ipsius i conantychristi[g]), et tunc eciam tribulacio maxima[6]) in nctos dei desevivit[h]), qualis numquam precessit, nec depost t futura, ut eciam, si fieri posset, electi dei[i]) in errorem in- icantur[7]).

O, altitudo Sathane, quam es magna, quam es[k]) de- ptoria, quam subtilis, quam spiritualis, quam nobilis[l]), quod iam verbum dei posuit te in questionem, dicens[8]): „Quis

[a]) relinquerunt *A*. [b]) magnam *ed.* [c]) eciam (?) *A; in ed.* [d]) obtineat *ed.* [e]) vere *ed.* [f]) qui *(sic) A.* [g]) coantichristi *ed.* [h]) desaevit *ed.* *om. ed.* [k]) *om. D 1;* est — est *A D 1 et ed.* [l]) *corr. ab ed.;* novit *A*.

[1]) *Cf. Thren. I. 1:* „Quomodo sedet sola civitas plena populo, facta quasi vidua domina gentium ɔc." [2]) *haec interlocutio saepissime in lia legitur.* [3]) *Cf. Apoc. XVII. 3—5.* [4]) *Cf. II. Cor. VI. 16* (templum vivi). [5]) *biblia non loquitur de summo Antichristo, sed plane de Anti- isto; conceptus summi Antichristi, i. e. papae provenit de scriptis tempore gni schismatis compositis.* [6]) *Cf. Apoc. II. 22* (in tribulatione maxima nt); *aliter voces* tribulatio maxima *in biblia non leguntur.* [7]) *Cf. Matth. IV. 24.* [8]) *Apoc. II. 24* (qui non cognoverunt altitudines Satanae).

novit altitudinem Sathane?“ O, potestas terribilis, potestas sevi sima, habens omnia arma, potestas iniquissima et nocentissim eciam sanctis angelis et filiis dei[1]), potestas, inquam[a]), ten brarum[2]), que deum et dominum suum in medio sui crucifix et adhuc crucifigit, potestas, voco[b]), huius abhominacionis, po testas Antychristi, que sola est tanta[c]), ut in malicia [poss gloriari, et tam potens iniquitate[d])[3]), ut vere non sit potest super terram, que possit ei conparari[4]), et hec est potest yppocritarum et amicorum huius mundi, cum regimen sanc ecclesie obsederunt, nimia multitudine ipsorum eis in id ipsu sufragante.

Hec, inquam, est altitudo[e]) et fuit Sathane admirabilis ab nullo[f]) homine cogitabilis, que tantum per yppocritas et am cos vite huius profecit, et egrediens a facie vindicte dei, Jer salem decepit, existens spiritus in ore omnium prophetarum quod ecclesia talium carnalium christianorum magn nimis et per totum mundum dilatata [f. 281ª] et super omne numerum multiplicata[6]) laudet[g]), quiescat, conmedat et bib et dormiat, nubat et nuptui tradat[7]), secura et consolata, a sorbens flumen[8]) tocius prosperitatis huius mundi, deliciaru diviciarum et glorie ac honoris et non miretur[h]) et habe fiduciam magnam, quod eciam vitam eternam et torrentem v luptatis obtinebit[9]), sicut in diebus Noe[10]), donec dies domi veniat et ira super eam ut laqueus, super quem apparet[i]) fruitur dulcis cibus[k]) et latet hamus absconditus sub deliciis aufert[l]) omnes quasi locustas a facie terre ventus urens[11]).

---

a) iniqua *ed.* b) nota *ed.* c) causa *ed.*; est *seq. in A.* d) in i quitate *ed.* e) scilicet *seq. in ed.* f) ab ullo *A*; a nullo *ed.* g) laudat h) miratur *A*; minoratur *ed.* i) superveniens et non apparens *ed.* k) dictis cibis *ed.* l) auster *ed.*

1) *voces notabiliter biblicae.* 2) *Cf. Lucae XXII. 53* (potestas te brarum). 3) *Cf. Psalm. LI. 1:* „Quid gloriaris in malitia, qui potens es iniquitate?“ 4) *Cf. Job. XLI. 24:* „Non est super terram potestas, q comparetur ei.“ 5) *Cf. III. Reg. XXII. 21—22:* „Egressus est autem sp tus et stetit coram domino, et ait: Ego decipiam illum. Cui locutus est minus: In quo? Et ille ait: Egrediar et ero spiritus mendax in ore omni prophetarum eius etc.“ 6) *Cf. Psalm. XXXIX. 9* (multiplicati sunt su numerum). 7) *Cf. Matth. XXIV. 38* (comedentes et bibentes, nubentes nuptui tradentes). 8) *Cf. Apoc. XII. 16* (absorbuit flumen). 9) *Cf. Psa XXXV. 9:* „Inebriabuntur ab ubertate domus tuae et torrente voluptatis t portabis eos.“ 10) *Cf. Matth. XXIV. 37* (sicut in diebus Noe). 11)

In tantum namque est altitudo Sathane operata, quod multitudo huius modi christianorum, amicorum huius mundi, omnibus copiis domini Jhesu saciata, omnibus splendoribus sanctorum adornata, omnibus bonis naturalibus et fortuitis, donatis et acquisitis dilatata et totam se[a]) pulchram et felicem circumspiciens, gaudeat et glorietur, dicens in corde suo[1]): „Sedeo ut regina, et vidua non sum et luctum non videbo." Et tale nomen obtinet in facie huius mundi et suorum amatorum, cum quibus fornicatur, talem ipsam acclamabant[b]) nuper omnes reges et principes et mercatores[2]), et magni et parvi, domini et servi, et hoc nomen ipsius gloriosum per mundum universum. Et ecce, quid factum est ab altitudine Sathane? Ecce[c]), ad quid devenit, quod tunc ostensa est in spiritu et veritate per omnia modo contrario coram Jhesu crucifixo se habere, ut per multa supra est deductum[3])? Visa est siquidem magna meretrix, que se non[d]) esse viduam deplangere nescivit et conpati suo dilecto pro se in cruce lacerato et occiso, vidua siquidem in deliciis se ponens, iam vivens mortua[4]) et mox relinquit ducem pubertatis sue et pacti dei sui obliviscitur[5]), et tunc est quasi sibi inevitabile, quin primam fidem irritam [sit] faciens[6]) et fornicetur. Sic est omnis christianus[e]) amans suam animam in hac vita[7]), ita eciam tota simul talium multitudo. Scit equidem hec et multo[f]) plura et potest altitudo Sathane operari in[g]) deo ingratis christianis. Propterea fidele est proverbium Salomonis christiano[8]): „Melius [est] ire in domum luctus quam in domum convivii; in illa enim vivens homo cogitat, quid futurum"; et notanter christiano, quia nos christiani sumus viduati vel vidua semper, quamdiu[h]) sumus in hoc

---

[a]) sic *ed.* [b]) adamabant *ed.* [c]) Igitur, ecce *A.* [d]) *om.* *ed.* [e]) Sic est conchristianus *ed.* [f]) multa *ed.* [g]) in ingratis *ed.* [h]) quum *ed.*

Difficillimum huius periodi biblica elementa statuere, quia sunt diversissima; cf. Joel. II. 31 (antequam veniat dies domini magnus et horribilis) *et Sophon. II. 2* (antequam veniat super vos ira furoris domini, antequam veniat super vos dies indignationis domini); ira super eum ut laqueus *in biblia non invenitur, non minus phrasis sequens; ad ultimam phrasin cf. Exodi X. 13* (et mane facto ventus urens levavit locustas). [1]) *Cf. Apoc. XVIII. 7.* [2]) *Cf. Apoc. XVIII. 3.* [3]) *vide supra c. 12 sq.* [4]) *Cf. I. Tim. V. 6:* „Nam quae in deliciis est, vivens mortua est." [5]) *Cf. Proverb. II. 17—18.* [6]) *Cf. I. Tim. V. 12* (primam fidem irritam fecerunt). [7]) *Cf. Joann. XII. 25:* „Qui amat animam suam, perdet eam." [8]) *Cf. Eccle. VII. 3.*

corpore, quia peregrinamur a domino[1]) nostro et dilectissin nostro Jhesu, filio dei, pro nobis occiso a Judeis.

Insuper pro eo, quod gloriatur se sedere ut regina cora hominibus ista carnalis multitudo christianorum, amicorum hui mundi, in splendore et prosperitate huius vite, visa est in sp ritu et veritate et coram deo meretrix magna sedere s per bestiam sanguinolentam, cruentam et septem capitum decem cornuum[a]) monstruosam[2]), cui sic crudeli et mo struose[b]) bestie oportet meretricem blandiri et adulari, n audens os aperire neque eam regere, ne subito et horren excuciatur a bestia et quies eius dirrimatur[c]) vel fornicacio i pediatur. Et quia blanditur coram hominibus in mundo et nimia multitudine sibi applaudencium pseudoprophetarum dicencium[3]): „Pax, pax", ipsamque beatificancium et dicenciu „Beatissima mater, beatissime pater", heccine inclinata est civ tas[4]) et magni decoris sibi in purpura et coccino et quod e inaurata et omni precioso lapide[5]) a suo dilecto[6]), Jhesu cruc fixo, sic vestita[d]), qui factus est iam ei tamquam mortuus corde[7]). Consolatur insuper et gratulatur voce, quod habeat i potestate sua plena[e]) „aureum poculum", id est omnem decore domus domini[8]) et omnem speciem sapiencie et virtutis omnem administracionem spiritualium, quibus omnibus sup modum est habundans. Et ecce, coram deo in spiritu et verita visa est meretrix magna et habere aureum poculum plenu abhominacionibus et inmundicia fornicacionum[9]), vel, sicuti ali ponitur, visa est habere calicem aureum plenum ira dei[10] Gaudet, inquam, de magno nomine coram hominibus et gl riatur de multa potestate gloriosorum tytulorum, quibus s notificat coram populis et quibus a vulgo communiter accl matur. Et ecce, coram deo in spiritu et veritate habet nome agnomine[f]) scriptum in fronte: „Babylon, magna mater forn

---

[a]) cornuorum *(sic) A.* [b]) monstrosae *ed.* [c]) *secundum* i *sup. lin.* [d]) vestitam *(sic) A.* [e]) plenum *ed.* [f]) *om. ed.*

[1]) *Cf. II. Cor. V. 6.* [2]) *Cf. Apoc. XVII. 3.* [3]) *Cf. Jerem. VI.* (dicentes: Pax, pax, et non erat pax). [4]) *biblia loquitur de „domo incl nata", Proverb. II. 18* (inclinata est enim ad mortem domus eius). [5]) *C Apoc. XVII. 4.* [6]) Jhesus = dilectus *est phrasis saepissime in Canticis o currens.* [7]) *Cf. Psalm. XXX. 12.* [8]) *Cf. Psalm. XXV. 8.* [9]) *Cf. Apo XVII. 4, l. c.* [10]) *Cf. Isaiae LI. 17* (bibisti de manu domini calicem ira eius).

cacionum et abhominacionum terre[1]." Et quia abducta et obducta blandiciis et splendoribus sanctorum[2], nescit se ipsam congnoscere hec mistica meretrix et dicit in corde[3]: „Non considerat nec intelligit deus Jacob", et credit hoc coram domino Jhesu habere, quod potuit coram mundo obtinere, ideo habet[a]) scriptum in fronte sua. Et que existimat se esse matrem virtutum et multorum filiorum et ita a prophetis [f. 281[b]] pseudolis conclamatur, eadem coram deo in veritate et spiritu est „mater fornicacionum et abhominacionum terre" iudicata. Et que, sic omnibus bonis habundans in hoc mundo et ipsa absorbens quasi sibi de iure debitum et iuste et sancte possessum, habet fiduciam, ut cum hoc eciam spiritu sancto habundet in vita sempiterna, dicens[4]: „Sedeo ut regina, et vidua non sum et luctum non videbo." Et ecce, scriptum est[5]: „Reddite illi[b]), sicut ipsa reddidit vobis, et duplicate duplicia secundum opera eius. In poculo, quo miscuit vobis, miscete[c]) illi duplum. Quantum glorificavit se et in deliciis fuit, [tantum] date illi tormentum et luctum, quia in corde suo dicit: Sedeo regina, et vidua non sum et luctum non videbo, ideo in una die venient plage eius: mors et luctus et fames, et igne conburetur[d]), quia fortis est deus, qui iudicabit illam. Et flebunt et plangebunt[e]) se super illam reges terre, et qui cum illa fornicati sunt et in deliciis vixerunt", et cetera, que secuntur.

Et ita de multis maximis decepcionibus amicorum huius vite et amatorum huius mundi christianorum carnalium poteris bene iudicare et videre ac mirari nimiam altitudinem Sathane et potestatem tenebrarum[6]) et altitudinem Antychristi et quo modo aliter nos mundus accipit et aliter nos veritas divina dimetitur et quam timendum est vehementer[f]), quod coram hominibus altum est, ne forte sit abhominabile aput deum[7]).

Sequitur in textu[8]):

---

a) *om. ed.* b) ipsi *ed.* c) miscite *corr.* miscete *A.* d) consumetur *ed.* e) plangent *ed.* f) ei *seq. in A, sed del.*

1) *Cf. Apoc. XVII. 5.* 2) *Cf. Psalm. CIX. 3* (in splendoribus sanctorum). 3) *Cf. Ezech. VIII. 12:* „Dicunt enim: Non videt dominus nos, dereliquit dominus terram." 4) *Apoc. XVIII. 7.* 5) *Apoc. XVIII. 6—9.* 6) *Cf. I. Cor. I. 13* (potestas tenebrarum). 7) *Cf. Lucae XVI. 15.* 8) *Apoc. XVII. 5.*

Capitulum octogesimum primum[a]).

[Multitudo hypocritarum significatur per matrem fornicationum. Conferuntur item boni et mali sacerdotes secundum proprietates meretricum et piorum coniugum][b]).

[versus 5] „Babilon magna, mater fornicacionum et abhominacionum terre."

Nulli[c]) de singulis bene iudicanti esse dubium poterit, quin istud, quod dicitur „mater fornicacionum terre", primum et proprie conpetit multitudini yppocritarum sacerdotum, licet minoribus minus et maxime maximis sacerdotibus illud distribuere oportebit[d]). Nam notum est hoc, prout supra dicebatur [1]), quod[e]) omnia, que hic exprimuntur, dicuntur ad ostensionem maxime dampnacionis meretricis vel novissimorum in ecclesia peccatorum. Quapropter hic[f]) dicitur multitudo yppocritarum sacerdotum non tantum meretrix fornicaria in se, sed mater fornicacionum ad innuendum, quod mali sacerdotes non tantum sunt mali sibi ipsis, sed sunt causa malicie aliis multis, quod pro[g]) notario derelinquo. Quam ob rem simplices christiani carnales, in hoc mundo viciose delectati, dicti sunt meretrix tantum, sed sacerdotes, amici huius mundi et peccantes, diffiniti sunt hic a veritate non tantum esse meretrix, sed mater meretricum, fornicacionum et abhominacionum terre. Et idcirco, ut dictum est, per hoc exprimitur maxima dampnacio sacerdotum ex omnibus aliorum dampnacionibus cumulata.

Eciam hoc est advertendum, quod hic opposita sanctorum sacerdotum assumuntur, et ideo sicud sancta ecclesia sanctorum sacerdotum est dicta virgo et mater multorum filiorum, ita ecclesia carnalium clericorum est hic expressa in iudiciis divinis esse meretrix et mater multarum fornicacionum et abhominacio[num] terre, et hoc plane valde iuste, quoniam quemadmodum fideles et sancti sacerdotes in omnibus ipsorum studiis et operacionibus non in hoc mundo vel in illis, que sunt eius, intendunt delectari vel querere consolamen[h]).

---

5) Nota bene totum *A*.

a) Cap.[m] LXXXI *A in m. duabus manibus.* b) *ita inscr. in ed.* c) Nulli — terre *om. ed. evidenti incuria editoris.* d) oportebat *ed.* e) *om. ed.* f) hinc *A et ed.* g) *ita A;* pio *ed.* h) consolationem *ed.*

1) *vide supra p. 216 et 219.*

d solum et maxime in deo et domino suo Jhesu Christo, :ut scriptum est[1]): „In mundo pressuram habebitis, in me tem pacem.“ Et iterum[2]): „Mundus hic gaudebit, vos autem ntristabimini.“ Atque iterum[3]): „Ego veni, ut gaudium meum in vobis et gaudium vestrum inpleatur“, „et gaudium vestrum :mo tollet a vobis“, ita per oppositum sacerdotes, amatores arum carnalium animarum, omne, quod agunt in suo mini- erio, illud primum et precipue ordinant ad sibi vel hominibus nplacendum. Delectant enim eos vehementer pulchra, deli- ta et gloriosa in hoc mundo, nec possunt aliud quam carnem l mundum sapere[4]), quamdiu sunt a spiritu Jhesu desertati. sicuti sancti sacerdotes, non querentes, que sua sunt, sed e Jhesu Christi[5]), in omnibus suis et singulis exerciciis solum maxime intendunt saluti animarum, ut in Christo Jhesu mul- m fructum afferant, sicut scriptum est[6]): „Ego posui vos, ut tis et fructum afferatis et fructus vester maneat“, et idcirco[a]), ios convertunt ad penitenciam, illi sunt stabiles, ut[b]) iterum riptum est[7]): „Qui manet in me et ego in eo, hic fert fruc- m multum“, et idcirco afficiuntur[c]) huius [modi] per spiritum omnibus valde utiles in plebe et fructuosi „sicut lignum, iod plantatum est secus decursus[d]) aquarum, quod fructum ium] dabit in tempore [suo][8])“: ita[e]) amici mundi huius, m e r e- i c e s s a c e r d o t e s, primum et in omnibus querunt, que sua nt[9]), et ideo lucrum principaliter intendunt in suo ministerio, vicias, delicias et honorem et pro illis magnum laborem et ligenciam exercent, valde ecclesiasticum ordinem et omnem nestatem in vita sua et in populo observantes et singulariter 282[a]] mandata hominum et doctrinas celebrantes. Quapropter , que diligunt et inquirunt, ipsis valde accrescunt, utpote di- cie et honores, et ideo de tali fructu multum sibi afferunt et is amicis et congnatis, sed coram Christo Jhesu manent ste- es meretrices, „mater fornicacionum terre“, que ad ea, que carne vel in mundo [sunt], delectabiliter quiescunt et ope-

a) et idcirco — multum *om. ed.* b) et *A*; ut *ed.* c) efficiuntur *ed.* decursum *ed.* e) Sed *A.* Ita *ed.*

1) *Joan. XVI. 33:* „Haec locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis. mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum.“ 2) *Joan. VI. 20.* 3) *Joan. XV. 11 et XVI. 22.* 4) *Cf. Roman. VIII. 5* (quae carnis nt, sapiunt). 5) *Cf. Philipp. II. 21.* 6) *Joan. XV. 16.* 7) *Joan. XV. 5.* 8) *Cf. Psalm. I. 3.* 9) *Cf. Philipp. II. 21.*

rantur, vel[a]) in rebus temporalibus sua libita conplentes, suam superbiam atque lucra. Et „mater abhominacionum“ dicuntur quando ea, que sunt divina, pertractant et spiritualia commendata a Christo Jhesu ob salutem animarum, ipsi autem per ea lucrantur sibi divicias et honores, propter quod ut meretricibus data est ipsis vulva sterilis dei districta a vindicta, velut scriptum est in propheta[1]): „Da eis, domine! Quid dabis eis? Da eis[b]) vulvam sine liberis!“ Et istud est iudicium ipsorum manifestum, quod[c]) quidquid faciunt in spiritualibus, constantes filios Christo Jhesu non producunt, sed solum delectacionem et[d]) sua libita, ut alie meretrices, et ita sive predicent[e]), sive psallant, cantent missas, frequentent, dilatent et multiplicent omnia sunt sterilia a salute animarum et omnia abhominacio in aureo poculo ministrata[2]) non tantum per modicum fermenti corumpta[f])[3]), sed magis secundum prophetam super fermento omnia inmolata[4]). Et notum est, quod dominus virtutum et rex glorie[5]), Jhesus Christus, abhominatur usque ad vomitum evomere, quod[g]) non est calidum vel frigidum, sed tepidum[6] Et tunc multo magis illud, quod est sic in radice fermentatum abhominacionem sibi[h]) horribilem iudicabit.

Hic est itaque „fructus manifestus“, ex quo et per quem meretrices lubricate a matribus filiorum discernuntur, puta quod sancti sacerdotes continue afferunt et multiplicant in Christi fidelibus salutem animarum, et sacerdotes, amici seculi, non idem, sed multiplicant sibi multas divicias, pacem amicos, gloriam et honorem in hoc mundo; et hic est fructus istorum, de quo dicit veritas[7]): „Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.“ Sequitur ad propositum[8]): „A fructibus eorum congnoscetis eos.“ Nec est, quo possunt discerni melius meretrices fornicarie a coniugibus[i]) vel a sponsis nisi, quod sponse intendunt primum et principaliter in omnibus fidem coniugalem et amorem ad sponsum solum et unicum atque paren

---

a) *om. ed.* b) Da eis *biblia;* domine *A et ed.* c) *sup. lin. A.* d) in *ed.* e) praedicant *ed.* f) corrupta *ed.* g) *in m. add. A.* h) *om. ed.* i) -gi- *sup. lin. A.*

1) *Oseae IX. 14.* 2) *Cf. Apoc. XVII. 4.* 3) *Cf. I. Cor. V. 6.* 4) *Cf. Exodi XXIII. 18* (non immolabis super fermento sanguinem victimae meae). 5) *Cf. Psalm. XXIII. 10.* 6) *Cf. Apoc. III. 16.* 7) *Matth. VII. 1* 8) *Matth. VII. 16.*

lios et filias et esse matres honorabiles nec non in solius ɔonsi sui presencia et amplexibus delectari, meretrices vero ɜr oppositum non quidem fidem perpetuam intendunt con-ɪgalem neque amorem unius et solius, sed multorum et illo-ɪm magis, qui ipsis magis confer[un]t ad delectacionem sue ɪrnis, et idcirco, abhominabiles existentes, magis illos ample-antur[a]), qui sunt magnarum carnium, „quorum carnes sunt t carnes asinorum" — sic enim scriptum est in propheta Eze-ɪiel XVI°[b])[1]), — id est sacerdotes huius modi[c]), quia sunt nici carnis et hominum huius mundi, homines divites, magnos : fortes et gloriosos, eloquentes et doctos amplius diligunt et onorant, quia sunt magnarum [carnium]. Et ideo alibi scriptum ;t de Behemoth[2]): „Omne sublime videt." Et Judas[3]): „Miran-ɪr[d]) personas questus causa." Et Jacobus[4]): „Fratres, nolite in ɜrsonarum accepcione ponere fidem domini nostri Jhesu Christi lorie. Et[enim] si[e]) introierit in conventum vestrum vir aureum ɪulum habens, in veste candida, introeat autem et pauper in ɔrdido habitu. Et intendatis in eum, qui indutus est veste pre-ara, et dix[er]itis ei: Tu sede hic bene. Pauperi autem dicatis: u sta illic aut sede in scabello pedum meorum: Nonne iudi-ɪtis aput vosmet ipsos et facti estis [iudices] cogitacionum ini-uarum", et cetera, que secuntur.

Habent namque hoc valde proprium amici huius seculi ɪcerdotes, quod potentibus, divitibus, magnificis et doctori-ɪs et[f]) huiusmodi variis tytulis decoratis sunt valde humi-ɜs, affabiles et legales, sed ad gentem pauperum de plebe ʞhibent se gloriosi et ineffabiles et superbi[g]). Causa tamen torum iam superius est assignata[5]), quia scilicet meretrix sedet ɪper bestiam et ibi quiescit et dulciter fornicatur et cupit con-ɪuare vitam quietam et timet, ne a cornupeta bestia discer-ɪtur, ideo necesse habet sibi eo amplius humiliari et blandiri. ec aliud potest facere sacerdos cupidus, quamdiu non ha-ɪ[er]it[h]) spiritum Jhesu Christi. Nam et in meretricibus ad lit-

---

26) Nota sacerdos *D 1.*

a) *post corr. A.* b) in Ezechiele propheta, capite 23 *ed.* c) huius ɔdi *om. ed.* d) mirantes *ed.* e) nisi *corr.* si *A.* f) in *ed.* g) in-:abiles et superbos *ed.* h) habuit *A.*

1) *Cf. Ezech. XXIII. 20.* 2) *Job. XLI. 25.* 3) *Judae 16.* 4) *Ja-cbi II. 1—4.* 5) *vide supra p. 372.*

teram valde est hoc videre, quod pauperibus sunt superbe nim et pulchris et divitibus sunt affabiles et iocunde, quia fide coniugalem habent ad neminem; quod si sunt[a]) cuiquam vi copulate, tunc efficiuntur[b]) „reprobe circa fidem“[1]), alios a amorem suum admittentes, quia non intendunt prolem, se solum lucrum et sacietatem, vel nichil pati laboris pro suo vict et amictu cum marito neque dolorem[c]) in pariendo aut fatigas cum pueris laborando [f. 282b], quia iam[e]) „corumpte mente nichil aliud intendunt, nisi molliciem continuare et affluere d liciis sue carnis[2]).

Ita est omnis sacerdos amator huius vite nec aliud pote esse, quamdiu spiritum Jhesu crucifixi non induit; sine virtu ex alto non potest autem induere spiritum Jhesu[3]), quamdiu e amator sue carnis, [et] anime[f]) vel amicus huius vite, vel quan diu diligit ea, que sunt in mundo, vitam quietam scilicet[g]), h bundantem applausum populi[h]) et honores. Propterea quide scriptum est[4]): „Nisi quis abnegaverit semet ipsum et toll suam crucem super se et sequatur me, non potest[i]) meus es discipulus.“ Et iterum[5]): „Nisi granum [frumenti] cadens in te ram, mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuu fuerit, multum fructum affert“, ita quilibet christianus et primu et maxime sacerdos. Et quidquid est in eo contrarii vel d fectus, totum cedit ad partem abhominabilis mulieris meretric

Capitulum octogesimum secundum[k]).

[Ebrietas mulieris de sanguine sanctorum et martyrum Chri accomodatur ad sacerdotes madentes sanguine piorum][l]).

[versus 6] „Et vidi mulierem ebriam de sanguin sanctorum et de sanguine martirum“[6]).

---

27) Nota diligenter *A*.

a) sint *ed.* b) afficiuntur *ed.* c) dolore *(sic) ed.* d) fatigationes e) *om. ed.* f) et animae *ed.;* et *om. A.* g) *om. D 1 et ed.* h) h minum *ed.* i) esse etc. *seq. in ed., cet. om.* k) Cap.m LXXXII *A in* *duabus manibus.* l) *ita inscr. in ed.*

1) *Cf. II. Tim. III. 8.* 2) *Cf. II. Petri II. 13* (maculae deliciis a fluentes). 3) *Cf. Lucae XXIV. 49* (quoadusque induamini virtute ex alt 4) *Lucae XIV. 26—27 (libere allatum).* 5) *Joan. XII. 24—25.* 6) *Ap XVII. 6.*

Postquam sermo divinus expressit sacerdotum secularium npnacionem propter ipsorum admissam inmundiciam et abminacionem, hic iam declarat inmensitatem eiusdem mpnacionis propter ipsorum crudelitatem, quam iunt in sanctos dei sibi conviventes.

Ubi est diligenter advertendum, quod yppocrite, et xime sacerdotes, amici huius seculi, habent illud de more, ɔd sanctos dei, qui sunt in celis, multum nimis lempnisant et extollunt, sanctos vero conchrianos[a]) secum adhuc in hac vita, pauperes et hules, contempnunt et persecuntur. Sanctos in celis nerant, a suis sanctis proximis et conmitibus rapide accint. Sanctorum iam in celis ossa multum venerantur et oscutur, sed sanctorum convivencium adhuc vultus confundunt[1]) blasphemant. Sanctorum in celis ossa et reliquias sumptuose ɔcurant, auro et serico contegunt, sed pauperes sanctos deıtes cum eis in hac vita dimittunt fame et siti cruciari et los pati gelua[b]) et frigora, vel eciam forte aliquos spoliari crudeliter exaccionare[c]). Pro sanctis in celesti[d]) patria parati[e]) gna facere, multa laborare, ieiunare, limina[f]) visitare cum gnis laboribus et expensis, vota magna facere, ecclesias edire, altaria fundare[g]), sed pro sanctis proximis, id est pauibus conviventibus christianis, modicum laborem gravantur ɔendere, pro salute ipsorum contempnunt modicas expensas ere, ymmo magis, ut paulo ante dictum est[2]), non verentur questum et predam de pauperibus plebeis facere. Et hoc nmune est aput ipsos illustres viros et sanctos mortuos laue et glorificare supra modum, sanctos viros illustres et conentes vituperare et ipsorum facta virtuosa detraccione obɔilare. Feruntur etenim in id ipsum pondere crudelitatis et ɔocrisis, sicut habes hoc in tractatu 3°, distinccione IIII de tychristo per longe declaratum[h])[3]).

---

8) De sanctis *A*.

[a]) Christianos *ed.* [b]) gelu *ed.* [c]) exactionari *ed.* [d]) *ras. A.* ati *ed.* [f]) *ras. A; om. ed.* [g]) fundare *A post corr., D 1 et ed.* er longe declaratum *om. ed.*

[1]) *Cf. II. Reg. XIX. 5* (confudisti hodie vultus omnium servorum um). [2]) *vide supra p. 378.* [3]) *v. Regularum lib. III., tr. 5 de Antisto dist. IX., c. 14 et 15 in vol. III, p. 184—192.*

Est enim ista proprietas meretricee[a] crudelita quod pauperes contempnit semper et deridet, magnificos habitos communiter faciliter solempnisat; absentibus et extran quibus nec male nec bene potest iam facere, exhibet se gra sam et humilem[b], presentibus, cum quibus vivit, cottidie dura et superba. Quemadmodum est hoc videre in multis, presunt sue domui, quod se illis, qui extra sunt, amicis[c] e foro obviantibus ostendunt munificos[d] et affabiles ac g ciosos, sed hiis, qui sunt in domo cottidiani, duri[e], sup atque parcissimi, operante id in eis Sathana, quatenus sic pediat semper et ubique et restringat officia dileccionis et op misericordie et pietatis et ut maiorem yppocrisym confir ficcionis. Contra quod laborat illud proverbium, quod dici „Noli esse quasi leo in domo tua[f], evertens domesticos tu Et alibi[2]: „Si quis autem suorum et maxime domesticor curam non habet, fidem negavit et est infideli deterior."

Yppocrite igitur, et primum sacerdotes, illud, quod est p sens ipsis[g] et cottidianum, id est sancti pauperes christian contemptibiles, coram oculis et forte in vita et conversaci ipsis contrarium et redarguens, habent motum et temptacion ut spernant, odiant et blasphement, sed illud, quod est remot ab oculis et fama sua magnum et gloriosum, non sunt seg nimium venerari. Sanctos tamen iam in celis singulariter pocrite sacerdotes seculares libenter pro eo diligunt et sole pnisant, quia in nomine ipsorum multa et magna bona a pulis christianis sorciuntur, habentes pingues prebendas altaria, multa offertoria, multa festa, multas distribuciones nomine et in nomine sanctorum iam in celis. Nam simili ca allecti et animabus in purgatorio faciunt multa obsequia et va promovent ad populum facienda, nullum illorum pro viv sanctis adhuc in terra vel pro animabus adhuc salubriter pe tencium facientes [f. 283a], sed, ut dictum est, vel negliger aput ipsos suum debitum, vel detestantes ipsorum hum tatem et simplicem conversacionem aut detrahentes et pe quentes.

---

[a] meretricea *A;* meretriciae *ed.* [b] gratiosam et mitem *ed.* [c] tunicis *(sic) A.* [d] *secundum* i *sup. lin. A.* [e] *om. ed.* [f] *om. ed.* [g] illis *ed.* [h] illorum proximis *ed.*

[1] *Eccli. IV. 35.* [2] *I. Tim. V. 8.* [3] *Psalm. XIII. 4.*

Ex quibus intelliges talem mulierem esse ebriam du-iciter de sanguine sanctorum, videlicet (1) qui sibi con-vunt, in quos exercent negligenciam et exaccionem et cru-litatem ipsorum, sudorem et sanguinem, id est laborem co-dendo et potando et de hoc inebriando, secundum quod alibi iptum est: „Qui conmedunt plebem meam, ut escam panis?" in propheta[a]) Ezechiel. XXXIII°[1]): „Ve, pastoribus Israel, i pascebant semetipsos! Nonne greges pascuntur a pastoribus? c comedebatis et lanis operiebamini et, quod crassum erat, cidebatis, gregem autem meum non pascebatis. Quod in-mum fuit, non[b]) consolidastis, et quod egrotum, non sanastis, od [con]fractum est[c]), non alligastis, et quod abiectum est[d]), n revocastis, [et] quod perierat, non quesistis[e]). Sed cum steritate imperabatis eis et cum potencia. Et disperse sunt es mee eo, quod non esset[f]) pastor, [et] facte sunt ita in voracionem omnium bestiarum agri et disperse sunt. Erra-runt greges in cunctis montibus." — Ebria eciam mulier hec e potest dici de sanguine sanctorum et martyrum Jhesu pro (2) quod yppocrite et maxime sacerdotes fruuntur pace agna, diviciis, gloria et honore per universum orbem clesie in magna habundancia et nos[g]) expendimus sine timore, scentes nosmet ipsos in superfluitatibus vestium, pellectilium et splendidi nimis[h]) apparatus, in conmessacio-ous et ebrietatibus, que tamen bona ecclesie, sive que pax, icie et gloria, sunt omnia per mortem crudelem et effusio-m copiosi sanguinis sanctorum et martyrum et laborem[i]) orum per mundum universum acquisita et quam varie et am diutine et difficulter elaborata et expungnata. Ita quid-id pro nunc nos sacerdotes habemus quietis, quidquid ha-ndancie rerum omnium, quidquid splendoris, glorie et hono-m, quibus inebriamur et, in deliciis viventes, coram mundo s ostentamus, gloriamur et superbimus, omnia [sunt] trimonium, merces sanguinis Jhesu et copiosa effusio sanguinis nctorum apostolorum et martyrum, qui plantaverunt ecclesias

---

7) De pastoribus, nota *A alia manu.*

[a]) prophetia *ed.* [b]) vel *corr.* non *A.* [c]) fuit *ed.* [d]) *om. ed.* quaesivistis *ed.* [f]) erit *A,* erat *ed.,* esset *biblia.* [g]) *om. D 1.* [h]) in- *ed.* [i]) sudorem *ed.*

[1]) *Ezechiel. XXXIV. 2—6.*

sanguine suo, in quibus nos inebriamur et lascivimus. eciam, ut communiter dicitur in vulgo, bona clericor beneficia, prebende et similia sunt bona pauperum, ex bus pauperes deberent nutriri[a]). Igitur[b]), cum nos clerici ad perfluitatem talia expendimus in nostram pompam et va vanitatem, tunc procul dubio sanguine sanctorum inebria et sanctorum martyrum, quia ipsi pauperes propter hoc, c nos[c]) sumus avari et superflui in bonis pro ipsis acquisitis, ciantur fame, siti, nuditate et variis miseriis paupertatis et n propter nostram parcitatem et eo, quod eorum[d]) bona su flue expensamus, mali esse conpelluntur, utpote[e]) orph pauperes clerici, qui sunt valde multi scolis[f]) tradit sancte ecclesie tamquam agni anniculi oblati[1]), cum fu adulti pre nimia paupertate, fame et siti conpelluntur furar sic eciam orphane pauperes virgines et iuvencule lieres pari modo propter nostram, o sacerdotes, scarsitate dampnabilem conpelluntur esse fornicarie et meretrices et sunt iterum valde multe, et alia multa similia, de quibus t biliter premonet nos[h]) iudicium divinum, dicens Joelis II „Deducam eos in vallem Yosaphat et disceptabo ibi cum super populo meo et hereditate mea Israel, quos disperserun nacionibus et terram diviserunt. Et super populum meum serunt sortem". Tunc multum ad propositum: „Et posuer inquit, puerum in prostibulo et puellam vendiderunt pro v ut biberent." Et infra per totum.

Et ita sanguinem hominum comedunt et pot sacerdotes lascivi et ociosi, delicati et quieti et ipso sanguine inebriantur, id est peccatis populorum, iuxta scrip Ose[e][i])[3]): „Peccata populi mei comedunt[k])", vel bonis pauper que sunt nutrimentum ipsorum[l]) et talia, que sunt sang sanctorum acquisita et sanguine martyrum, quia propter miam superfluitatem ipsorum sacerdotum paupe sancti multipliciter exaccionantur, opprimuntur[m]), a

---

a) *primum* r *sup. lin. A.* b) Ergo *ed.* c) *om. ed.* d) co eorum *ed.* e) *post corr. A.* f) stolis *ed.* g) scorsitatem *D 1;* a tiam *ed.* h) premonet nos *om. ed.* i) *poster. add. A; om. ed.* k) co dent *D 1.* l) nutrimentum et nutrimentum ipsorum *A;* nutrimenta eorum m) opprimunt *corr. posterius* opprimuntur *A.* n) alii — crucia *om. ed.*

1) *saepius in biblia occurrit.* 2) *Joel. III. 2—3.* 3) *Oseae IV. 8*

ıme et siti et nuditate cruciantur et alii esse iniqui conpel-ıntur ob nimiam egestatem propter sacerdotum in bonis ec-esie tenacitatem. Propterea horrende ad nos, sacerdotes, criptum est in propheta Ozee V° [a]) [1]): „Audite hec, sacerdotes, : attendite, domus Israel et domus regis auscultate, quia vo-iscum iudicium est, quoniam laqueus facti estis speculacioni : sicut rethe expansum super Thabor. Et victimas declinastis ı profundum", supple [b]) voracitatis et avaricie insaciabilis, „et go eruditor eorum omnium. Ego scio Effraym, et Israel non st absconditus a me, quia nunc fornicatus est Effraym, conta-ıinatus est Israel. Non dabunt cogitaciones suas, ut revertantur . 283[b]] ad deum suum, quia spiritus fornicacionum in medio ɔrum et dominum non congnoverunt. Et respondebit arro-ancia Israel in faciem eius [et] Israel et Effraym ruent iniqui-ıte sua, ruet eciam Judas cum eis. In gregibus et in armentis ıis vadent ad querendum dominum et non invenient: ablatus st ab eis. In domino [c]) prevaricati sunt, quia genuerunt alienos [d]) lios. Nunc devorabit eos mensis [e]) cum partibus suis", et cetera. t multum ad propositum Amos II [2]): „Super tribus et super uattuor non convertam eum [f]) pro eo, quod vendiderit [pro] rgento iustum et pauperem pro calciamentis. Qui conterunt ıper pulverem terre capita pauperum et viam humilium declina-erant [g]). Et filius ac pater eius ierunt [h]) ad puellam, ut violarent ınctum meum." Et infra [3]): „Ego sum, qui ascendere vos feci de rra Egypti", id est sacerdotes de hoc mundo, „et eduxi vos in eserto quadraginta annis, ut possideretis terram Amorrei", id st bona temporalia. „Et suscitavi de filiis [vestris] prophe-s et de iuvenibus vestris Nazareos. Numquid non ita est, ıii Israel, dicit dominus? Et propinastis Nazareis vinum et pro-ıetis mandabitis [i]), dicentes: Ne prophetetis."

Primo videlicet, quod sanguines, id est peccata populi ɔnmedendo et bibendo, inebriamur et conmenssamus [k]), cum ɔcius pro ipsis incumbat nobis abstinere et ieiunare. Jocunda-ur [l]) et gaudemus in nostris concupiscenciis, ubi [m]) teneamur

25) De sacerdotibus *A alia manu.*

[a]) Osea 7 *ed.* [b]) specie *ed.* [c]) dominum *biblia.* [d]) alios *ed.* [e]) messis *A et ed.*; mensis *biblia.* [f]) eam *ed.* [g]) declinaverunt *ed.*; decli-nt *biblia.* [h]) iverunt *ed.* [i]) mandabatis *ed.* [k]) comessamur *ed.* [l]) iucundamur *ed.* [m]) cum *ed.*

[1]) *Oseae V. 1—7.* [2]) *Amos II. 6—7.* [3]) *Amos II. 10—12.*

dolere et flere pro peccatis populi et ponere nos murum p ipsis[a]) coram deo[1]), sicut scriptum est[2]): „Angeli pacis ama flebunt.“ Et alibi[3]): „Inter vestibulum et altare plorabunt[b]) s cerdotes, dicentes: Parce, domine, parce populo tuo, [et] ne d hereditatem [tuam in opprobrium].“ Secundo, quia labore hominum et sudorem et specialiter simplicium plebeiorum c pide exaccionamur[c]) et extrahimus et super eo inebriamu Tercio, quia hereditatem pauperum et sustentamentum san torum, qui est sanguis ipsorum, superflue expendimus in[d]) s perbia et voracitate delicata, propter quod multi pauperes inpotentes[e]) cruciantur nimia egestate et alii multi ab ined coguntur, ut dictum est, iniqua operari. Quarto inebriam sanguine sanctorum et martyrum Jhesu, dum ea, que ipsi a quisierunt suo labore maximo et suo sudore, nos ociosi et d licati, in ipsorum labores utcumque[f]) ingressi, voluptuose e expendimus, prorsus inutiles[4]) et pigri existentes. Et quia quod[g]) ipsi, suum sanguinem effundendo et mortes amaras p diversas terras et regna paciendo, sunt adepti in Christo Jhe et sue hereditati addiderunt, nos, carnaliter et sanguinolen viventes, carni nostre et sanguini[h]) abhominabiliter et inius non[i]) timemus mancipare. Sicque veluti Behemoth vel coccin et cruenta bestia magnum flumen Eufratem[k]), id est pr speritatem et omnia, que eam consequuntur, absorbendo[5]), i ebriamur et non miramur, quia credimus sanctuarium dei her ditarie[6]) et[l]) ex debito obtinere, habemusque fiduciam, qu Jordanis modo, quo supra expositum est, influat in os nostrum Et propter talem usum et comodum carnis nostre sanctos ec dem in celis valde percolentes et solempnisantes ipsorum mul festa, ut perinde lucrum nostrum augmentetur, sanctos pauper Jhesu et simplices et plebeios negligimus, deridemus, affligim

---

a) illis *ed.* b) plorabant *A.* c) exactionamus *ed.* d) non *corr. sup. lin. A.* e) in — *sup. lin. A.* f) vitamque *ed.* g) quidem *ed.* h) *post corr. A.* i) non veremur *ed.* k) Euphraten *ed.* l) *om. ed.*

1) *Cf. Ezech. XIII. 5* (neque opposuistis murum pro domo Israel). 2) *Isaiae XXXIII. 7.* 3) *Joel. II. 17.* 4) *Cf. Psalm. XIII. 3* (omnes sin inutiles facti sunt). 5) *Cf. Job. XL. 10* (Behemoth), *Apoc. XVII. 3* (best *et Apoc. XVI. 12* (Euphrates). 6) *Cf. Psalm. LXXXII. 13:* „Heredit possideamus sanctuarium dei.“ 7) *Cf. Job. XL. 18:* „Ecce, absorbebit fl vium et non mirabitur et habet fiduciam, quod influat Jordanis in os eiu *Cf. supra p. 351.*

varie cruciamus, prorsus in eo similes Judeis, quibus dominus esus aiebat[1]: „Ve, vobis, magistri et Pharisei et yppocrite“, cetera.

Ex hiis itaque collige summam ebrietatis mulieris mium dampnabilis, cum nos seculares sacerdotes sumus[a] cru-les sanctis dei humilibus et abiectis pauperibus et plebeis et perbi, et maxime, quod sumus proni ad persequendum onos et fideles predicatores verbi dei, verbis et factis sos primi inpedientes et ipsis detrahentes eo, quod sunt nobis festi et per vitam nobis contrariam et per correccionem doc-ne liberam, et pellimus[b]) eos „de civitate in civitatem, ut niat super nos omnis sanguis [iustus], qui effusus est [super rram] a sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zacharie, ii Barachie“, et cetera[2]).

Sacerdotes enim Judeorum et magistratus fuerunt pleti sanguine prophetarum et iustorum, quando Christum esum occiderunt, quibus dictum est[3]): „Et vos inplete men-ram patrum vestrorum“, id est effusionis sanguinis sanctorum, e, deum vestrum, propria in persona occidendo. Et hec[c]) ip-rum est dampnacio et culpa eorum infinita. Sed adhuc maior t multo iniquitas et dampnacio inpiorum[d]) sacerdotum inproborum[e]) magistrorum in christianis, qui ex maiori multo sciencia et cum maiori et nequiore obcecacione[f]) et ıdeliore sanctos Christi Jhesu persecuntur et Christum Jhesum semet ipsis rursus crucifigunt et ostentui habent secundum ostolum ad Hebreos[4]), quoniam multo magis est contraria i sapiencie et dei virtuti[5]) iniquitas christianorum, et maxime cerdotum in spiritu et veritate, quam plage et mors ipsius in rne a Judeis. Ideo[g]) scriptum est[6]): „Et super dolorem vul-rum meorum addiderunt.“ Et propterea pro christianis dic-n est[h]), et primum sacerdotibus[i]) inpiis[7]): „Et habundabit quitas.“ Et idcirco, ut nuper[k]) dicebatur[l]), sacerdotes et

27) Nota bene *A*.

a) simus *ed.* b) pellemus *ed.* c) - c *sup. lin. A.* d) ipsorum *ed.* e) in obprobrium *A*; et inproborum *D 1.* f) enecatione *ed.* g) Imo *ed.* h) *in m. add. A.* i) pro sacerdotibus *ed.* k) *post corr. A.* l) dice-nus *ed.*

1) *Cf. Matth. XXIII. 13 (libere allatum).* 2) *Cf. Matth. XXIII. 34—35.* 3) *Matth. XXIII. 32.* 4) *Hebr. VI. 6.* 5) *sc. Christo, cf. I. Cor. I. 24.* 6) *Psalm. LXVIII. 27.* 7) *Cf. Matth. XXIV. 12* (abundavit).

magistri [f. 284[a]] Judeorum, occidentes Christum et aposto fuerunt pleni sanguine, quia inpleverunt mensuram inpiet suorum patrum inpiorum, qui prophetas occiderunt[1]), sed cerdotes et magistri christiani yppocrite iam sunt ebrii s guine [et] pleni[2]), id est super omnem mensuram repleti s guine sanctorum et martyrum Jhesu, quia supra modum appon iniquitatem super iniquitatem[3]) Judeorum et per consequ mensuram inpietatis faciunt supereffluere super mensuram deorum. Et idcirco dictum est, quod mensura inpietatis deorum dicta est inpleta, sed mensura inpietatis christianor et primum sacerdotum carnalium, dicta est habundans vel perhabundans vel superfluens.

Et hec est ebrietas mulieris de sanguine sanctorum[a]) martirum Jhesu, quam videns Johannes[b]) admiracione est va admiratus[4]).

Iniquitas enim contra dei virtutem et veritatem ab gine mundi semper mirabiliter est adaucta, que semper ex cumstanciis suis adhuc cumulatur et thezaurizat sibi iram de sicut scriptum est[6]): „Mirabiles elaciones maris.“ Et pro dicitur[7]): „Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit[c]) sem et quod mali semper proficiunt in peius.“ Et iterum ad valet[d]), quod scriptum est[8]): „Qui in sordibus est, sorde adhuc et, qui scandalisat, scandalisetur adhuc.“ Et si propinqu virtus Jhesu semper surgit ad sua incrementa in[f]) sanctis c stianis, congruum est dici, quod eciam suum contrarium, est vicium, magis semper ac magis possibile est habundare iniquis.

---

[a]) et sanctorum *ed.* [b]) -o- *sup. lin. A.* [c]) ascenderunt *ed.* [d]) videlicet *(sic) ed.* [e]) pro quia *(sic) A.* [f]) et *ed.*

[1]) *Cf. Matth. XXIII. 31—32, l. c.* [2]) *hoc dicitur de muliere in A XVII. 6, l. c.* [3]) *Cf. Psalm. LXVIII. 28:* „Appone iniquitatem super quitatem eorum.“ [4]) *Cf. Apoc. XVII. 6.* [5]) *Cf. Rom. II. 5.* [6]) *Ps XCII. 4.* [7]) *Psalm. LXXIII. 23.* [8]) *Apoc. XXII. 11 (libere allatum).*

Capitulum octogesimum tercium[a].

[Variae mundiationes et aucupia monachorum mendicantium][b].

Non est hic pretereundum, quod Johanes aliqualiter condistincte[c]) loquitur de hac muliere „ebria de sanguine sanctorum et martirum Jhesu“ a muliere fornicaria, que habet „poculum aureum in manu sua“ [1]).

Nam postquam mulierem, matrem fornicacionum descripsit, tunc notanter dicit[2]): „Et vidi mulierem ebriam de sanguine“, et cetera, quod, licet de sacerdotibus secularibus sit prius hoc[d]) et proprie et in veritate expositum, tamen magis proprie[e]) potest intelligi specialiter de multitudine yppocritarum, qui secundum communem consuetudinem nunc ecclesie vocantur religiosi; illi tamen, qui boni sunt, hic excluduntur, et sive pauci sint electi secundum tenorem ewangelii[3]). Sed multi solum vocati, secundum quod dominus Jhesus crucifixus maxime et solus ipsos novit, quoniam ipsis proprie et in summo gradu illa quatuor paulo ante numerata conveniunt[f]) et adiacent.

[1] Nulli etenim magis proprie comedunt peccata populorum[4]), sicut[g]) ipsi, et bibunt[h]) et inebriantur. Sacerdotes siquidem plebium, tamquam conducti ad laborandum in vinea vel in vineis domini, sive sint probi, sive reprobi, tamen debitum suum aput suas plebes facientes seu servitutem ipsis prescriptam exequentes, laborem manuum suarum comedunt. Nam dicit veritas[5]): „Dignus est enim operarius mercede sua.“ Illi vero[6]) nequaquam sunt vocati ad regimen plebium, quia neque hoc conpetit, stante ordine ecclesie sacrosancte, exceptis personis ydoneis et singularibus, qui evocantur quandoque ad curam[i]) gerendam animarum. Et ideo, quidquid cupide et rapaciter colligunt in populis, non merces est ipsorum, sed simpliciter pro peccatis donaciones populorum, quemadmodum et alii mendici plebei, quos inpellit extrema necessitas inportune

---

3) Nota totam diligenter *A.* 12) De religionibus *A.*

a) Cap.m LXXXIII. *A in m. duabus manibus.* b) *ita inscr. in ed.* c) distincte *ed.* d) hic *ed.* e) *om. ed.* f) convenerunt *ed.* g) sicuti *ed.* h) bibant *A.* i) *post corr. A.*

1) *Cf. Apoc. XVII. 4 et 6.* 2) *l. c.* 3) *Matth. XX. 16.* 4) *Cf. Oseae IV. 8* (peccata populi mei comedent). 5) *Lucae X. 7.* 6) *scilicet religiosi.*

domos aliorum irrumpere et [sine] rubore[a]) mendicare. Sic erg peccata populi comedunt et inebriantur de eisdem, que[b]) sun „sanguis", id est[c]) sanctorum, iussus effundi super terram i scriptura[1]) et nullo modo deo offerri vel cum victimis obla cionum[d]). In isto tamen valde talium ebrietas sanguinis osten ditur evidenter, puta quod in tantum placet ipsis peccata po pulorum comedere et potare, id est[e]) quod ociosam vitam e quietam continuantes, accipiant multas oblaciones e donaria magna tradita pro peccatis, quod non auden hominibus peccatoribus anuncciare peccata ipsorum vel aggra vare, quin ymmo magis peccatis blandiuntur et excu sant. Et ea, que predicatores fideles Jhesu destruunt difficulte puta peccata in populo, e contrario edificant eadem, ipsi adu lando, et e regione, quod fideles curati animarum edificant e intendunt, puta disciplinam[f]) sanctam et penitenciam atque cu stodiam in virtute, hoc itidem homines relaxant et destruun et ossa cum carnibus dissipant, loquentes placencia, in conat habentes hominibus conplacere[2]). Et proinde cum unus edifica et alter destruit, que utilitas in utrisque[3])? Nam id, quod cu rati[g]) rigore suo edificant, hoc isti gressus hominum dissi pant[4]), populis conplacendo et dicendo[5]): „Pax, pax, ubi no est pax". Et propterea peccatores homines dulcite ad ipsos confugiunt, utpote usurarii, raptores, adulteri e alii horrendis criminibus obsessi quasi ad homines manifest graciosos[h]), sed pro questu, et fugiunt suos ordinatores, tam quam duros correptores et qui ordine et ex pacto spiritus[i] Jhesu debellant omnem malicie libertatem[6]).

Non enim facile audebunt hominibus [f. 284[b]] displicer hii, qui nullum connubium vel participium de iure haben cum ipsis, sed de gracia sola expectant sibi aliquid parciendun

5) Ebrietas (?) *A alia manu.*

[a]) sine rubore *ed.;* rubore *tantum A.* [b]) qui *ed.* [c]) id est *om. ed* [d]) vel c. v. o. *om. ed.* [e]) id est *om. ed.* [f]) doctrinam *ed.* [g]) cu ratus *corr.* curati *A.* [h]) et graciosos *A et ed.* [i]) expectato spiritu *ed.*

[1]) *Cf. Matth. XXIII. 35* (sanguis iustus, qui effusus est super terram)
[2]) *Cf. Psalm. LII. 6* (deus dissipavit ossa eorum, qui hominibus placent)
[3]) *Cf. Eccli. XX. 32:* „Sapientia absconsa et thesaurus invisus: quae utilitas in utrisque?" [4]) *Cf. Isaiae III. 12* (popule meus, qui te beatum dicunt ipsi te decipiunt et viam gressuum tuorum dissipant). [5]) *Jerem. VI. 14.*
[6]) *Cf. I. Petri II. 16* (malitiae libertatem).

a plebeis alienis. Et ita sunt dari sibi neccessarii, quod nisi ipsis tribuatur mendicantibus, aliunde vitam suam non possunt sustentare, super eo, siquidem asserunt, se fundantes, ut vivant solum de mendicitate et de gracia plebium aliorum. Et ex eadem neccessitate conpelluntur violare veritatem Jhesu crucifixi et virtutem aput populum blandiciis[a]) eciam solum pro pugillo ordei et fragmine panis[1]). Hoc autem non facile contingit ordinario sacerdoti, qui decretam per[b]) ecclesiam potest habere[c]) suam vitam, id est victum et amictum, nec non perinde urgentur ab hominibus christianis modis nimium multiplicibus et quandoque nocivis suas elemosinas extrahendi et conquirendi.

Et super hoc amplius invigilare[d]) eos oportet omni speciei religionis et pietatis, utpote templis eorum de magno sumptu et adornatissimis omni supellectili pulcherrima[e]) et delectabili in aspectu populorum ita, ut omnia sint munda, coram hominibus ordinata, quatenus perinde extrahendi a plebibus alienis magis donaria et multam elemosinam multam haberent occasionem et nimium coloratam. Sic etenim evenit ipsis communiter fortunate, ut quidquid talium inchoaverint in domo sua construendum, facile conquirant a populis sumptus de multo ampliores ex copiis largicionum, quam requirat ceptum opus. Sed hoc non secundum scripturam faciunt, quod puta alias pro incepto opere iam satis congregantes non renuunt a populo accipere oblagia neque proclamant iam se habundare, ut non amplius offerant, prohibendo, sicuti fecit fidelis in domo dei Moyses dei tabernaculum, qui habita copia pro edificio tabernaculi in medio castrorum iussit proclamari, ne amplius populus pro cepto negocio[f]) ymolaret[2]).

Insuper ad siccine vivendum, puta de sola gracia atque elemosina alienorum populorum, habent communiter necesse multiplicare[g]) loqui in[h]) oracionibus, cantare ornate in suis puchris templis, multiplicare missas et bene hominibus communibus et ipsorum temporibus coaptatas personas, omnes mundas et honestas in facie quasi angelos[i]) domini, [multiplicare] predicaciones

---

a) blandis *A.* b) *om. ed.* c) et *seq. in ed.* d) vigilare *ed.* e) pulcherrime *A.* f) incepto negotio *ed.* g) multiplicare *A.* h) et *A*, de *ed.* i) angeli *ed.*

1) *Cf. Ezech. XIII. 19.* 2) *Cf. Exodi XXXVI. 6.*

crebras cum magna eloquencia et pollita verborum serie et oste tacione sapiencie et sciencie supra modum. Utile[1]) est insupe ut sint multe festivitates gloriose sanctorum dei in celis iste sint aput [eos] celeberrime, in quibus omnia coram popul ydonee possint exerceri, exponi et videri, ut eo magis laud bilis[a]) ipsorum populus videatur, cui dominus sic habundant benedixit. Et quatenus populus magnus ad videnda talia laudabilia facilius conquiratur, multum ad hoc [faciunt] mul sanctorum reliquie antique et recentes, communes et ali inaudite. Sed expedit, ut hiis addantur pulcherrime picture statue, que faciunt insignia portenta et miracula magn vel deus et sancti ipsius, propter reverenciam talium ymaginu operentur et multa similia, ut vulgo dicitur[b]), magna cl nodia[c]) et magne gracie illum locum et tale templum ado nantes et speciali dei privilegio et sanctorum ipsius prevenient et dotantes. Et tunc deinceps nequaquam est obmittendu quin talia omnia et cum multo addito[d]) exquisite in popul divulgentur et in regnis et patriis proclamentur et ut glorio predicentur, ut sciant christiani, ubi vel qua suam salutem prov dere. Enimvero indulgencie magne et magna promissa omnib accurrentibus et gracie vix ab hominibus credibiles, alias ita a tentice et a dominis apostolicis roborate per testes et per bu las, quod non est phas[e]) homini de ipsis ullo modo dubitar Nam etsi contradiceret vel non crederet, indignacionem d omnipotentis incurreret et forte plaga manifesta puniretur, sic iam multi, inquiunt, pro simili incredulitate sunt puniti. Et cu hiis promittunt se paratos esse ad probandum, hoc est ad m gnam commendacionem loci fratrum[2]) accedit commun cacio fraternitatis cum eisdem, extollencia sanctitatis et me torum atque multorum bonorum, que per universos fiunt co ventus per omnes provincias ecclesie crebreficatos[f]), et quo multe et magne persone ipsos diligunt et reges et presides i sos[g]) conmittantur, et quod multi sancti de contubernio ipsoru

---

[a]) *post corr. A.* [b]) et speciali dei privilegio et sanctorum ipsius *s in A, sed postea del.* [c]) clinodia *ed.* [d]) additamento *ed.* [e]) plus *e* [f]) crebrificatis *A.* [g]) illos *ed.*

[1]) *auctor ironice loquitur (lege et infra) de operibus mendicantium mon chorum; est haec narratio tam efficax quam naturalis proveniens a tes qui ipse rem vidit.* [2]) *locus fratrum = conventus ordinis fratrum n norum.*

l celos iam evolaverunt. — Et ista talia sunt[a]) multa nimis et agna per universam dei ecclesiam, que omnia non redo- ɫnt nisi applausum populorum et sine virtute promis- onem[b]) pietatis eorum, qui [f. 285[a]] questum reputant pie- ıtem et qui non aliter questus sue vite quiete ab omni sol[l]i- tudine[c]) et labore absolute possunt aucupari, nisi ita dulciter et lorate suam mendicitatem aput divites adorando et super hiis per ista vitam suavem, delicatam et in epulis et potibus[d]) ıbundantem atque ebriam!

Quis ista considerans oculate et in spiritu Jhesu crucifixi, lmiracione maxima cum Johan[n]e non rapiatur? Quis non militer dicet[e]) se videre mulierem ebriam de sanguine sanc- rum[1]) sacerdotum et pauperum Jhesu[f]), quia illud, quod ipsi onmedere et bibere inde deberent, illud istis modis a populis torquetur? Quis insuper non intelliget[g]) calicem aureum in[h]) anibus meretricis, sed plenum abhominacionibus et inmundicia rnicacionum et inde regibus et principibus abhominacionem milem propinare[2])? Ego tamen, hec loquens, bonis non facio iuriam[3]), quia illi auditis hiis sibi hec pro iniuria nequaquam ɛri reputabunt, sed magis forte conmoniti assument planctum ıper se ipsis et peccatis aliorum[4]). Sed illi, qui se tangi dure ɛl corripi per hoc intelligentes, irascentur, negantes se tales se, non est dubium, quin sint ipsi isti[i]), quos hic sermo lo- ıitur et de corpore huius funeste meretricis. Non enim hec, ıe hic scribuntur, sunt ad destruccionem salutis animarum, d ad destruccionem bestie et ipsius insidentis de- ıper meretricis[5]) et ad destruccionem corporis ɛccati vel operis dyaboli[6]) in ecclesia Jhesu Christi. ɛc ista, que loquor, solvunt Jhesum[7]), sed edificant, et disol- ınt opera Sathane et misterium Antychristi. Non sunt igitur ırandi, qui istis valde contradicunt.

---

[a]) sint *(sic)* *A.* [b]) promissionis *ed.* [c]) - ci - *sup. lin. A.* [d]) in tibus *ed.* [e]) dicat *ed.* [f]) sanctorum Jhesu *cet. om. ed.* [g]) intelligit *ed.* [h]) a *corr.* in *A.* [i]) *om. D 1.*

[1]) *Cf. Apoc. XVII. 6.* [2]) *Cf. Apoc. XVII. 4 et Jerem. XXV. 17—18.* [3]) *Cf. Matth. XX. 13:* „Amice, non facio tibi iniuriam." [4]) *Cf. Ezech. X. 1:* „Et tu assume planctum super principibus Israel." [5]) *Cf. Apoc. VII. 3.* [6]) *Cf. Rom. VI. 6* (ut destruatur corpus peccati). [7]) *Cf. I. an. IV. 3* (spiritus, qui solvit Jhesum).

Capitulum octogesimum quartum[a]).

[Odia et aemulationes sacerdotum et monachorum et eorunde communia studia et vires in persequendis piis][b]).

[2] Secundum prius[c]) notatum[1]) nimium proprie ill falsos religiosos respicit, quod superius est assumptu quod videlicet sudorem vel labores plebeiorum sin plicium nimium cupide extrahunt et ebibunt, h magis supra[d]) sacerdotes, qui ut plurimum[e]) solum sibi requiru constitutum vel consuetudine longa observatum. Sed isti e quirunt nullo iure debitum in plebibus, fateor tamen, quod h non faciunt violenter, sicuti tyranni faciunt, gladiis et torment pauperes domini Jhesu spoliantes. Sed istud faciunt multo mo nequiore[f]), quia modis exquisitis, blandis persuasionibus inportunis et que racio hominis formare pro talibus negoc potest vel invenire. Et per hoc, licet dulciter, tamen multo a plius emungunt simplices pauperes et alienos plebeios ita, secundum proverbium nimietate sua butyrum et sanguine eliciunt a viduis et rudibus, ebibunt et exquirunt, [et] bene[g]) m lierem hanc in se verificant de sanguine sanctorum temule[tam[2]). Sunt nempe ita efficaces ad ista, puta ad[h]) extrahendu a simplicibus donaria oportune inportune, precibus et min etsi non per minas mortis corporis et perdicionem rerum te poralium, saltem minis gehenne perpetue et dampnacionis int minate, et ita ad hoc habent multam materiam[i]) se et su conmendandi et materiam nimis apparentem ad simplices ch stianos et ita coloratam[k]), ut vix homo rusticus vel civis aut n bilis, eciam si esset pauper[r]imus, se posset continere, quod ip non aperiret suam largam manum; et cooperatur ipsis, qu sunt sacerdotes et per consequens persone reverende, men cantes, qui sua honestate et habitu religionis magis conprimu ad dandum, quam persuasione, ut rogantes[l]) propter deum.

---

10) De religionibus *A*.

a) Cap.[m] LXXXIIII *A in m. duabus manibus.* b) *ita inscr. in ed.* c) praesens *ed.* d) supra *A;* super *ed.* e) qui plurimum *ed..* f) n quiores *ed.* g) ideo bene *ed.* h) *om. ed.* i) misericordiam *(sic) ed.; et infra.* k) colorata *ed.* l) rogati *A;* rogantes *ed.*

1) *v. supra p. 384.* 2) *scil. mulierem Apoc. XVII. 6.*

[3] Sed adhuc magis proprie tercius modus pridem as-;umptus ipsos concernit, quod existentes viri fortes et iuvenes ›t multi integri viribus et suis membris, et nichil prorsus in :ommissum[a]) sue sollicitudini[b]) habentes, taliumque nimia per ıniversam ecclesiam multitudo, magnum insuper statum gerendo ›t sumptuosum et, sicut supra tactum est[1]), opera magna et nagnis nimis sumptibus, ut est in edificiis et diverso apparatu ›t continue facientes, et per talia et ad talia solum per mendici-atem ambulantes, modo, quod dictum est paulo [ante], exquisito ›t subtili extrahunt ubique[c]) et emungunt usque ad sum-num elemosinas ab hominibus, ut pene nichil residui ›auperibus plebeis relinquatur, qui sunt valde multi, deo et do-nino Jhesu illud volente et procurante [f. 285[b]] ex sua dispen-acione suprema et nimis utili et sapienti, utpote ceci, claudi et 'arie infirmi, qui nullo modo queunt[d]) suum panem adipisci, ıisi[e]) misere et hostiatim mendicando: horum talium pre-licti falsi religiosi, fortes et integri, sanguinem extrahunt et ›bibunt, cum elemosinas, que in plebe talium sanctorum Christi ›t martirum in hoc mundo esse debere[n]t, tales religiosi accipiunt ›t reddunt christianos communes sua nimietate mendicandi du-os Christi pauperibus et mendicis. Nam racio dictat[f]) et doc-ores hoc determinant, quod, qui sine causa mendicat vel in acione elemosine plus, quam necesse est, a christianis accipit, ste ceteros domini Jhesu pauperes spoliat, quos talia donativa ausa dei debebant expectare, ut rite Christi Jhesu expense in ›cclesia dispensentur, qui dixit per prophetam[2]): „Frange esu-ienti panem tuum“, non autem saciato, „et debiles et claudos[g]) nduc in domum tuam“, non vero integros[h]) membris omnibus ›t fortes. „Et qui habet duas tunicas, det unam non habenti“[3]), ed non diviti.

[4] Quartum quoque adhuc magis proprie respicit hos, le quibus sermo, religiosos, yppocritas scilicet, quod sanctos :hristianos innocentes[i]) et specialiter predicatores 'eritatis primi et inplacabiliter persecuntur. Habent

---

17) De mendicis *A.*

[a]) commissum *tantum ed.* [b]) -ci- *sup. lin. add. A.* [c]) undique *corr.* ıbique *A.* [d]) querunt *corr.* queunt *A.* [e]) nisi ut *A.* [f]) dicit *ed.*) egenos vagosque *biblia.* [h]) integris *ed.* [i]) *om. ed.*

[1]) *vide supra p. 389–390.* [2]) *Isaiae LVIII. 7.* [3]) *Lucae III. 11.*

enim nescio quam causam latentem[a]) odii contra illos, qu sunt manifeste devoti in plebibus, utpote sunt virgines et vidu et ex utroque sexu in paupertate cupientes Christo Jhesu de servire, et ipsos miris modis subtilibus et exquisitis persecuntu ita, quod nichil boni possunt loqui de ipsis, sed conviciando e aput plebes deturpando in publico per sermones et in privato Quod namque isti predicatores plebium fideles flagellant et per sequuntur, illius magnam habent occasionem. Nam tales viri[b] fideles Christum Jhesum imitantes, qui Phariseos coram plebi bus factis ut plurimum confutabant, utiliter simplicibus in ho providendo, similiter istorum yppocrisym et ficcionem public quales sunt et quales esse [deberent], predicando. Hoc tame minus[c]) coram talibus contrarii[d]) inportat, quam[e]) id, quo habentes zelum fideles predicant, et inde nomen sibi magnur acquirunt et ad se populum convertunt, quod tales homine sibi reputant in communitate christiana intolerabile, cum ipsi[f] prius eciam[g]) ab antiquo soli nomen gloriosum habere con sueverunt et accursum populi ad suos sermones et ad sacra menta. Et invidia ipsos stimulante, omnem gloriam et ho norem predicatorum bonorum et sanctorum in plebeis sacer dotibus cum viderint[h]), iacturam sue glorie, sui honoris et que stus reputant[i]), conmoti spiritu Judeorum, qui multitudinem se quentem dominum Jhesum videntes, usque ad mortem sun irati et inplacabiliter[k]) perinde sunt dominum glorie persecut inquientes[1]): „Quia nichil proficimus, ecce, totus mundus abi post eum.“ Verumptamen si aliquis huius modi predicato fidelis, viciorum communiter reprehensor et qui esset propter in populis famosus et gloriosus, surgeret ex religiosis eorur similibus, puta ex mendicantibus, starent pacifice, non irat quia essent participes glorie et honoris, puta ex eo, quod unu ipsis similis factus gloriosus, et ad suam ipsius iactanciam qua optimo instrumento ubilibet ad populos uterentur. Sed cur aliquis[l]) est predicator de sacerdotibus, quos ipsi ap pellant seculares, magnus et famosus, vel forte ex monachi

---

a) latentis *ed.* b) v'i *A;* viri *ed.* c) nimis *ed.* d) contrarii *et ed. lege:* hoc . . contrarii. e) quod *corr.* quam *A.* f) ipsis *A;* ipsi *e* g) *post corr. A.* h) viderunt *ed.* i) ne putant *(sic) A.* k) multipl cabiliter *ed.* l) alius *ed.*

1) *Cf. Joan. XII. 19.*

ii opus non habent mendicare [1]), contra huius modi intollera-liter stimulantur, quoniam sacerdotes plebium ad actus do-ndi et predicandi iam, quasi nichil esse[nt], vel inbecilles et in-octi, sunt per ipsos in plebibus diffamati, inercia et igno-ancia talium sacerdotum plebis et indignis ipsis religiosis iffragantibus et testificantibus in id ipsum. Et illud ipsis cessit l maximum questum, gloriam et honorem, quia videlicet sic ebes, inutilitatem et inbecillitatem suorum sacerdotum cer-ntes, ad ipsos fratres turmatim convertuntur et, illo[a]) solo umtaxat, quod oportet proprio sacerdoti, effecto, penitus reli-osis talibus festinant adherere, apparenciis et splendore supra-otatis in id conmoniti persuasibiliter et devote.

Ex istis igitur causa manifesta producitur, cur predica-ribus, qui sunt ex sacerdotibus plebeis, multitudo yppocri-rum religiosorum [f. 286ª] est infesta et quare ita ipsis invi-ent et ipsos persecuntur, quare autem devotis pauperibus, qui nt in plebe, male faveant, ut dictum est, virginibus et viduis xus utriusque et ipsis detrahunt, pessima crimina contra ipsos enciendo, eosdem hereticos, beghardos[b]), fictos, nequam et iis quam plurimis blasphemiis lacerando, diffamando et sic iis lacerandum exhibendo.

Non bene causam[c]) aliam[d]) invenio nisi, quod hoc ipiunt, quod omnes tales, qui volunt esse devoti, ad ipsos onfluerent, ut maiorem laudem et questum perinde conse-uantur, se ipsos per hoc conmendando ad plebes. Et idcirco anifeste solent dicere: „Si hic vel illa cupit virgo permanere, uare nostram religionem non intrat, quid wlt facere talis in se-ulo, quare non fugit ad claustra monialium vel monachorum de edio Babylonis?" Sic namque communitatem vulgi sancte ec-esie seculum vel mundum in conparacione ipsorum placet eis ppellare et iste modus loquendi propter ipsos vel ab ipsis to-m christianitatem pertransivit. Quapropter talibus placent mnes devoti et sic sunt virgines et vidue et alii huius modi enitentes solum, ut cum ipsis manerent, ut ita[e]) solum vel

19) Pikhardi *A alia manu.*

[a]) isto *ed.* [b]) Picardos *ed.* [c]) *ras. seq. in A.* [d]) tamen alia *ed.* [e]) *om. ed.*

[1]) *auctor hic alludit manifeste Milicio, qui erat praedicator de sacer-otibus saecularibus, et Conrado de Waldhauser, qui erat Ordinis s. Augustini.*

maxime aput eos sancti viri et sancte virgines qu rerentur, non amore ipsorum sanctitatis, sed amore questi perinde in populis et iactancie ac honoris, ut scilicet ipsi sc sancti et devoti super terram et viri spirituales a christiar haberentur. Et quamvis omnes huius modi devoti in ple falsis religiosis placent non multum, tamen illos, qui elegeru eciam voluntarie casti et pauperes esse egentque a christiar elemosinis, ut plurimum contingit sanctis virginibus et vid feminini generis[a]), tolerare possunt nequaquam, quin[b]) ips verbis et factis persequantur[c]), quia ipsos tales maxime si conputant in dispendium sui questus et iacturam, quemadm dum forte inest ibi aliquid illius[d]), quod ipsi opinantur. Propt quod inest quasi inevitabile[e]) in cordibus pauperum contra invicem odium et displicencia[f]) ob id, quod eorum multitu diminuit questum elemosine singulorum. Unde venit in pr verbium in poeta: „Lis est de paupere regno.“ Et idcir hic potest dici, quod sicuti[g]) hominum de pari arte inter solet esse invidencia et persecucio et precipue contra illos, q magis sunt in illa famosi et maiorem accursum hominum a se et questus ex[h]) sua sciencia consequuntur, in qua probant ceteris pre[e]minere, ita per omnia [est] de hiis, quos hic serm denotat, cogitandum, quos dyaboli avaricia captivavit neq facile possunt facere aliud, quamdiu spiritum Jhesu non cons quuntur.

Ex istis itaque conflatur tribulacio maxima cont sanctos dei in presenti periculosa et inapparens supra modu quoniam isti religiosi falsi [operantur] ex una parte et ex al parte carnales sacerdotes et utrique nimis multi et mag et in seculo reputati, quibus ita a communitate creditur, ut nu lum contrarium sit licitum affirmari. Et tamen [cum] ista val persuasibiliter et colorate, ut sepe dictum est, sub zelo iustic practicentur, puta mala, que dei electis inculcantur, non est d bium, quod maior tribulacio iam nequeat cogitari.

Habundancius tamen, ut dicere ceperam, per facciones fa sorum fratrum et efficacius contra sanctos dei conparantu

---

a) feminini generis *om. ed.* b) quando *A;* possunt, quin *ed.* c) pe sequuntur *ed.* d) i ᵍ *A;* illius *ed.* e) inevitabilis *A.* f) displicenciam g) sicut inter homines eiusdem artificii solet ɔc. *ed.* h) ad *corr.* ex

ıia ex causis superius deductis[a]) illi splendidius sciunt et ma-s esuriunt carnes sanctorum manducare et sanguinem ipsorum :potare[b]), verbis detrahendo et factis persequendo iuxta scri-uram[1]): „Qui carnes conportant ad manducandum.“ Et alibi[2]):)uodsi invicem mordetis [et comedetis], videte, ne ab invicem ›nsumamini.“ Nam et isti tales sunt per scripturam Gog et agog determinati, gens innumerabilis super terram effusa, qui stra sanctorum circumdantes, eos affligent per tempora pro sis dispensata[3]). Quem namque sanctorum et fidelium predi-torum primum ipsi non sunt persecuti, postquam invaluerunt per terram? Quis zelator iusticie rigidus et fidelis, sive doctor erit, sive curatus, sive episcopus, quem isti armati omnibus piis ad invadendum et armis ad expugnandum facile preva-ıtes, non deiecissent et sua magna opera et magnam in com-unitate salutem non inpedivissent? Quoniam in veritate illud ipsis verum esse cernitur, quod est superius de Leviathan legatum [f. 286[b]], qui factus est, ut neminem timeret[4]). Ipsi enim per quedam sua privilegia et exempciones ab ›ediencia suorum ordinariorum ad id manifeste devenerunt, ut eminem timeant solum[c]) preter papam. Neque vero pa, neque episcopus, neque plebanus aliquis omnino presumunt sis se obicere vel confidunt[d]) ipsos posse expugnare. Nam bent in subsidium non tantum suorum conplicum[e]) multi-dinem infinitam, sed reges et[f]) principes, comites[g]) et barones burgenses cum plebeis in suum tutamen, et favorabilem per-cucionem collegerunt per ipsorum aurea blandimenta et, que perius de meretrice inaurata et margaritis adornata sedente, est quiescente super bestiam coccineam et septem capita at-.e decem cornua habentem per longum sunt deducta[5]), omnia a, inquam, et singula primum et propriissime istis congruunt, r que[h]) falsi religiosi sunt esse diffiniti, qui sanctos domini esu pauperes et devotos ita potenter et audacter persecuntur.

---

[a]) deducti *corr.* deductis *A.* [b]) epotare *ed.* [c]) *om. ed.* [d]) *ras. A.* [e]) supplicum et conplicum *ed.* [f]) *om. ed.* [g]) et c. *ed.* [h]) qui per quae *ed.*

[1]) *Proverb. XXIII. 20* (qui carnes ad vescendum conferunt). [2]) *Galat.* *15.* [3]) *Cf. Apoc. XX. 7—8.* [4]) *Cf. Job. XL. passim, v. supra c. 31.* [5]) *vide supra c. 46.*

Capitulum octogesimum quintum[a]).

[Quaestuum cumulatio a sacerdotibus et falsis religiosis eorum terribilis damnatio. Protestatio auctoris][b]).

[5] Quintum eciam istos supradictos valde proprie c cernit, scilicet, quod ipsi[c]) ea, que sancti in celis ac sierunt suo sanguine, in illis isti habundantes, ebr tate et commessacione consumunt. Nam istis pro sanctorum merita et suffragia veniunt ad questum, sicut po deduci ex superius declaratis. Et sicut optimus artifex in arte expertus, sic isti sciunt in omnibus et ex omni questus suos cumulare et singula applicare ad lucrand et maxime[d]) illa, que sunt sanctorum dei, ut est patres s extollendo, altaria pro sanctis multiplicando, suffragia sancto aput se lucere diffamando, reliquias eorundem et magne virt statuas celeberrime predicando et multa similia, que poss conportare ipsis ad lucrum, exquisite[e]) populis ostentando.

Sed omnia talia, ex quo non sunt, ut presupponitur, spiritu Jhesu crucifixi, id est ex caritate, sed ad oculos et conplacenciam populorum et ad questus exercendos et auc de simplicibus animabus Jhesu, omnia, inquam, cedunt dampnacionem meretricis ebrie et acquisita lucra talia sunt mercedes[f]) esse meretricis a prophetis indicata. U Michee I° [1]): „Omnia [idola] eius ponam in perdicionem, q mercedibus meretricis congregata sunt et usque ad merced meretricis revertentur[g]).“ Est autem hic notandum, quia yp critis sacra scriptura et doctorum sanctorum monita sunt antiquata et nimis familiaria effecta et per consequens ipsis le et nimis communia et talia, que nichil movent ipsorum anim ad se congnoscendum vel ad suam vitam emendandum. idcirco necessarie sunt pro correccione ipsorum q dam nove et[h]) terribiliores increpaciones et alias audite. Et quemadmodum maxima iniquitate inundante ea,

4) Nota totum *A*.

a) Cap.m LXXXV *A in m. duabus manibus.* b) *ita suppletum ab tore; om. A et ed.* c) etiam *add. ed.* d) maxima *corr.* maxime *A.* e) exquisita *ed.* f) merces *ed.* g) *post corr. A.* h) quedam nove *om. ed.*

1) *Micheae I. 7.*

:rant pulcherrima ecclesie, sunt deturpata et, que optima, illa 'ermento malicie et nequicie[1]) abhominacio effecta et que[a]) oreciosissima sunt, per istum talem terribilem yppocritarum po:ulum vilia, levia, et ita diluvium iniquitatis habundavit, ut juasi supra omnes montes ad quinquaginta cubitos sint ipsius lumina mirabiliter nimis et facciose per operacionem demonio-'um elevata[2]), ut potest haberi ex predictis. Et idcirco, sicut nirabiles huius elaciones sunt maris, ita mirabilis est in altis-imis dominus[b]) Jhesus crucifixus[3]).

Quapropter ille, qui ista mala omnia et singula prescivit :t in libris fecit ea consignari, ut superius est deductum[4]), ut oer hoc ostenderet, quod nichil fit[c]) vel potest fieri ipso non volente vel non presciente et permittente, ille eciam idem iovos modos obviandi illis maximis[d]) maliciis in ua ecclesia reservavit et[e]) novas scripturas atque novas :orrepciones et, veluti sunt tonitrua, terribiles, et abscondit sub nirabilibus figuris[f]) et[g]) similiter terribilibus in thezauris sancte cripture requirendas et suo tempore necessario revelandas et n publicum producendas secundum mensuram, quam dirigit et emperat unicuique dominus piissimus noster, Jhesus crucifixus.

Non igitur quis indigne ferat[5]) nec ea miretur omnia su-oerius annotata, videlicet exacerbantes increpaciones acerdotum vel falsorum[h]) religiosorum [f. 287[a]], quo-iiam si videant fideliter et sine amaro livore invidie vel tu-nore superbie mordicantis, eciam ea, que alias prodesse po-uerunt, si legantur, inquam, ista in eodem spiritu, in quo et :x quo sunt conscripta, tunc[i]) manifeste apparebit illud, quod uperius est expressum[6]), puta quod ipsa vergunt[k]) ad nul-ius destruccionem alterius, nisi viciorum atque con-'utacionem istius mundi amicorum christianorum, :t maxime sacerdotum et religiosorum carnalium et inimicorum :rucis domini nostri Jhesu Christi!

---

[a]) et quaque *A;* et quae *ed.* [b]) *post ras. A.* [c]) sit *ed.* [d]) ma:ime *D 1.* [e]) ut *ed.* [f]) signis *corr.* figuris *A.* [g]) et *seq. superflue in A.* [h]) filiorum *ed., sed false;* falsorum *recte A et D 1.* [i]) tum *ed.*) vergant *A,* vergunt *D 1,* vergent *ed.*

[1]) *Cf. I. Cor. V. 8* (in fermento malitiae et nequitiae). [2]) *imago pro-enit de Geneseos narratione de diluvio (c. VI sq.); archae Noe latitudo erat 50 ubitorum (Genes. VI. 15).* [3]) *Cf. Psalm. XCII. 4.* [4]) *v. supra p. 329 et 332.* [5]) indigne ferre, *cf. Marci X. 14.* [6]) *v. supra p. 391.*

Ego enim confiteor hec omnia dictasse et conscripsis coram domino Jhesu et in ipsius dileccione secundum iudiciu meum, caritate ipsius me ipsum in id perurgente. Et protesto quod ista, que sunt hic posita et alia mea dicta et facta hum liter subicio cum omni obediencia filiali sancte universali e clesie[a]), puta ecclesie Romane, et ipsius correccioni et emer dacioni in omnibus et singulis per me dictis vel factis aut i posterum faciendis.

---

a) ecclesie Romae *D 1;* s. universali Ecclesiae *tantum ed.*

Indices.

A. Index syntheticus.

(Desumptus ex contemporaneo codice capituli metropolitani Pragensis, sign. D 120, ubi in fol. 49^{a}—73^{b} *continetur, hac inscriptione notatus:* Sequitur Registrum super libro Magistri Mathie Parisiensis de abhominacionibus in ecclesia dei. *Cf. praefationem).*

[f. 49^{a}] Capitulum 1.

Divisio et dissensio predicatorum est causa tocius mali 2. — Proprium Christi est colligere, Antichristi dispergere 3. — Pax mundi nocentissima 3. — Impossibile est habere pacem cum Christo et mundo 4. — Qui venit eadem via ut Christus, odit et destruit pacem mundi 5. — Quis venit in spiritu domini Jhesu? Qui destruit pacem mundi et conturbat mundanos et eorum prosperitatem 5. — Signa boni predicatoris: destruere pacem huius mundi et querere laudem et gloriam Jhesu Christi et virtutum 5.

Capitulum 2.

Predicator Antichristi non devenit ad predicta 6. — Omnes divites, ad[d]ucti ad crucem, absorbentur et anichilantur 6. — Similiter omnes sapientes et amator[es] huius vite 6. — Amatores huius mundi omnia inveniunt contraria sibi in cruce Christi et ideo illam valde odiunt, quia nichil sui ibi inveniunt 7. — Omne, quod homo amat, debet hoc a se abicere et omne amarum suscipere 8. — Abhominacio est ea, que in Christo sunt et que in mundo, in se velle simul conbinare et conmiscere 8—9.

Capitulum 3.

Divisio predicatorum periculosissima est 10. — Qui scisma in populo faciunt, nimium sunt nocivi 10. — Nichil nocencius prelato tepido, qui non irascitur scismati, nichil abhominabilius, multo plus quam vomitus 10—11. — [f. 49^{b}] C[h]ristus mittit gladium in terram, id est in terrenos, Antichristus in celestes 11. — Conturbat malos bonus, conturbat devotos Antichristus 11. — Scisma fecit cohabitacio monachorum et aliorum sa-

Capitulum 4.

Capitulum 5.

Capitulum 6.

Capitulum 7.

Capitulum 8.

Serpentes discerpunt se corrigentes 35. — Si illos persecuntur, qui usque ad mortem se opponunt, ut nos retrahant a damnacione, quomodo aliter reducentur et salvabuntur 35. — Omnes comminaciones de Jerusalem modo inplete sunt in spiritu 35. — Iniquitas modo summum polum attigit 36. — Messis et excussio expectatur illius iniquitatis, sicut in Sodoma et Gomor[r]a 36. — Quomodo spiritus Jhesu est potens 36. — Confessio peccatorum suorum 36. — Protestatur, quod omnia ista scribit ex spiritu domini Jhesu, missus ab eodem, et quod aliter nec scribere nec scivisset talia, nec potuisset 37. — Gracias agit, quod ei in omnibus adversa successerunt et quod a talibus sic est ereptus 37—38.

Capitulum 9.

Via Antichristi lata et resplendens, qua currunt ad promociones, via Christi nulla 38. — Via Christi in officia deficit 39. — De avaricia sacerdotum et pena eorum maiori quam furtum, qui tamen ob id honorantur 40. — Omnia occupavit Antichristus, ita quod Christus non habet, ubi caput reclinare 41.

Capitulum 10.

Sacerdotes pocius eligunt esse mercenarii in hoc mundo, quam in futuro 42. — Corporalia exercicia, mortua a spiritu Jhesu, preconisantes, et precipue que sunt lucrosa et allicencia populum simplicem et que sunt ad oculos plebium 42. — [f. 51ª] Sacerdotes, que sunt spiritualia et vera et vivifica et propria religionis christiane et viciniora saluti, non curant preconisare 43. — Excusacio vite ociose cleri recusantis laborare, dicen[tis]: „Si vellemus graviter laborare, tunc essemus rustici“, etc. 43. — Mirabile, quod dominus potest talem abhominacionem respicere pacienter, qui in operibus sacerdotalibus tantummodo optant questum 43—44. — Sathan suum Antichristum omnimode nititur facere similem Christo, in gloria et sublimitate, sed non in cruce et humilitate 44. — Antichristus induit omnem honorem et splendorem apostolorum et similitudinem Christi glorie, sed non veritatem et laborem et que sunt ignomi[ni]e 44—45. — Antichristus conponit se luciformaliter, sicud Christus in Thabor, sed non sicut in cruce, quam sic erubescunt et horrescunt 45.

Capitulum 11.

Quod sacerdotes fornicantur in rebus variis [huius] modi, aut cum per ea querunt non Christo Jhesu, sed hominibus et [in *cod.*] suo libito conplacere, aut non caritate domini Jhesu et proximorum urgente, sed cupiditate instigante 46. — Qualis alicuius ingressus, talis et progressus et egressus, scilicet qui venit a se et propter se, et progressus, ut que sua sunt, viriliter et gaudenter inquirant, donec veniat similis egressus 47. — Avari sacerdotes conparantur mulieri fornicarie, principaliter intendenti libidinem, et requirenti eam, non fidem, non prolem 47. — Os wlve meretricis cupiditas cleri insaciabilis 47. — Signum frondosum et sterile est doctor ypocrita vel phariseus comatus 48. — Omnibus placent homines splendidi, Christo confutato 48. — Placet omnibus sequi alta et gloriosa mundi, humil[l]ima proicere, aut ea simul consociare 48. — [f. 51ᵇ]

Modus vivendi splendide est iam usitatus ubique in ecclesia, ideo non potest audire oppositum 49. — Non habentibus spiritum domini Jhesu omnia amabilia mundi facile cedunt in corruptelam, habentibus spiritum Jhesu quandoque cooperantur 49—50.

Capitulum 12.

De meretrice induta omni inpudicicia et omni spurticia fornicacionum fluente 51. — Abhominacio maxima, quia meretrix posuit se ad loca sanctorum altissima, discooperiens vas horrendum suarum fornicacionum 51. — Meretrices exprimunt wlvam suam, id est cupiditatem, in fronte et ydolo 52. — Omnia supradicta ista in spiritu inplenda sunt, non corporaliter 52. — Si meretrix et Antichristus corporaliter appareret, non esset abhominacio, sed malicia maxima et manifesta 52. — Et ideo in spiritu conponuntur occultissime et ornate omni specie sanctitatis 53. — Sathan sathellites suos in Christi servos transforma[vi]t, ut honorentur et ut vicia virtutes putentur et Antichristus extollatur, Christus supprimatur 53—54.

Capitulum 13.

Nullum peccatum sic absorbet et in bestiam convertit, sicut fornicacio 54. — Nichil fedius meretricis corpore, et peccato fornicacionis nichil bestialius 54. — Comparat fornicacionem corporalem turpissime meretricis per omnia ad fornicacionem mistice meretricis 54—55. — Nichil abhominabilius in humanis carne meretricis, ita nichil abhominabilius in christianis cupiditate [cupido *cod.*] [f. 52ª] in clericis vel sacerdotibus 55. — Ostendit, quomodo per corporalem turpissimam fornicacionem meretricis pervenitur ad cognicionem spiritualis meretricis 55—56. — Meretrix membra genitalia, a natura pudenda et abscondita, publice exponit et omnibus patefacit 56—57. — Quid est abominacio desolacionis? Et dico, quod est tocius sciencie et racionis, tocius mundicie et honestatis, tocius bone vie et virtutis introduccio prepotens infirmata omnium oppositorum supradictis 58.

Capitulum 14.

Maxima abhominacio, cum primi et maximi ecclesie ista faciunt opera meretricis, inferendo ea in templum, qui debebant [ea] eicere 58—59. — Alienati sunt peccatores a vulva, id est per vulvam a Christo 60. — Cupiditas meretricea, sicud mare effundit se super universam ecclesiam, et mergeret totam, nisi dominus poneret terminum illi mari 60. — Puteus abissi est late appertus, et puteus meretricis, quod cum ea fornicare est honestas et decor 60—61. — Putant omnes, quod cum omni tali abhominacione optime deo serviatur; exemplum de dea Veneris, ubi meretricem pro dea statuerunt et coluerunt 61—62.

Capitulum 15.

Meretrix undique se exponens et [ad]ornans ad mechandum vulvam gestat in fronte sua 63. — Cupiditas in primitiva ecclesia fuit occisa in Anania et Saphira et sub terra sepulta et horrende punita 63. — Cupiditas christianorum vocatur ydolum zeli 63. — Sublimitas mundi et Antichristi

dissimulat sublimitatem Christi, quando sacerdotes et alii christiani sacrificant diis excelsorum et regine celi, id est mundane prosperitati, et mulieres, id est ecclesie non sine viris, id est prelatis hoc faciunt 65.

[f. 52b] Capitulum 16.

Quomodo mulier sponsa Christi defraudat eum in semine et prole, offerens se aliis libidinibus et wlvam cupiditatis questibus 67. — Quam preciosa est anima hominis et preciosior mundo 67—68. — Animam mundo preciosiorem ut funestam meretricem prostituimus et omnibus fornicacionibus occurrentibus exponimus et pol[l]uimus 68—69. — Valde vere et proprie concupiscencia anime seu desiderium dicitur wlva anime, iuxta illud: Concupiscencia, cum conceperit, parit peccatum 69. — Que si inclinatur ad bona, nubit cum ea Christus, si ad mala, dyabolus 69. — Qui invenit sibi vitam, quam sibi fecit, deum, pro alia non rogat 69. — Wlva anime, id est concupiscencia, deberet semper iungi Christo et hiis, que Christi sunt, omnibus 69. — Quomodo wlva anime fit puteus fornicacionum 69. — Quam abhominabilis et magna meretrix fit anima, si convertitur ad illa, que sunt huius mundi, et conplacenciam sui 70. — Quomodo tota multitudo populi christiani prostituta est per demonia suscipiens ab eis in wlvam concupiscencie omnia mundi et carnis oblectamenta et viciorum semina 69—70.

Capitulum 17.

Meretrix ignominiam virilium colit pro deo 71. — Qui sunt viri meretricis et quare dicuntur viri eius 71—72. — Meretrix diligit virum principaliter propter genitalia et propter membra virilia; sic [etiam] amor meretricius ob temporalia et munda[na] 72. — Quid diligit meretrix principaliter et mechus, quia membra genitalia, sed opposite viri et pudici coniuges se diligunt 72. — Conformiter subditi clerici et christiani diligunt superi [f. 53a] ores suos et diliguntur ab eis amore meretricio, sicut meretrix mechum *etc.* 72. — Clericuli ut meretrices colunt et venerantur potentes et divites et ornant se coram illis et omni honestate conponunt, ut eos sibi alliciant, magis eos, qui sunt longarum carnium 73. — Sacerdotes obediunt superioribus non propter Christum, sed quia sperant ab ipsis beneficia et divicias et honores 74. — Clerici et christiani huiusmodi sacrificant seipsos potentibus et subiciunt se, ut meretrices mechis, mistice fornicantes 74. — Duo pedes mulieris meretricis et fornicarie, scilicet amor et timor, qui portant illam ad omnem fornicacionem, quos dividit omni transeunti 74—75. — Potentes mundi sunt magnarum carnium, quibus se subiciunt sacerdotes et clerici propter beneficia assequenda, ut meretrix mecho 75. — Pedes meretricis inconstantes, nec ad Christum, nec ad mundum fluctuantes 75—76.

Capitulum 18.

Quid est Priapum pro deo eligere et collere et sibi in mente statuere 76. — Omnes magis eligunt et condelectantur et assurgunt divitibus et potentibus quam humilibus et abiectis, et sic colunt Priapos 76. — Macha, id est sapiencia mundi fecit in luco simulacrum Priapi, et ipsa est princeps

in cultu eius 77. — Sapiencia dei et sapiencia hominum in quibus et quot repugnant 77—78. — Quid est lucus omnium ydolorum, quia densitas adinvencionum 78.

Capitulum 19.

Mandata eorum magis autentica quam ewangelium, quia facilius executur, quam [mandata] Christi 79—80. — [f. 53b] Plus cavemus peccare coram dominis quam Christo 80. — Quod homines habent se ad magnates suos per omnia multo honestius, affeccius, humilius, attencius et obediencius, placencius et paracius, quam ad Christum crucifixum 80. — Plus erubescimus coram dominis pro verecundia quam coram Christo, cui in hoc nimiam iniuriam et [in]gratitudinem exhibemus 80. — Cicius punitur offendens dominum et blasphemans quam Christum crucifixum 80. — Gracius locuntur in conventu de dominis divitibus huius mundi et diucius quam de Christo, quoniam statim contorquemus facies nostras 80. — Quomodo in presencia dominorum libidinose adulamur et blandimur, dicentes: „Beatissime“, „Serenissime“ 81. — Diligencius et affeccius loquimur et cum maiori timore et cautela cum potentibus quam cum Christo, cum oramus 81. — Coram magnatibus mundi huius exhibemus nos prudentes, doctos, facetos, facundos, honestos, eloquentes, devotos, ut exinde eis magis conplaceamus et propter nostram promocionem, ita dulciter dona ipsis nostra offerimus, quemadmodum mulier fornicaria coram sua concubina 81.

Capitulum 20.

Enigma Ezechielis de aquilla grandi magnarum alarum 83. — Subditi, quomodo debeantur se habere principaliter ad Christum in suis superioribus, quia secundum institucionem et preceptum scripture, quemadmodum fecerunt christiani primi 84. — Subditi per suos prepositos principaliter querunt, que sua sunt, non Christum per illos, et e contra 84.

Cabitulum 21.

Sacerdotes tam minores quam maiores, minores accipientes dignitates et maiores dantes, qui sunt [f 54a] amatores huius vite pleni cupiditate et avaricia, et isti utrique sunt designati per atrium, ut ait Ezechiel 86. — Atrium foris templum datum genti ad conculcacionem, ydolum zeli in ipso introitu est cupiditas cleri in fronte 86. — Yppocrite faciunt abhominacionem pessimam ex apposicione rerum summe inimicarum et se deturpancium 87. — Paries est consuetudo antiquata, qu[i]a contractando legem dei sine spiritu Jhesu habent eam contemptui 87. — Enigma quid est: Vidi unum foramen in pariete? 87—88. — Paries iste obnubilat peccatores et excusat miro modo subditos per superiores, simplices per doctores 88. — Subditi cum superioribus sunt funiculus triplex et squame Vehemot et umbre se protegentes 89. — Quid est „linire parietem luto absque paleis“? Et est, quod sacerdotes excusabant mores et consuetudines populi per infirmitatem carnis, vel luto, id est sub humanis suasionibus, et faciebant absque paleis 90. — Quid est palea et quam utilis est? Palea est asperitas discipline Jhesu Christi et rigor iudicio-

rum divinorum 90. — [Sicut] palea maxime necessaria iumentis, ita disciplina hominibus et maxime pueris 90.

Capitulum 22.

Qui promittunt multas iustificaciones falsas populo et promissiones peccatoribus, in quibus amici huius vite requiescunt, ut sunt promissio indulgenciarum, similiter promissio multarum reliquiarum, aut promissio communitatis fraternitatum singularum, et hoc propter questum 91—92. — Cupidi proveniunt ad gravissima peccata, sicut Sodomite in suo genere 92. — Simplices decepti credunt, quod per talia salvabunt[ur], [f. 54[b]] et sic negligunt vere penitere 93. — Sacerdotes petitores et questores inpudicissimi petitis litteris quibusdam superioribus suis currunt undique ad emungendum pecunias a simplicibus, multa peccatoribus rudibus promittentes, illis tantum, qui pecunias eis dant, ita ut manifeste exigunt pro absolucionibus et aliis huiusmodi 94. — Monachi falsitatis extructores edificiorum et petitores mendacissimi, qui per auctoritatem episcopalem et per oraciones et mirabiliter et subtilissime excogitata et avariciam fundant magna templa magnorum sumptuum, ut haberent multam materiam simplices adeundi, dicentes, qui eis contribuerit munifice, esset particeps fraternitatis 94.

Capitulum 23.

Quid est fodere parietem? 96. — Quid est divisio spiritus et anime? 96. — Magister presens quomodo habuit se obnubilatus pariete et quomodo detectus, et quomodo fuit proiectus in adversitatem magne et late infamie et contemptus 96—97. — De igne mirabili et corporaliter sensibili et novo et dulcissimo, qui solet electis dari, precipue tribulatis et de peccatis dolentibus 97. — Qualiter succenditur? Nam quanto magis elevatur quis in oracione, tanto magis succenditur et ardet. Perditur ignis iste, quando obliviscitur quis Christi Jhesu, vel quando occupatur in verbis vanis, vel quando relaxo *(sic)* disciplinam in comedendo et bibendo 97. — Sine igne isto homo efficitur inutilis ad omne opus bonum 98. — Iste ignis docet secretissima et facit hominem paratum ad omne opus 98.

[f. 55[a]] Capitulum 24.

Mirabilis est efficacia spiritus domini Jhesu: Ubicumque foderit parietem abscondite scripture cum previa oracione, totum intellexit et quasi per ostium apertum distincte vidit, et tunc non habuit requiem spiritui meo *(sic)* in scribendo, predicando, *etc.* 99—100. — Summa habundancia iniquitatis et populus pessimus, post quem non erit peior, de quo omnes prophecie adimplentur 101. — Per gestos indevotos agnoscuntur et conatus yppocrite 101. — Solus exutus a vanitate poterit abhominaciones penetrare et agnoscere, adequando presencia ad vitam Christi et doctrinam 101. — Pessima et maxima abhominacio, quando divina preciosissima vilissimis spurciciis admiscentur in eadem consciencia: probat exemplis, ut patet de stercore 102. — Pessima abhominacio manducare corpus Christi crebro et ipsum in cor malum, sicud in cloacam, proicere

et cum vita reproba coniungere 103. — Maior est abhominacio corpus Christi indigne accipere quam corpus Christi in sterquilinium deicere, vel stercus in calicem proicere 103. — Maior abhominacio fit omni die Christo quam unquam a Jüdeis et paganis, et talium quam maxima est dampnacio 103. — Sacerdotes tradunt Christum ad crucifigendum gentilibus, id est gentiliter viventibus et illis, qui [sunt] amantes vitam huius mundi; et [isti] iudicium terribile non effugient 104.

Capitulum 25.

Quid est ingredi hostium scripture et videre 104. — In optimo populo christiano omnia ydola venenatorum et reptilium et bestiarum intus, non extra depicta 105. — [f. 55[b]] Populus christianus debet esse ultime perfeccionis, sanctitatis et dignitatis, repletus spiritu sancto: et in tali populo omnis abhominacio veneni furiarum et reptilium 105—106. — Varietas ydolorum reptilium et bestialium significat multitudinem viciorum, in anima cuiuscunque depictorum, monstruosam nimis 106. — Populus christianus propter yppocrisim et crudelitatem [et] rapacitatem pardo similis 106. — Propter passiones reptilium vel bestiarum dicuntur esse homines tales, scilicet serpentes vel bestie vel alia animalia 107. — Quicquid forcius movet hominem et allicit ad cogitandum se vel habendum se quam Jhesus crucifixus, est ydolum in mente 107—108. — Dominus wlt totum habere hominem vel nichil, quia non potest habere communionem cum Antichristo 108. — Fallacia diaboli opposite agit: si non totum [habere potest], est contentus de eo, quod potest [obtinere] 108.

Capitulum 26.

Dyabolus dum partem habet, totum hominem dimittit liberum et quietum, ut diucius posset ibi quiescere 109. — Decipiens in radice et facto abhominabili Jhesu Christo donat sibi quietem multam a tempta[cioni]bus, ita quod ipsum cessat temptare; sed ipsum domino Jhesu servicio dimittit ad cantandum, orandum, missandum 109. — Mala, que nolumus et expugnamus, deus valde graviter tollerat in nobis, sed voluntariam maliciam nullomodo. Dominus non wlt habere in homine partem, sed totum, aut omnino nichil 109. — Inde veritas dicit: „Diliges dominum deum tuum ex toto corde" 109. — [f. 56[a]] Inpossibilia conbinamus volendo vivere huic mundo et Christo, spiritui carnis et spiritui Christi, nostre voluntati et divine, sequi cupiditatem et habere dei caritatem, esse Christi et habere amiciciam amatorum huius vite, diligere Christum et ullas res huius mundi 110. — Putamus et sattagimus summe contraria posse conbinare, quod facere vel habere simul omnino est inpossibile 110. — Inscrutabilis conposicio Sathane oc[c]ulta, contecta, ornata omni honestate exteriori et sanctitate et sapiencia et retinencia figurarum domus dei. Intus mortua, deserta abhominacio 111, *require plura circa tractatum.*

Capitulum 27.

Jeconias, id est summus sacerdos, et viri seniores versi stant primi ante ydola et sacrificant eis pessima sacrificia 113. — Summus sacerdos stat in medio omnis malicie, sicud Saphon originans et sustinens eam, quam

primus destruere debuit 114. — Prelati non sibi, sed eciam aliis mali, putant deum preterire mala eorum, sed ipsi non curant, quod est yppocrisis 114. — Irritat impius deum, dicens: „Non considerat“ 114. — Legere tremenda iudicia nimis est usitatum et commune 115. — Proprium est yppocritis non appreciare mala maxima, sed levia putare, et sic de deo existimant sicud et de se, quod ea non ponderet 115. — Peccatoribus videtur deus quasi dormire vel inpotens esse 115.

[f. 56b] **Capitulum 28.**

Seniores ecclesie causa et mater omnium picturarum et abhominacionum terre 116. — Abhominacio et dampnacio subiectorum est ut septem, sed seniorum est ut septuaginta propter magnitudinem persone et circumstanciarum vehementer ag[g]ravans peccatum 117. — Qui propior est Christo et amicus, plus peccat, ut Judas quam Pharisei, et Pharisei plus quam Pilatus 117. — Maximum peccatum vulgi christiani, qui Christum crucifigunt, existentes amatores huius vite 117—118. — Maius peccatum populi christiani quam Pilati, qui in vacuum accipiunt omnia beneficia Christi, ut passionem, dolorem, sanguinem, et amant hunc mundum 118. — Seniorum in christianitate est maior dampnacio, ut septuagies (summi pontificis supra modum gravior), qui existentes primi et proximi Christo Jhesu et omnia eius secreta scientes, tradunt [ipsum ob amorem] huius vite et glorie [et] diviciarum 118—119.

Capitulum 29.

Propter promociones indignorum infiniti iugulantur parvuli et traditur Jhesus osculo ad illudendum 119. — Dampnabile caput bestie, avaricia, fuit occisum in ecclesia primitiva in Anania et Zaphira, in Juda suspensum, in Symone publice anathematizatum; modo est deificatum 120. — Bestia habet duo cornua similia agni, hoc [est] potestatem dispensandi temporalia, quasi essent ad protegendum dei ecclesiam et gubernandum ex caritate 120. — Ecclesia habet duas potestates super temporalia et spiritualia per duos gladios apostolorum et per duas virgas Zacharie designatas 120. — [f. 57a] Bestia similis agno, quid mali fecit, quia dedit occasionem novam, scilicet ut clerici et sacerdotes inquirerent divicias, gloriam et honores 121. — Bestia similis agno fecit omnes servire et adorare bestiam primam 121. — Bestia fecit ignem de celo descendere in terram, id est caritatem spiritus sancti in clericis et sacerdotibus, fecit descendere, id est inclinavit ad terrena inquirenda, scilicet beneficia, officia et similia 121—122. — Bestia seduxit omnem christianissimum a via arta ad viam latam 122. — Modus seduccionis [est] credere se optime salvari cum amore huius vite et amore mundi 122. — Quid est ymago bestie: figura mundialis vite in clero et in populo 123. — Qui non adoraverit ymaginem bestie, id est figuram mundi in bestia, id est contempnat adinvenciones tales vel doctrinas hominum vel modum vivendi, tamquam hereticus iudicetur et occidatur 123. — Omnes pusilli et magni adorabunt ymaginem bestie 123. — Qua sapiencia electi debent hiis dictis uti. Quis intendit figuram bestie et plagam et quis non 124.

Capitulum 30.

Per LXX seniores designantur episcopi negligentes, mundani, a Christo evo mendi, omnem christianam doctrinam vita sua mundana relaxantes 125–126. — (Plus nocet simulatus sanctitate episcopus quam peccator publi cus — *in textu non proprie legitur)*. — Per septem intelligitur desolaci a septem spiritibus dei et occupacio a septem spiritibus dyaboli, et pe decem decalogi prevaricacio 127. — Decem plage Egipti statim deseviun in peccatores contra decem mandata 127—128.

[f. 57ª] Capitulum 31.

Vir in bono et in malo significat potenciam faciendi bene vel male 128. – (Salomon nimium ditatus rebus et virtutibus, quomodo viriliter et po tenter in omne regnum suum et in longum tempus peccavit, cave d eodem 128—129). — Viri potenciam habentes in malo conparantur locu stis habentibus potestatem nocere terre 129. — Potentes viri abhomina cionem facere conantur ex eo, quod sunt seniores familie Jhesu Chris et habent auctoritatem multam super christianos, quibus non est pha contradicere 129. — Per seniores LXX intelliguntur hic omnes sacer dotes, qui sunt potentes ad faciendum malum, muniti omni apparenci iusticie corporalis, omni sapiencia, sciencia et scripturis sacris, que tame est maxima abhominacio, maxima, cum in nomine suo et causa cupidi tatis et diviciarum et honorum ducuntur ad gradus ecclesie 130. – Seniores ingredientes potestatem ecclesie et querentes, que sua sunt, e non, que Jhesu Christi, contegunt se ipsos nomine Christi, et putan omnia bene facere, et hoc tum quia universi similiter faciunt, tum qui inferiores superioribus adulantur, et superiores inferioribus sunt in cupi ditate omnino similes, vel quantum superiores, gradu tantum excellente ambicione gaudent de exercicio sue superbie 130. — Yeconias, summu pontifex, stat in medio, id est fons originans omnem maliciam terre e omnem ydolatriam et aversionem a deo 131. — [f. 58ª] Antichristus ex tollit se super omne divinum in ecclesia et omne sanctum et honorabile contrahens ad se omnia beneficia 133. — Horum abhominacionum ha buisse inicium, quando apostolicus contraxit ad se omnia beneficia e officia ecclesie pro sua voluntate dispensanda 133. — Magistri Parisiu hanc abhominacionem previderunt et limpide prescripserunt 134. — Tun Antichristus seduxit ecclesiam dulciter a qualibet specie virtutum ad sib oppositum vicium; exemplificat hoc per multa, ut de caritate ad cupi ditatem, de amore eternorum ad amorem terrenorum, de rigida vita e arta ad amiciciam huius vite, *ut patet intuenti* 135. — Per tradicione utilissima salutis sunt obnubilata et ad hec christianos facit eos nimiun intentos 136. — Seduxit a sacramentis per tradiciones, a divina sa piencia ad humanam, a timore dei ad timorem hominum et sic de aliis et hoc fecit miti modo et dulciter 136. — Seduxit christianos a primev eorum dignitate et sanctitate, quam habuerunt in Christo Jhesu et glori crucis eius 136. — Ad tantum seduxit et cecavit, quod ea turpia, que i ecclesia primitiva nominari non permittebantur, modo sunt venialia vel pu blice honestatis 137. — Nam per hec spiritus nequissimus [effecit], quod sicu

in primitiva honestate sancte ecclesie ille, qui admittebat turpia aliqua vel talia contraria virtuti Jhesu Christi, mox arguebatur ab omnibus in tantum, quod non erat eidem licitum inter christianos de cetero apparere, secundum quod apparet ex epistolis apostoli in locis pluribus et in eo, quod dicit Iª Cor. V°: „Scripsi vobis [f. 58ᵇ] in epistola, ne comisceamini fornicariis", ita (iam *cod.*) per contrarium in moderno populo christiano conmiscentes talia omnia turpia et carnalia non tantum non sunt notabiles et non reprehenduntur neque corriguntur a ceteris, sed eciam non esse peccata talia [estimantur] 137—138. — Cupiditas nimia et avara cleri causa omnis sedicionis supradicte et desolacionis ecclesie, et ex tali nimia avaricia cleri multa mala creverunt 138—139. — Sacerdotes sunt degeneres hii, qui laicis sunt intenti pro eorum salute 139. — Patet exinde, quod in sacerdotibus et clericis inceperunt lites et iurgia pro beneficiis 139. — Inobediencia et correccio cessavit ideo, cum curati vel alii presbiteri cognoscunt se esse promotos ad beneficia non ab episcopo suo neque ab eo confirmatos, sed a domino papa 140. — Tanta est astucia cleri, ut suis adinvencionibus et doctrinis variis [ecclesiam] repleverunt et subiecerunt, omnem viam se invadendi firmiter precludentes, [et] facti sunt, ut neminem timeant, quoniam et imperatoriam potestatem et apostolicam auctoritatem sibi ipsi adiunxerunt, favoremque plebium atque plausum populorum, nec non defensionem potentum et divitum huius seculi suis splendoribus, variis et exquisitis, at[t]raxerunt, propter quod *etc.* 141. — Clerus tantum munivit suam maliciam, quod nec ira Moisi, nec zelus Helie, nec auctoritas Petri et Pauli, nec doctrina Augustini et Ambrosii valent eum [f. 59ª] penetrare; exemplum de Vehemot *etc.* 141—142.

Capitulum 32.

Papa inpotens ad dispensandum omnia beneficia ecclesie 143. — Officiorum et beneficiorum ecclesie ordinacio est tota ecclesie pulcritudo, si bene dispensatur; quod si male, tota turpitudo 143. — Ordo ecclesie sancte conformatur cordis ordinatis in cithera 144. — De obediencia subditorum relaxata, quam mala est 144. — Hunc ordinem conturbat papa per exempciones et beneficiorum attracciones 145.

Capitulum 33.

Spiritus sanctus non permittit scribere aliquid pro utilitate suorum electorum, nisi visa ab eo fuerint, que scribit recta, ut inde veritas scripture sacre a figmentis hominum et fabulis habeat differenciam et dignitatem 148. — Quod seniores faciunt abhominaciones, qui deberent primi esse contra illas 148—149. — Seniores omnia mala faciunt sub yppocrisi et sub speciebus sanctitatis et pietatis, ut lupi rapaces sub vestibus ovium 150. — Hoc est pessimum malum yppocritarum, quod misericordiam dei convertunt sibi in favorem suorum viciorum et inpunitatem et in negligenciam ulcionis 150. — Yppocrite ideo relaxant in se et in aliis disciplinam dei, quia nec expectant premia virtutibus, nec ulcionem criminibus, omnia parvipendendo et contempnendo 151. — Yppocrite pessimo vicio ingratitudinis laborant, quia omnia divina et dona dei viluerunt ex usu longo 151. — [f. 59ᵇ] Yppocrite nesciunt, si spiritus domini Jhesu est, sicut et illi baptisati a Jo-

hanne, per quos omnes desolati ab eodem spiritu designantur 152. - Yppocrite adinvenciones et mandata et doctrinas hominum atque omni opera humanitus condita magnificant, sanctificant, et coram eis tremur et per hoc satagunt dominum deum suum valde colere et venerari cur hoc, opera domini nostri crucifixi non digne perpendentes et mandat et ipsius verba indigne exsequentes 152. — Non habentes spiritum Jhes necesse est eos magnipendere omnia humana et mundana et parviper dere deum et Christum et omnia divina 152.

Capitulum 34.

Nemo carens igne illo mirabili divino est mittendus ad predicandum. Nai illo igne loqui deberent predicatores, ut igneis loquebantur linguis apo stoli 154. — Nemo valet congnoscere abhominaciones ecclesie et yppo crisim tantam, nisi intellectus abstractus et elevatus a spiritu domi Jhesu 155. — Qualiter christiani veri deberent iudicare, quia secundu interiorem hominem, et non secundum faciem vel hominem exteriorer neque secundum ea, que vident 155. — Quid facit proprie abhomin cionem, quia conmixtio inpossibilis, quia ex induccione amoris diviciaru et honoris atque pacis huius vite ad spem, caritatem et fidem, et he est maxima abhominacio 155. — Nota, quod abhominacio designat no iniquitatem apertam simpliciter vel nudam maliciam, sed conposicione quandam ymaginariam et volitam, yppo [f. 60a] critis, qua nituntur cor miscere iniquitatem cum equitate, cupiditatem cum caritate, amore Jhesu Christi cum amore huius mundi, voluntatem suam cum volunta dei, celestem cum terrena, christianam vitam cum vita seculari et ge tili, *etc.* 155.

[Capitulum] 35.

Sancti non faciunt intollerabilem abhominacionem, sed gravissime ferunt paciuntur omnem suam infirmitatem et vanitatem 159. — Sancti p spiritum inhabitantem eos deprehendunt abhominacionem in se, et s parant et odiunt, non conmiscent 160. — Spiritus domini Jhesu conp titur in electis suis plurimas infirmitates, et quare: quia congnoscunt et dolent de eisdem 161. — Yppocrita non separat preciosum a vili, s unum pro altero accipit et co[n]miscet divina cum humanis 162. — Ypp crite omnes magis eligunt esse divites, pacifici et gloriosi in hoc mun et desolari *(sic)* a spiritu dei, quam quod sint divites in fide et in virtu Jhesu Christi et obprobrium amatoribus huius mundi et [desolati] spiritu mundi 162. — Sancti magis eligunt esse abieccio et obprobriur abominacio et peripsima mundi, quam desolentur a spiritu dei, sed o posito modo eligunt yppocrite 162—163.

[Capitulum] 36.

Quomodo visiones sancte sunt prophetis in specie et in enigmate cum i telligencia figurate, veritatis predicatori vero et discipulo Christi Jhe sit eidem designata intelligencia veritatis sine talibus speciebus et si enigmate, maxime in illis, que concernunt statum presentem ecclesie eius mores coaptant 164. — Quid est „introduci“, nisi predicatorem spiritu domini Jhesu in congnicionem veritatis et congnicionem eccles

sancte et intelligenciam prophetarum ad rem pertinentis, de moribus et factis ecclesie presentis, que [f. 60b] veritas fuit dudum visa a prophetis et abscondita in figuris et conscripta 164. — Clerici yppocrite vita sua mundana locuntur, quomodo paupertas, mititas, mansuetudo, castitas et cetere virtutes sunt a populo contempnende 167. — Scit bene et potest Sathan sic formare suum Antichristum in ecclesia, [eum] ipsi Christo et filios iniquitatis filiis dei [assimilando] 168. — Et hec omnia quidem non facit palam, in via communi sua et antiqua, ut fecit in Symone, Juliano apostata et Machomet. Non ita, inquam, nunc operatur grosse, sed nimium subtiliter nimiumque occulte 168—169. — Et per talia decipit maxime, que sancta videntur et ad que maxime electi festinant, ibi tendiculas et laqueos suos extendit 169.

[Capitulum] 36 *[bis].*

Prelati dicuntur mulieres non sexu, sed animo effeminato et molli et tepido 170. — Mulieres sedebant, id est quiescebant in hiis, que mundi sunt 171. — Clerici subiciunt se divitibus et potentibus velud diis huius seculi eisque nisi blandiri student et adulari eo, quod ipsis pacem huius vite, quam ipsi cupiunt, possunt conferre et aufferre 172. — Clericus colit potentes, id est deos mundi, sicud quondam mulieres Adonidem 173. — Mundani lugent non virtutum destruccionem, sed destruccionem felicitatis mundi et splendoris mundani 174.

[Capitulum] 37.

Quam delectabiliter colunt inclitos mundi et suscipiunt grate, quamvis sunt inimici crucifixi 174—175. — Causa, quia in ipsis vident et inveniunt suas conplacencias et desideria 176. — [f. 61a] Mulieres, id est clerici quam prompte suscipiunt splendidos et reputant humiles 176. — C[h]risti servus humilis indigne suscipitur 177 – 178. — Sed qui modo ex se et in nomine suo venit, gratanter assumitur 177. — Corpus Antichristi vehementer abhorret habere supra se caput Christi et eius electi abhorrent caput Antichristi 178.

[Capitulum 38, omissum.]

[Capitulum] 39.

Inprobi primum vivunt sibi, sue carni et mundo, post carnem et mundum posito domino Jhesu Christo 187. — Quod nullus se debet ingerere sacerdocio, nisi prius se ipsum examinet, scilicet quod amat valde Jhesum crucifixum et quod propter ipsius amorem pascat oves ipsius 189. — Nam in exordio sacerdocii nove legis valde rigide Petrus ex sacerdotibus et pastoribus hominum primitivus fuit ter requisitus: „Petre, amas me?“ 189. — Singuli sacerdotes moderni ad inquirendum divicias, delicias et honores iam non curam animarum assumere, sed curam decimarum et censuum anhelant 189. — Arguuntur negligere (negligencie *cod.*) circa curam animarum propter occupacionem horum aut aliena terrena; nam conplentes hec, putamus nos bene stare, sed non sattagentes de salute proximorum, ut edificemus salutem animarum nostre fidei, hec non curamus; damus nos ad honores, hec insulse et evasive conplentes tota die circa

vanitates aut hospitalitatem sollicitati, tamquam hoc sit de nostro officio principali et non cura animarum et edificacio proximorum 190. — Tales quidem perdunt infinitas animas, de quibus durissimam reddent racionem, principaliter et prius quam de mandatis et doctrinis hominum, quam de nostris huius modi cerimoniis multiplicibus, que sunt adinvente et date nobis 190. — Sed, heu, quia in nobis primo et principaliter residet amor huius [f. 61[b]] mundi et huius vite presentis, ideoque tales nos in omnibus exhibemus. Quapropter, quia propter bona temporalia ad beneficia curata, id est onerata cura [id est curam *cod.*] animarum pervenimus, ideoque principaliter et primo bona temporalia inquirimus et procuramus 190—191. — Hore canonice et alie cerimonie institute tantum sunt utiles et tenende, quantum promovent vel faciunt inmediate opus salutis animarum et edificacionem, sed in quantum ista impedirent quovis modo opus illud, tunc sunt postponende, et opus salutis animarum omnino est prius exercendum et exequendum 191.

Capitulum 40.

Clerici Tyrus sita supra mare, cuius negociacio populus 193. — Totum, quod deberet esse in clero virile, est effeminatum et molle; declarat per multa exempla: mens levis, cogitacio vaga, inconstancia animi, vane laudes et honores, mollicies victus et habitus *etc.* 194.

[Capitulum] 41.

Dantur nobis nomina ascripta secundum habitum et disposicionem animorum nostrorum, ut molles homines animo et inconstantes mulieres nuncupantur 195. — Sacerdotes dicuntur mulieres, quia non secundum naturalia, sed secundum moralia, quod deterius est, vitam ducunt 196.

[Capitulum] 42.

Ponderacio equa mandatorum hominum et dei quam periculosa est, quia palea non est ut triticum domini Jhesu 198. — Abhominacio maxima in dei ecclesia est diligere deum Jhesum, simul diligere vitam huius mundi et inquirere carnalia simul et spiritualia *etc.* 199.

[f. 62[a]] [Capitulum] 43.

Omne nomen, quod sibi christianus ex superbia nititur aquirere, ut per illud habeat gloriam in hoc mundo, [est nomen blasphemie Jhesu Christi] et omnis christianus, qui querit gloriam et laudem in hoc seculo, est plenus blasphemia Christi. Nam unus princeps christianorum, unus magister, unus pater *etc.* 204. — Facit bestia omnes pusillos et magnos divites et pauperes liberos et servos habere caracterem in manu sua sigillum domin[i]i regum, principum aut pecuniam per talia ad magnificandum se et nomina sua et non nomen Christi Jhesu 206.

[Capitulum] 44.

Quod bestia, id est populus omnium christianorum bestialissimus habeat multa cornua et capita contraria et divisiones infinitas et periculosissimas propter sua multa et varia capita et cornua 208. — Quare mulier, id est

clerus, non vult bestiam regere nec audet et quare est derelicta a Christo et quare indiget supportacione tante bestie et quare agitatur multis capitibus 211—212.

[Capitulum] 45.

[P]ulcritudo meretricis, id est cleri, et decor exterior et ordo et potestas ecclesie in ritibus et sacramentis bene stant et sunt decor Christi clero in moribus quomodolibet prostituto et in animo male stante 213. — Pulcritudo meretricis et naturalia non sunt a meretrice, sed a deo, sed solum mala voluntas et abusus pulcritudinis et bonorum naturalium 214. — Et sicud in adultera est solum animus mutandus, sic in ecclesia cleri sola mutata eius voluntate mala omnis ornatus ecclesie bene stat 214—215.

[Capitulum] 46.

[M]inor est dampnacio Sodome et Gomore, Jude proditoris, Neronis et omnium nequissimorum aliorum quam dampnacio meretricis et membrorum suorum 216. — [f. 62[b]] Magna iniquitas est veritatem dei in iniusticiam detinere 217. — [Maior est iniquitas eorum], qui debentes corrigere peccata, contra errores et hereses consurgere, scripturarum veritate opponere, faciunt opposito modo veritatem dei et iusticiam contempnendo 217. — Maxima iniquitas christianorum inpiorum est veritatem et sapienciam offendencium, Christum rursus crucifigencium et super dolorem dolores addencium, ut occisum super occidere *etc.* 217. — Adhuc supermaior est iniquitas sacerdotum et clericorum et inconparabilis iniquis populorum 218. — Causa, quia talia modica aut levia dicere et reputare et talia non corrigere 218.

[Capitulum] 47.

[F]acies mundi, hoc est omnis splendor et pulcritudo concupiscibilis est larwa et figura bestie 222. — Decem cornua bestie in omni gestu et habitu populi mirabili superbia figurantur 223. — Omnes generaliter arma, gladios ferunt ut fere crudeles omnes viri, clerici, monachi, pueri et mulieres 224.

[Capitulum] 48.

[Q]ualis quisque est interius, taliter disponitur et exterius, unde illud: „Impudicus oculus impudici est cordis nunccius“ 225. — Horrenda inpudencia mulierum et virorum visu et aspectu, ut omnis, qui christianus, mente vigilans, cum talia viderit, necesse est, ut memoretur non aliud esse presens seculum nisi talis horrende Babilonis, in quibus castiores invente sunt Sodoma et Gomora 225. — Et sic concluditur, quod populus totus est bestialis 227.

[Capitulum] 49.

[Q]uomodo nobiles notabiliter particulatim sibi diviserunt bestiam per partes, ille canem portando, ille partem ursi, [f. 63[a]] leonis et ceterorum animalium, ostendendo se plurimi similibus se depingere et ita vivere 229 —230.

[Capitulum] 50.

Omnis populus, non habens spiritum Jhesu, hic non est eius, sed est bestia 231. — Racio, quia magis respicit regem carnalem, quam legem et Christum, quia audita facta iniuria regi ipsam vindicant igne et gladio quam factam domino Jhesu 232. — Omnes, qui conplacent sibi magis in gloria et potestate mundi et carnalium, adimpleti spiritu mundi, quam in domino Christo, sunt ista bestia 231. — Omnis obediencia cleri ad suos superiores carnales, abeunti[s] post amorem huius mundi, et omnis respectus, omnis gloriacio in eisdem est bestialis, non meritorius, inchristianus, sed [solum] ideo factus, quia habent potestatem ipsis dare vel aufferre, ipsis bene facere vel male, qualem reverenciam bestia habet ad aliam 232. — Omnes tales cum maiori devocione dicunt papa vel rex quam dominus Jhesus, sed hoc totum ob respectu[m] diviciarum, glorie atque potestatis, quam timent, sed non [ob] dominum Jhesum. Cuius est manifestum argumentum, quia amant in se divicias, honores et gloriam mundi, que prefati domini habent ipsis distribuere et aufferre 233. — Sed si tales efficerentur inpotentes ita, quod nec per se, nec per alios possint aliquid prodesse nec nocere, statim omnis timor et reverencia atque obediencia in ipsis clericis carnalibus deperiret 233. — Opposito modo habent se domini temporales, quia a sacerdotibus non expectant temporalem profectum, nec timent ab ipsis nocumentum, ideo ipsos minime timent et reverentur et minime obediunt, nisi in hiis, que ipsos delectant 233. — Qui[s] digne recipit et reverenter hominem superiorem vel alium et quis bestialiter, patet; nam qui propter hoc clerici papam et seculares dominos, quia ipsis habent multum dare, vel suos superiores, quia possunt eis prodesse et nocere, vel secundum quod viderint eos diviciis [f. 63b] et gloria habundare, dominos seculares, quia habent dare, possunt aufferre et nocere 233. — Similiter clerici [timent] papam, quia habet dare aut denuncciare excommunicacione et abscisionem facere, que est sola iniquorum, et iste timor est bestialis 233. — Sed [quorum] timor et reverencia est secundum maiorem vel minorem auctoritatem Jhesu vel sanctitatem vite eorum, tales reverenter suscipiunt hominem superiorem 233.

[Capitulum] 51.

Omnis spiritus, qui relaxat timorem et amorem et obedienciam ad Jhesum, est Antichristus 235. — Jura studentes sunt mundi amatores et per consequens Antichristi, quia nullus pauperum vel devotus, sed omnes generosi, eloquentes, cupientes cito ditari et honorari [transferunt se ad studium legum et iuris canonici], sed theologiam solum abiecti et pauperes querunt studere 237. — Juriste ex ewangelio grana, id est divicias elegerunt, sed pauperibus paleas reliquerunt 237—238.

[Capitulum] 52.

Spiritu sancto desolantes necesse est sequi divisiones 238. — Quare bestiam necesse est divisam et septicapitatam 239. — Quare meretrix non dicitur septicapitata, sed bestia 240.

[Capitulum] 53.

[M]ultitudo carnalium christianorum valde proprie dicitur bestia septicapitata 240. — Carnes sanctorum sacerdotum rodere detractoribus apparent suaviores 242. — Licet prius mala prefuerant, non tamen ita publice et inpudice 242.

[Capitulum] 54.

[S]essio meretricis super bestiam est pax mundi et quies in prosperitate huius vite contra precepta domini: „Non inibis cum gentibus terre pacem et federa“ 245. — [f. 64ᵃ] Maxima ulcio ire dei pax et prosperitas concessa peccatoribus, potentissime clero et sacerdotibus 245. — Deus mandavit non inire pacem cum gentibus, id est carnaliter viventibus 245. — Omnis gloriacio, omnis delectacio excessiva christiani et precipue sacerdotis alibi quam in Christo Jhesu est fornicacio anime meretricis, que debet se in omnibus abnegare et tollere crucem suam et sequi Christum Jhesum 247. — Laici, precipue divites et nobiles, peccatores signantur per bestiam, quia in talibus dominantur ritus et mores paganorum. Sed clerici carnales dicuntur meretrix 248. — Quapropter maior dampnacio meretricis, quia pol[l]uit divina et celestia et eterna et abutitur illis, sed bestia terrestria, quibus abutitur ad suam voluptatem 249.

[Capitulum] 55.

[Q]uamvis Christus in sua persona non patitur nec pol[l]uitur, tamen in peccatoribus gracia Jhesu et spiritus eius, veritas et opus eius patitur, crucifigitur et destruitur 250. — Quicquid Judei Christo fecerunt in corpore, peccatores christiani multo deterius faciunt Christo in eius spiritu et veritate, quando ipsam veritatem vel spiritum occidunt in se et perdunt et crucifigunt 251.

[Capitulum] 56.

[A]bhominacio consistit in conmixtione inpossibili summe contrariorum, scilicet boni cum malo, veri cum falso, dei et dyaboli, lucis et tenebrarum 252. — Omnis peccator voluntarius, quantum in se est, destruit deum et totum mundum, reddens ipsum abhominabilem 253. — Omnes christiani acceperunt et accipiunt a deo maxima bona divina et celestia: veritatem, fidem, virtutem, spiritum domini Jhesu 253—254. — Qui omnia bona supradicta accipiens a deo peccat voluntarie, quantam iniuriam deo faciat et quantam abhominacionem, nemo valet cogitare 255. — [f. 64ᵇ] Quam gravis abhominacio dei summam bonitatem cum sua iniquitate velle sociare et cum hoc sibi conplacere 256. — C[h]ristiani peccantes, maxime predicatores, quantum in nobis est, reddimus abhominabilem dominum Jhesum et omne eius donum, et vilem facimus eum coram demonibus et conspuimus coram mundo 256. — Predicator propter levitates verborum facit valde contemptibilia testimonia de Christo et verbo fidei 257. — Quod predicatores vani reddunt verbum veritatis et fidei levissimum et inane ita, quod eorum testimonia de Christo sint quasi fabule 258.

[Capitulum] 57.

Quanta mala faci[a]t nostra tepiditas et pusil[l]animitas conmixta cum omnib donis dei 261. — Tepiditas nostra et pusil[l]animitas abhominabilis pr vocat Christum et Christo est summe nausea et molesta sicud vomi 262. — Magna abhominacio in clero sapienciam huius seculi summe i micam miscere cum sapiencia Christi, ut legere, docere, predicare et cu hoc alia stulta opera facere voluntarie 262.

[Capitulum] 58.

Magna abhominacio, quando res abhominabilis conponitur cum re ma digna, ut stercus in trono vel cibo regio; tamen si ponatur per se in s loco, in sterquilinio et buffo sub terra, nulla est vel modica abhon nacio 264—265. — Maior abhominacio est, quando christianus, maxi sacerdos, peccat voluntarie, quam si stercus vilissimum proiciatur in reg vel in coronam; et si rex valde horreret, si buffo aut stercus proiciat in eum, deus infinite horret quamlibet inmundiciam peccati 265. — [f. 6 Abhominacio magna, si vilissimus latro ponatur in solio regio et r iustissimus in carcere et si ponatur ydolum Jovis in templum 266—2 — Multo maior abhominacio, quando clericus pessimus ponitur in e scopum, quam si ydolum poneretur in templo, quia istud non pot male facere neque bene 267.

[Capitulum] 59.

Quare inpiis non dat deus intelligere se, quia illa noticia sui, quando iteru ruerent, veniret ipsis ad maximum detrimentum 269. — Quam late profunde sumus excecati, quod periculosissima tempora non intelligim Antichristi Antichristum et meretrix meretricem aliam expectantes 2 — Proprium est sponse Christi erubescere pro suis turpitudinibus rogare, ut tegantur caritate, meretricis proprium est nolle erubescere 2

[Capitulum] 60.

Antichristus infinitos seducit per dileccionem et amorem mundi, vita aute Christi et veritates amare sunt et terribiles 272. — Et sic propter am rem mundi in Antichristo crucis ignominia est penitus evacuata et Jhes quasi mortuus a corde et vita mundi valde delectat 272. — Antichrist multiplicavit promissiones infinitas et magnas in dei ecclesia peccatorib et amatoribus huius seculi, ut in illis sibi christiani blandiantur et co stituant sibi spem salutis, non habentes ad Christum Jhesum fidelitate et ad proximos caritatem, vitam carnalem totaliter habentes et amica huic mundo 273. — [Hoc idem senenciat Lira super capitulo Cor. III *add. alia manu*]. — Item Antichristus multiplicavit sciencias adinventic[i] et eas procuravit fieri ad suum usum, que magis quam dei sciencia v sapiencia sunt autentica, ut sic verbum dei desoletur et obnubiletur ap amatores huius mundi 273. — [f. 65[b]] Rectores ecclesie christianoru preponuntur hii, qui scienciis adinventis sunt habiles, non moribus 273. Hee enim ita sunt promote gloria et honore, titulis adhornate, habundanc in [quantum ve *cod.*] diviciis eas adiuvante 273. — Antichristus multiplica mandata et cerimonias hominum infinitas et, ut tantum essent tremenda

tenenda et tante auctoritatis, quemadmodum dei summi predicantur precepta et docentur et cum magna districcione imperantur, que Sathanas subtilissime convertit ad suum profectum dampnacionis sue, ut tales homines carnales, neglectis dei preceptis vel minus ponderatis, timeant deum mandato hominum et, cum solum ea, que homines tales in loco dei eis tradiderint, expleverint, credant omnia effecisse, existentes transgressores dei tremendi preceptorum, cum tales multe cerimonie et obligaciones tales divise et iusticie essent instrumenta Sathane ad circumveniendum multos plebeios 273—274.

[Capitulum] 61.

)mnis multitudo alia sequitur summum Antichristum in amore mundi, amando se et illum carnaliter et absque spiritu Jhesu 275. — Sancti viri omnia talia odiunt, que illi diligunt 276. — Quia cessaverunt fideles reprehensores et inimici illorum, Antichristus libere et nullo contradicente incidit in omnia mala et sua carnalia placita 276. — Et tunc sol factus est cilicius, luna tenebrosa, stelle cadentes, montes moti, celum recessit, sicud liber involutus 277—278. — Et tunc pseudo nimis et libere multiplicati sunt in omni simulacione, sanctitate et signis et prodigiis divinis, bonum [dicentes] malo et malum bono 278.

[Capitulum] 62.

acta sunt omnia sacramenta et misse et omnes virtutes et omnis ordo et decor ecclesie abhominabilia et amara deo sicut absinthium 280. — [f 66a] Rectores mali sunt electis ad magnum profectum et quanto plus seviunt, tanto plus eis proficiunt, sed malis sunt ad detrimentum 281. — Prelati et rectores yppocrite, etsi caritatem Jhesu non habeant nec iusticiam ament propter deum, tamen propter se ipsos et pacem atque comodum atque gloriam in hoc mundo efficiuntur zelatores iusticie 281.

[Capitulum] 63.

)ui continue dolent et erubescunt pro suis abhominacionibus, patitur [deus] eorum abhominaciones et tollerat, sed non dolentes punit et eicit 286. — Qui dissimulant dolere peccata, habet se ad eos sicut parturiens dominus, scilicet intollerabiliter laborans 287. — Tales ingratos portare est deo intollerabile et punire eos est valde alienum, ideo laborat ut parturiens 287. — Quanta abhominacio, dum malus sacerdos preficitur et honoratur ut deus et ad ipsum pro omni sanctitate curritur, qui est equalis dyabolo 288. — Maior est modo tribulacio sub mistico Antichristo, quam si personaliter maximus Antichristus, ut opinatur, adveniret 289—290. — Sathan decipit per omnem similitudinem virtutum, sanctitatis et religiositatis virtuose non paganos, non Judeos, nec christianos carnales, nam hiis iam est saciatus, sed sic sollicite carissimos Christi inpugnat, ut Christo Jhesu faciat contumeliam 291. — Sathan maxime decipiet per sancta et ea, que maxime christiani diligunt et secuntur, non per manifesta 292. — Antichristus non est estimandus seducere a fide sensibiliter et manifeste, sed occulte 292. — Fides namque christiana difficulter everteretur ab Antichristo, quia est supra modum roborata [et] dilatata 293—294.

[f. 66b] **[Capitulum] 64.**

Ostendit, quam tollerabilis foret seduccio, si foret per Antichristum pub cum, que modo est per misticum; patet, quia esset solum corporu et non animarum, hec autem presens tribulacio in sanctis est simul co porum et animarum 295—296. — Illa esset [ab] extraneis solum et manifes inimicis, hec simul ab extraneis et inimicis, quia totaliter contrariis moribus 296. — Illa esset per manifestam crudelitatem et blandimen manifesta utrimque, sine colore virtutis Jhesu et veritatis, hec est p crudelitatem absconditam et blandimenta et utrimque valde pulcritudi persuasionis scripturarum, racionum et omni apparencia veritatis et i sticie atque honestatis [colorata] 296. — Quomodo verbum dei multiplicit glosatur, dissimulatur vel de aliis intelligi dicitur, ut illud: „Nisi qu renunccia[verit]"; item: „Si quis venire post me" 297. — Et putan quod scripture eis divine et contrarie alios concernant quam ipsos 2 — Qui ludicra inserunt sermonibus dei, ut placeant hominibus, facien canticum, quod dulci suo sono aures delectat, et pruriunt [composi ipsorum fabulis aures suorum auditorum] et populus mundanus ips audit grate et com[m]endat et extollit, quia iuxta sua vota pleb[e]i non veritate utili, sed magis in ornatu verborum et sapiencie carnalis carn liter delectantur 299. — Et sic lumen ecclesie est obductum, medici versa in nichilum vel in infirmitatem vel in wlnera 299.

[Capitulum] 65.

Homines dicuntur indurati, primo ab interiori, id est a nostra innata malic id est cum simus intus mali, ex nobis ipsis sic induramur quasi lapi secundo ab exteriori causa, scilicet a divina gracia circumstante 301. [f. 67a] Multitudo hominum quasi statua uxoris Loth, exterius habe formam humanam, sed interius mortua est dura et salsa; quia iteru sumus abalienati retrorsum et amamus vitam huius mundi et ea, q sunt in mundo, studiose inquirendo, merito sumus in statuam salis co versi et sic formam humanam habentes, scilicet interius, *etc.* 302. — Qu modo omnes in extrinsecis iustificacionibus suis contentantur, mortu domino Jhesu in corde eorum frigido 303. — Homines yppocrite po mortalitates fiunt plus nequiores et magis red[d]untur deteriores 304.

[Capitulum] 66.

Omnis propheta amator sue vite est pusillanimis ad paciendum et ad a guendum peccata 307. — Veri prophete quam amare pro malis popu ingemiscebant et pro inpenitencia hominum maxime amarescebar pacem seculi et mollem vitam odiebant 307. — Quis est et qualis e pseudopropheta vel membrum Antichristi, dicens, quod est homo amic sue carnis et amicus huius mundi et tepidus oditor suorum viciorur dissimulans mala suorum proximorum 308. — Amicus sue carnis, cu mollibus induatur, mollem ducat vitam; amicus huius mundi, cum quer sibi in ipso prosperari, *etc.* 308. — Signa tepide vel nullius caritatis i sacerdote vel alio: nam habens veram caritatem continere se non potes quin irascatur contra vicia, nec potest pati obprobria Jhesu Christi, ne iniurias proximorum, quin succurrat, si potest; quod si non potest, gem

irremediabiliter oppressiones innocentum 310—311. — Omnis sacerdos non habens caritatem spiritus Jhesu et condiciones caritatis est Vehemot, Antichristus et mulier fornicaria 312. — Omnia munda mundis etc., scelerati autem a rebus divinis et mundissimis inmundantur, similiter sacerdos spiritum Jhesu non habens 313.

[f. 67[b]] Capitulum 67.

lerici carnales quare nolunt corrigi nec paciuntur correccionem 313. — Respondetur, quia credunt se iustiores, tum quia in magno statu consistunt, tum quia cum sacris rebus et divinis tota die circueunt, tum quia ab hominibus reputantur et as[s]uefacti sunt honorari et laudari, eciam quia sapientes se reputant in opinione sua, vel eciam quia credunt se scripturis superiores 314.

[Capitulum] 68.

uod superbia sacerdotum est maxima, proponitur multipliciter, precipue, quia ibi est maior contemptus, quam in homine seculari, et maior recessus, primo, quia in ipsis debet esse maxima humilitas, secundo, quia, quanto quis maiora bona accipit a Christo et contempnit, maior est eius superbia, *etc.* 318. — Sacerdotes extolluntur super illud, quod dicitur deus 319. — Et exaltari [super omne, quod dicitur deus], est suas doctrinas et mandata equipparare vel magis precipere vel autenticare, quam scripturas divinas, vel illa in sua potestate habere et dispensacione et ex ipsis sibi ipsi placere et extolli, *etc.* 320.

[Capitulum] 69.

iritus omnis destruendus est [prout] Antichristus non gladio materiali au bello, sed demonia in hominibus et vicia [expugnando] 321—322. — Predicator neminem debet nominare, sed in communi nequicias increpare, quanto proprius et propinquius poterit Sathane decepciones detegendo et ipsius laqueos illustrando 322.

[Capitulum] 70.

uod multi pseudoprophete surgent superbi in proximo[s] in instanti tempore 325, cf. 326. — Deus voluit Antichristum valde oc[c]ulte et figurate describi, [f. 68[a]] sed scripturas concernentes populum sub Antichristo nude et aperte poni 325.

[Capitulum] 71.

luit dominus omnia ista futura longe ante populis intimari, ut sciatur, quod sine ipso nulla veniant in hoc mundo parva vel magna 328—329. — Illa, que prophetata sunt populo, non concernunt crudelitatem, ut dictum est capitulo supra 329. — Dominus ideo futura misteria velata fecit, ut ea, quantum cuilibet tempori foret utile, solus apperiret 330. — Adventus Christi fuit coopertus figuris et velatus ex multis causis, precipue propter reprobos, nė congnoscendo plus punirentur 331—332.

[Capitulum] 72.

Quicumque wlt salvari aut frui istis thesauris domini, qualis de necessitat debet fieri et quomodo intus et extra debet in humilitate, scilicet hu manitatis Christi et ignominia crucis et omni abieccione et contempt usque ad novissimum virorum requirere et in talibus conversari, qu sunt abhominacio amatoribus huius mundi 333. — Quid necesse habe facere, qui wlt salvari, quia illa, que mundus summe diligit et veneratur utpote splendorem, molliciem, delicias carnis, divicias [et] honorem, he contempnere et pro nichilo habere 333. — Quid est necesse facere Chri stum, si wlt salvari tempore Antichristi et ut apperiantur sibi thesaur divine prophecie et sciencie? Oportet, quod exeat de Egipto, et abho minari divicias, honores, que hominibus placent, et pauperibus et mitibu atque lugentibus aplaudere et ipsos beatificare 334.

[Capitulum] 73.

Duplex abhominacio, una, qua mundus abhominatur Christum et omne, quo in eo est, secunda, qua electi abhominantur mundum et omne, quod i eo est 335. — [f. 68b] Quomodo apostoli conmendant valde ea, qu mundo isti sunt abhominabilissima, et que sunt amabilissima mundo vituperant 338.

[Capitulum] 74.

Ponitur differencia inter maliciam bestie, id est laycorum, et maliciam mere tricis, id est clericorum, et que maior est 340. — Maior ergo clericorun est malicia, quia per res divinas, laycorum per temporales 341.

[Capitulum] 75.

Qui habitum virtutum est vere assecutus, omnia, que prima apprehension apprehendit, confert ad deum et eius virtutes; et per oppositum, qui es viciosus [*etc.*] 343. — Prelatus habens semper in prima apprehensione domi num Jhesum est lapis electus et preciosus, similiter sequens affeccione mundi et eas regulans et restringens est bonus 345. — Penitens, cui i prima apprehensione mala occurrunt, quid debet facere et quid deo dicer et ad que paratus semper esse 345.

[Capitulum] 76.

Cuius [vis] apprehensiva est habituata facie meretricea et eius conplacencia, habe caracterem in fronte sua scriptum indelebilem et inmutabilem 346. — Multa mala facit concupiscencia inveterata, a iuventute continuata 346. — Cupiditas et concupiscencia faciei meretricis radix omnium malorum 347 — Quod fere universi sacerdotes, as[s]uefacti facie meretricea, trahunt[ur incauti funibus eius concupiscenciarum ad gradus et dignitates et [f. 69a in tantum inmerguntur (inmergimur *cod.*) concupiscenciis, quod non pos sunt removeri nec per terrores nec per scripturas sanctas nec sancto rum exempla, sed cum talia audimus, dissimulamus tamquam Adam 349

[Capitulum] 77.

Yppocrite blandiuntur sibi ex quibusdam lucidis intervallis conpunccionis et contricionis, licet sint brevia et inpotencia in illis 352. — Adultera ecclesia omniquaque se depingit sanctitate et omnimode se sponse agni similando, ymmo iam eam supprimendo et expellendo 354.

[Capitulum] 78.

Quam multi filii meretricis, quam pauculi filii regis et veritatis 355. — Quod multos decipit facies meretricis 356. — Et quo modo dubitabat, an debuit sequi spiritum domini humilem et pauperem, Jhesu revelantem, vel meretriceam multitudinem omnem persuadentem et [ut *cod.*] mollem, quietam in hoc mundo 357.

[Capitulum] 79.

Quod mulier quosque potentissimos, sapientissimos, fortissimos et doctissimos decepit, ut patet in David, Adam, Sampsone, significat hanc misticam meretricem, que sic cunctos decipit 359—360. — Et sicut adultera ornatur et fuco se collorat, quam illa, que intendit solum fidem conthoralem, ita Antichristus fortiter et omnifarie picturate et omnibus signis et maxime per faciem in aspectu suo apparentem extrinsecus ordinacionis christianorum 360. — Non est estimandum, quod universi sic seducti intendant partem Sathane ex directo, sed ignoranter et seducti totum faciunt pro Antichristo, quia, cum parva bona faciunt, magna se putant effecisse 361. — [f. 69b] Maxima seduccio et coloratissima tocius cleri in promixtione vite Christi et mundi 361—362. — Scit Sathan, quod, si modicum admiscetur concupiscencie secularis vel carnalis, totum residuum, quantumcumque virtuosum, sordet Christo, quia Christus nichil wlt habere commune cum spiritu mundi et dyaboli 362. — Yppocrite sub forma religionis intendunt seducere aliquem ad seculum vel ad Antichristum et tamen odiunt Antichristum et persecuntur hereticos et alios eciam iustos, qui non senciunt cum eis similia, ut amantes hunc mundum et quietam vitam et habundantem, et cum isto fundamento credunt se bene Jhesu Christo posse complacere 363. — Nimis magna et colorata Sathane seduccio, qui [operatur] tribulacionem sanctis dei nimis magnam valde subtiliter et operte, dulciter et colorate, ut illi, qui sunt veri Christi, a christianis paciantur, quasi ipsi sint Antichristi, et illi, qui veri sunt catholici, a conchristianis, sed contrariis Christo [et per consequens et] Antichristi[s], heretici reputentur ita, ut boni reputentur pessimi et pessimi boni 363—364.

[Capitulum] 80.

Multi habent nomina coram hominibus, quod vivant, et alia talia nomina dignitatum, sed coram deo, qui scit opera ipsorum, habent nomina horrendissima et quod mortui sunt 364. — Nam tales yppocrite habent nomen altum in mundo et dignitatis et in publico et illud ipsis valde blanditur et redolet magis quam unguenta, cum bul[l]iunt, sed in veritate et coram deo habent nomen scriptum et in occulto [i. e. coram mundo *ed.*] dicuntur episcopi et prelati, sed coram deo pastor et ydolum derelinquens gregem; coram hominibus Christi dei, coram deo Antichristi 365.

— [f. 70ª] Pagani designantur per bestias, que sunt in natura, ut p hircum, arietem, quia sunt similes bestiis, quia a iuventute sua su animales, sed christiani iniqui et mali, et precipue sacerdotes et popu lorum rectores, per monstra inpossibilia, que nec possunt esse in natu 267. — Christianus plebeius inique agens est quidem monstrum terribil sed sacerdotes inpii et carnales e[s]t monstrum et abhominacio intollerabi et horribilis, quia filius dei et filius dyaboli, spiritus dei et spiritus m lignus nequaquam sociantur 368. — Altitudo Sathane et Antichristi qua est magna, quam est deceptoria, quam subtilis, quam spiritualis, tam te ribilissima, nocentissima, sevissima 369—370. — Et ita est operata altitu Sathane, quod omnibus [copiis] domini Jhesu saciata, omnibus splend ribus sanctorum adornata, omnibus bonis naturalibus et fortuitis, dona et acquisitis dilatata, gaudet in corde suo, dicens: „Sedeo ut regina, vidua non sum et luctum non videbo“ 371. — Ecclesia cleri coram h minibus mater beatissima, mater virtutum, regina, sed coram deo hab nomen Babilon, ignominiosissima mater abhominacionum et fornicacionu terre 372—373.

Capitulum 81.

Sacerdotes yppocrite non tantum dicuntur meretrix, sed mater fornicacionu omnium ad innuendum, quod mali sacerdotes non tantum sunt mali s ipsis, sed sunt causa aliis multis 374. — Quapropter simplices christia carnales, in hoc [mundo] viciose delectati, dicti sunt meretrix tantum, s sacerdotes, amici huius mundi et peccantes, dicti sunt mater fornicaci num 374. — Et sic vocatur dampnacio meretricis maxima 374. — Sic clerus sanctus est mater omnium virtutum et sanctorum filiorum magnorum fructuum in ecclesia, sic clerus pravus mater omnium forr cacionum et meretricum 374. — [f. 70ᵇ] Clerus pravus tamquam mer trix, in quo querit voluptates et lucra, et est sterilis propterea a prole meretrix 375—376. — Clerus bonus tamquam mater, quid principalit intendit, quia fructum animarum sicut prolem 376. — Quomodo disce nitur meretrix a sponsa vera et honesta, sic clerus iustus et ewangelic a clero reprobo, nam sponse intendunt prolem principaliter et primu et in omnibus fidem coniugalem, meretrices vero per oppositum n amorem unius, sed multorum 377. — Sacerdotes mundani potentib et divitibus valde sunt legales et affabiles, pauperibus non affabiles superbi sicud meretrix 377.

Capitulum 82.

Sacerdotes crudeles quanta mala peragunt et sunt meretrix ebria a sangui martyrum 378—379. — Omnis sacerdos amator huius vite non potest i duere spiritum Jhesu, quamdiu est amator sue carnis vel amicus hui vite, vel quamdiu diligit ea, que sunt in mundo, vitam quietam, honor 379. — Yppocrite et maxime sacerdotes, amici huius seculi, honora sanctos mortuos valde, sed conviventes sanctos christianos pauperes humiles valde persecuntur; sanctos in celis munerant, a suis sanctis pr ximis rapide accipiunt; sanctorum iam in celis ossa multum venerant et osculantur, sed sanctorum convivencium adhuc [vultus] confundunt

et blasphemant; sanctorum in celis ossa et reliquias sumptuose procurant, auro et serico [contegunt], sed pauperes sanctos degentes cum eis in hac vita dimittunt fame et siti cruciari et nudos pati frigus et gelua 379. — Omne, eciam crudeliter exaccionare, pro sanctis in celesti patria, pati magna, facere multa, ieiunare, limina visitare, ecclesias edificare, [sed] pro sanctis his contempnunt modicas expen [f. 71a] sas facere, ymmo non verentur sibi questum et predam de pauperibus plebeis facere 379. — Sanctos in celis sacerdotes yppocrite pro eo diligunt et solempnisant, quia in nomine eorum multa et magna bona a populis christianis sorciuntur, habentes pingwes prebendas et altaria, multas distribuciones, multa offertoria pro nomine et in nomine sanctorum iam in celis 380. — Et simili causa allecti et animabus in purgatorio faciunt multa obsequia et valde promovent ad populum facienda, nullum illorum proximis sanctis adhuc in terra vel pro animabus salubriter adhuc penitencium facientes 380. — [Nota bene *add. rubr. cod.*] Bona ecclesie sunt bona sanguine Christi et martyrum et morte laboriose aquisita et sunt patrimonium Jhesu Christi, vel bona clericorum, ut beneficia, prebende, sunt bona pauperum, ex quibus pauperes deberent nutriri. Igitur cum nos clerici ad superfluitatem talia expendimus in nostram pompam et variam vanitatem, tunc procul dubio sanguine sanctorum inebriamur 381—382. — Sacerdotes pravi sanguinem hominum comedunt et bibunt et ipsorum sanguine inebriantur, id est peccatis populorum, iuxta illud: „Peccata populi [mei] comedunt" 382. — Mira stulticia sacerdotum. Inebriantur, cum pocius pro populo debeant abstinere et ieiunare. Jocundantur et gaudent in concupiscenciis, ubi tenentur dolere et flere pro peccatis populi et ponere nos murum pro ipsis coram deo, [sicut scriptum est:] „Inter vestibulum et altare", et alibi: „Angeli pacis amare flebunt" 383—384. — Per usum et comodum carnis nostre sanctos in celis valde percolimus et solempnisamus ipsorum multa festa, ut perinde lucrum nostrum augmentetur; sanctos pauperes Jhesu simplices et plebeios negligimus, deridemus, affligimus et varie cruciamus, prorsus in eo similes Judeis, quibus dominus: „Ve vobis, magistri" 384—385. — [f. 71b] Multo maior est iniquitas sacerdotum christianorum malorum, sanctos et iustos in spiritu Jhesu torquencium, quam phariseorum et Judeorum in corpore 385.

[Capitulum] 83.

Esse meretricem ebriam a sanguine sanctorum magis conpetit monachis quam sacerdotibus supradictis; nulli etenim magis proprie comedunt peccata populorum, sicud ipsi et bibunt et inebriantur 385—386. — Sacerdotes siquidem plebium tamquam conducti ad laborandum in vinea domini, sive sint probi, sive reprobi, tamen debitum suis plebibus facientes, laborem manuum suarum comedunt, nam [veritas] dicit: „Dignus est merce[de]" 387. — Monachi non sunt vocati ad regimen plebium; ideo quicquid cupide et rapaciter colligunt in populis, non merces est eorum, sed sumitur pro peccatis, quemadmodum et alii mendici 388. — Et in tantum placet peccata populorum comedere et potare ipsis, quod ociosam et

quietam vitam continuantes, accipiant multas oblaciones et donaria magna tradita pro peccatis, quod non audent hominibus peccatoribus annunciare peccata eorum vel aggravare, quin ymmo magis pro peccatis blandiuntur 388. — Illa, que predicatores fideles Jhesu destruunt difficiliter, ut peccata in populo eius, ipsi edificant adulando, ut disciplinam sanctam, penitenciam virtutis, itidem hoc relaxant, pronuncciantes et dicentes: „Pax, pax, ubi non est pax" 388. — Homines peccatores dulciter ad eos confugiunt, ut puta usurarii, raptores, adulteri et alii horrendis criminibus obsessi, hiis se offerunt, tamquam graciosis, et fugiunt suos [ordinatores], tamquam duros correctores 388. — Sacerdotes, ob paupertatem et necessitatem conpelluntur violare veritatem, sed non sunt sacerdotes, qui decretum ab ecclesia habent suum victum, sed hii, qui solum de gracia habent aliquid percipiendum a plebeis alienis, ut monachi, quod nisi ipsis tribuatur mendicantibus, aliunde vitam [f. 72ª] suam non possunt sustentare. Super eo siquidem asserunt se fundatos, ut vivant solum de mendicitate et de gracia plebium aliorum et ex eadem necessitate conpelluntur violare veritatem Jhesu crucifixi et virtutem aput populum blandis sermonibus 388—389. — Ad sic vivendum, puta de sola gracia atque elemosina aliorum populorum, habent communiter necesse multiplicare loqui et oracionibus cantare ornate in [et *cod.*] suis pulcris templis, multiplicare missas et eas coaptatas temporibus, predicaciones crebras cum magna eloquencia et pollita verborum serie et ostentacione sapiencie et sciencie, ut sint multe festivitates gloriose sanctorum, insuper ut addantur picture pulcer[r]ime et statue, que faciant insignia et miracula magna, indulgencie multe, magna promissa, ut in populis divulgentur et in regnis et patriis proclamentur, multum autentice a dominis apostolicis roborate, per testes et per bullas, quod non est phas homini de ipsis ullo modo dubitare 389—390. — Similiter communicacio fraternitatis cum eisdem, excellencia sancti[tati]s et meritorum atque multorum bonorum, que per universos fiunt conventus, per omnes provincias ecclesie, et quod multe magne persone ipsos diligunt et reges et presides ipsos comitantur et quod multi sancti de contubernio ipsorum ad celos iam evolaverunt, hec omnia non redolent nisi applausum populorum 390.

Capitulum 84.

Religiosi sudorem et laborem plebeiorum simplicium nimium cupide extrahunt, sed sacerdotes, ut plurimi, solum sibi requirunt constitutum vel longa consuetudine observatum, sed isti exquirunt nullo iure 391. — Hoc tamen non faciunt violenter, ut tiranni, non gladiis, sed multo modo nequiore, quia modis exquisitis, blandis persuasionibus, *et sic de aliis* 392. — [f. 72ᵇ] Mendicantes religiosi extrahunt ubique elemosinas ab hominibus usque ad summum, ut nichil residui pauperibus plebibus relinquatur, qui sunt multi, deo et domino Jhesu illud pollente et procurante, ut [sint] ceci, claudi et varie infirmi, qui non possunt panem adipisci nisi ostiatim mendicando 392—393. — Hii fortes et integri sanguinem extrahunt et bibunt, cum [elemosinas, que] in plebe martyrum in hoc mundo esse deberent, tales recipiunt religiosi et reddunt christianos conmunes sua

nimietate mendicandi duros Christi pauperibus et mendicis. Nam dicit dominus: „Frange panem esurienti“, et non saciato, et [„induc in domum tuam“] vagos, claudos et debiles, non vero integros et sanos membris et fortes 393. — Yppocrite religiosi sanctos christianos innocentes et specialiter predicatores veritatis primi et inplacabiliter persecuntur, similiter, qui sunt in plebibus devoti, ut virgines, vidue vel homines utriusque sexus in paupertate cupientes Christo Jhesu deservire, ipsos miris modis persequuntur 393—394. — Indignantur fidelibus predicatoribus, ne ad se populum convertant, cum ipsi soli ab antiquo nomen gloriosum habere consueverunt, et [timent] diminucio[nem] questus ii, qui commoti spiritu Judeorum usque ad mortem [sunt] irati propter multitudinem sequencium dominum Jhesum 394. — Sed si ex ipsis consurgeret fidelis predicator, viciorum reprehensor, starent pacifici, quia essent participes glorie et honoris. Quare autem devotis pauperibus ipsis detrahunt, eos hereticos, beghardos fictos nequam [diffamando], causa alia non est, nisi quod hoc cupiunt, quod omnes tales ad ipsos confluant, ut maiorem laudem et questum inde consequantur, se ipsos per hoc conmendando ad plebes. Et ergo dicunt: „Si hec vel illa cupit virgo permanere, quare nostram religionem non intrat, quid wlt facere talis in seculo, quare non fugit ad claustrum de medio Babilonis“? Sicut [f. 73[a]] namque conmunitatem wlgi sancte ecclesie seculum vel mundum in conparacione ipsorum placet eis appellare, sic ergo placent eis virgines et vidue et alii solum, ut cum ipsis manerent, ut ita [solum] vel maxime aput eos sancti viri et sancte virgines quererentur, non amore ipsorum sanctorum. sed amore questus perinde in populis et iactancie ac honoris, ut scilicet ipsi soli sancti et devoti super terram et viri spirituales a christianis habeantur 395—396. — [Sicut] invidia artificum et persecucio mutua eorum habet se in accursu maiore hominum ad se, sic invidia et tribulacio magna in presenti conflatur contra sanctos dei, quoniam isti religiosi falsi [operantur] ex una parte et [ex] alia parte carnales sacerdotes 396. — Yppocrite monachi quemlibet fidelem predicatorem primum ipsi sunt persecuti, postquam invaluerunt super terram. Quis zelator iusticie rigidus et fidelis, sive doctor fuerit, sive curatus, sive episcopus, quem isti armati omnibus copiis ad invadendum et armis ad expugnandum facile prevalentes non deiecissent et sua magna opera et magnam in communitate salutem non inpedivissent, quia illud de ipsis dicitur: „Qui sanctus est, ut neminem timeret“, dicitur de Leviathan? 397.

Capitulum 85 et ultimum.

Omnia, que sancti acquisierunt suo sanguine, in illis isti habundantes, ebrietate et conmessacione consumunt, nam istis proprie sanctorum merita et suffragia veniunt ad questum 398. — [f. 73[b]] Yppocrite monachi sciunt ex omnibus questus suos cumulare, sicud artifex [in sua] arte expers, et singula applicare ad lucrandum, et maxime illa, que sunt sanctorum dei, ut est patres suos extollendo, altaria pro sanctis multiplicando, suffragia sanctorum aput se lucere diffamando, reliquias eorundem et magne virtutis statuas celeber[r]ime predicando, que possunt comportare ipsis ad lucrum, exquisite populis ostendendo 398. — Ista, que faciunt yppocrite monachi,

omnia non sunt in spiritu Jhesu crucifixi, id est ex caritate, sed ad oculos et ad conplacenciam populorum et ad questus exercendos, que omnia cedunt ad dampnacionem [meretricis ebrie] 398. — Quia sacerdotibus iam sunt omnia monita scripturarum et doctrinarum familiaria et levia, ideo restant eis tonitrua inaudita et nimis horribilia 398—399. — Omnia hec confitetur se dictasse et conscripsisse coram domino Jhesu et in ipsius dileccione „secundum iudicium meum, caritate ipsius me ipsum in id perurgente" 400. — Amen.

B. Index analyticus.

I. Index locorum.

a) Loci s. scripturae.

(Numeri, quibus antecedit colon [:], denotant paginas huius editionis; ex. gr. Gen. I. 26 : 58 = Genesis I. 26, quaere in pag. 58, nota).

b) Loci auctorum.

II. Index nominum.

a) Nomina personarum.

ota. Nomina auctorum biblicorum, veluti sunt Amos, Daniel, Ezechiel, Habacuc, Jacobus, remias, Job, Joel, Johannes, Isaias, Micheas, Oseas, Paulus, Petrus, Zacharias hic omnino omittuntur; quaere ea in indice biblico.

b) Nomina locorum atque populorum.

III. Index rerum.

iniquus in summo loco ecclesiae est vel fuit summa a. in ecclesia, est in mundo summus Antichristus. In tempore illius est effusa nimia multitudo hominum carnalium et similiter infinita multitudo virorum superborum fuit promota ad regimina ecclesiae et principatus saeculi, sancti vero sunt de medio sublati et reliqui dispersi 275—276.

Maxima a. modo in hiis diebus stat in templo constituta 268. Nequit abominabilior cogitari neque expectari 59. Cf. superius: Sathan introduxit abominabilia in populum christianum, tunc maxime invalescens, quando publice in sacerdotibus amor divitiarum et deliciarum potestatem in ecclesia usurpavit, quod impletum est, quando papatus ad se universa beneficia contraxit 138 (consequentiae 138—142). Cf. PAPA.

A. tolerabilis et intolerabilis. Cum christiani peccatores quasi nudata a. doleant, tunc deus patitur istam a-nem et non imputat peccata 286—287. Sed si non displicent sibi ipsis nec odiunt animam eorum, sunt Christo horrenda et intolerabilis a. 287; est intolerabilis praesertim dei iustitiae et veritati, sed e contrario peccatores proicere est alienum suae misericordiae et infinitae benignitati 287.

Recapitulatio. A. est magna et terribilis, dum christianus voluntarie et obstinate peccat, quia hoc est magnus contemptus dei. Sed maior a. est, dum sacerdos voluntarie peccat, quia est a. damnabilis et error immensus; et adhuc maior est a., dum indignus sacerdos ponitur in locum dei 288. A. incogitabilis est viros diabolicos sanctis dei imperare et sub specie obedientiae divinae bonos impedire et malos promovere 289. Infidelitas est iniquitas, tamen non a. 295. A. in templo Jhesu sunt sacerdotes carnales 314, cf. 315. 341. Cf. etiam 78: sacerdos in ecclesia invitatus et in ipsa glorians est a. Christianus carnalis et principaliter sacerdos est a. et omne ipsius studium exhibet deo „aureum poculum" plenum a-nibus 339 (eadem expressio 259). A. est sacerdotibus timere et constringi in conscientia hominum magis quam mandatis J. Christi crucifixi vel adhuc timere deum mandato hominum 320. A. sic terribilis, quod terribilior cogitari non potest, est, cum sacerdotes iniqui contrectant et dispensant sacramenta 368.

Effectus abominationis est desolatio ecclesiae a spiritu Jhesu: recessit Jhesus crucifixus, abstulit seipsum spiritus Jhesu 31; sacerdotes carnales etiam spiritu Jhesu manent desolati 49; a. desolationis totius scientiae et rationis, totius munditiae et honestatis, totius bonae viae et virtutis 58; a. desolationis a spiritu Jhesu Christi et decalvatio usque ad summum a donis ipsius 59 (explicatur); per mixtionem et coniunctionem omnia a spiritu Jhesu manent prorsus desolata 131; ob a-nem desolati a spiritu Jhesu 173, 174. Dicitur a. desolationis, quia propter ipsam Jhesus deseruit, licet ad tempus, suos etiam electos 202, cf. 277; recedente spiritu Jhesu, omnia manent desolata et destructa 219. Sacramenta, virtutes et omnis ordo ecclesiae facta sunt abominabilia Christo et amara sicut absinthium 280. Cf. ECCLESIA E) b). — Alius effectus: via Antichristi est usitata et antiquata et via Jhesu crucifixi iam communiter deridetur 38, 39; horrenda a., quod Jhesus et ipsius humiles, quasi non sint, reputantur 136.

filius et sacerdos 103; clerus est sors Christi J. 129; s. res summae bonitatis et dignitatis contrectant et sunt vasa ipsorum 102; s. est custos et dispensator sacramentorum, quasi amicus singularis dei et servus fidelis et prudens 103; s. in Christo J. manentes et ipse in s-bus *ibid.* S. sunt lapides, ex quibus constat domus dei 110—111, cf. ECCLESIA B. S. et clerus tam intelligens et doctus populus et electus ex milibus et dives iam in omni verbo et doctrina 174. S. dicti sunt „viri" in populo, sunt virtute ex alto induti (Luc. XXIV. 49), tenent locum et personam Jhesu Christi, sunt caput membris rite praefixum, copulati sponsae agni Jhesu Christi 195; sunt singulariter dei verbo et spiritui desponsati, ut ipsi primo et maxime in Christo Jhesu et ipsius sapientia fecunde condelectentur 197; sunt opus dei et spiritus eius, simul etiam ipsius indumenta nitida et nobilia 246; dominici s. 313; s. domini dicti sunt deus hic in terra 282; s. dei altissimi, quondam sal terrae et lux huius mundi (Mt. V. 13—14) fidelesque testes veritatis et fidei per mundum universum (Is. VIII. 2) 258. — Eorum probatio: quando sint discipuli J. Christi et Jhesu spiritum contineant et ab ipso contineantur et sint de unitate et amicitia ecclesiae sanctorum 312. — Eorum potestas potestas dei: habere omnis veritatis et doctrinae catholicae et fidei christianae imperium, habere auctoritatem et dispensationem omnium sacramentorum in dei ecclesia et gratiarum 320; habere auctoritatem et imperium in ecclesia dei super potestatem regalem et sacerdotalem *ibid.*; potestas sacerdotalis, quae collitur et veneratur potestas dei vel ipsa est spiritus s. immediate tenens ipsam a sacerdote 320; s. familiarius et vicinius sunt coniuncti J. Christo magis quam alii christiani, praesertim s. sancti et similes J. Christo, „christi dei" 340; apostoli et s. maxime Christi debent inveniri in ecclesia vel esse contrarii Antichristo 338; sac. indigni, quamvis cupiditatibus prostituti in animo, tamen exterior decor et ordo et potestas et auctoritas manent in suo statu, utpote in s. consuetudinibus, sacramentis, scripturis, fide et legibus 213.

II. *Sacerdotes fideles, communiter s-es plebani seu curati appellati:* auctor distinguit sac. et clericos communes, rectores minores ecclesiae et episcopos et doctores 185—187; s. plebium 15, 17, 395; plebani 14, 17; curati 134; habent curam gerere inmediate populorum, purgare eos et illuminare 181; nihil est magis necessarium et salubre magnis et parvis s-bus, quam opus et cura salutis animarum; salus animarum nostrae fidei a tremendo iudice commissa 190; fideles curati animarum 388; — divisio plebanorum et monachorum 14—17; in qua divisione s-bus plebium neque episcopus neque papa facile potest imponere silentium 17; s. plebium, sive sint probi, sive reprobi, debitum suum apud suas plebes facientes, laborem manuum suarum comedunt (monachi non) 387; ordinarius s. potest habere decretam per ecclesiam suam vitam (scil. victum et amictum) nec non perinde urgentur mendicare 389; sunt a mendicantibus appellati saeculares 394; sunt per fratres mendicantes diffamati ad actus docendi et praedicandi iam imbecilles et indocti, inertia et ignorantia talium s-um plebis et indignis ipsis religiosis suffragantibus in id ipsum 395; propterea plebes, imbecillitatem suorum sacerdotum cernentes, ad ipsos fratres turmatim convertuntur *ibid.*

Christi Jhesu et quae sunt amicorum huius mundi 8—9; simul ponunt et in dei ecclesia incomponibilia omnino comportant 9; efficiuntur duplices corde et animo, abominatio horrenda deo nostro *ibid.;* ipsi sunt abominatio in templo dei 219; omnia, animam et scripturam, convertunt ad sua libita et complacentiam amicis huius mundi 70; sac. abominabiles et indigni 258; abominationem constituunt tamquam meretrix 259, quia admiscent ad amorem Christi amorem huius saeculi et volunt, simul Christo et hominibus conplacendo, d. Jhesu servi haberi ab hominibus et vocari 262; omnia, quae faciunt, sunt sterilia a salute animarum et abominatio in aureo poculo ministrata 376. — *Sac. carnales desertati a spiritu Jhesu* propter abominationem desolationis 35, desolati a spiritu Jhesu 152, desolati 173, abominabiliter devirati 172 et 173, desolati a spiritu Jhesu et denudati a virtute Christi et veritate, effecti pusillanimes et molles quasi mulieres destitutae et infatuati 174, destituti 193. — *Sac. carnales et Jhesus:* non possunt in passionibus et cruce Jhesu delectari; miscent abominationem 6; auctor ex certo probavit ex studiis et actibus sac. carnalium, quod dilectionem Jhesu crucifixi non habent 104; sunt inimici crucis Christi (Phil. III. 18), i. e. inimici conversationis et vitae christianae designatae et conditae, et debellant Christum 106, solvunt Jhesum *ibid.;* per suam vitam rursum Christum J. crucifigunt in semetipsis 202; spurci ministri et contrectatores sacramentorum, qui rei iudicabuntur, acsi Christum rursus crucifixissent, et horrende damnabuntur, quia in semetipsis opus Christi et gratiam mortificaverunt et destruxerunt 251. Si Jhesus esset ipsis praesens, ipsi essent primi ad ipsum in sua persona occidendum, nam hodie non cessant lacerare servos et membra J. Christi *ibid.;* et licet sacramenta Jhesu in se maneant inpolluta, tamen quantum est ad ministros indignos, iudicantur pati plenariam pollucionem *ibid.* Reddunt veritatem Jhesu abominabilem et verba ipsorum nullius auctoritatis reputantur; mendicant verba s. doctoribus 257—258 (cf. supra 299: inautentici); testes Christi inutiles et abiecti, quod etiam ipsa divina veritas et Christus a nobis et propter nos siccine conculcatur 258; qualiter ad eos loquatur Jhesus et quod eos patitur et nimis moleste sustinet 261; scientiam et veritatem Jhesu, dudum mortuam in eorum animabus, honeste sepelierunt in monumentis et sepulchris splendidis et ornatis 22; solum et maxime sapientiam et scientiam, quae scripta est in libris ipsorum pulchris, acceptant 23; inventiones magnificant, opera dei negligunt seu necessitate sola consuetudinaria et mercennaria operantur 152; cf. INVENTIONES. — *Hypocritae:* in fermento hypocrisis confirmantur et excaecantur 27; auctor invenit in omnibus eisdem solum simulationem pietatis et virtutem ipsius abnegari 88; multitudo falsorum prophetarum *ibid.;* hypocritae multi florent, multiplicati super numerum, superbi 354—355; hypocrisi fermentati, non valde timent et dissimulant 366. Cf. HYPOCRITAE. Populus dilaceratus prout bestia monstruosa 106.

Sacerdotes carnales cupidi et avari. Duo mala hypocritarum s-m: 1) quod persequuntur praedicatores, 2) quod insequuntur avaritiam 18, explic. 19—20; eorum avaritia et invidia contra fratres 15; sunt avari et propter hoc ad beneficia ecclestiastica et gradus sunt provecti; mer-

OENIPONTE TYPIS WAGNERIANIS.